23229

HARMONIA

SEV CATENA DIALECTICA, IN PORPHYRIANAS INSTITVTIONES;

summam difficiliorum quæstionum & solutionum breuiter & perspicuè complectens, ex optimis Autoribus vndecunque conflata.

AVTORE RICHARDO STANIHVRSTO DVBLINIENSI, COLLEGII VNIVERSITATIS APVD OXONIENSES ALVMNO.

Cum Indice locupletissimo in calce libri adiecto.

CICERO LIB. III. DE FINIBVS.

Dialectica habet rationem, ne cui falsò assentiamur, néve vnquã captiosa probabilitate fallamur, eáque quæ de bonis & malis diceremus, vt tenere tuérique possimus. Nam sine hac arte quemuis arbitramur à vero abduci, fallíque posse.

IDEM LIB. PRIMO ACAD. QVAEST.

Dialecticorum verba nulla sunt publica, suis vtuntur, & id quidem commune est omnium ferè artium.

LONDINI,

ANNO M. D. LXX.

Richardus brooke me possidet teste Conscientia.



IN CLARISSIMI VIRI D. HENRICI SIDNAEI SYMBOLVM, Richardi Stanihurſti Carmen.

Quò te Fata vocant, vel quò te Fata vocabunt,
Eueniant Fatis proſpera quæque tuis.
Dum tua Fata volunt, fœlicibus vtere Fatis:
Cùm tua Fata volant, cœlica Fata petas.

23229

Clariſsimo, ac honoratiſsimo viro, D.

Henrico Sidnæo, vicem Regiæ maieſtatis in Hybernia gerenti, totius Walliæ præſidi, ordinis Georgiani, apud Anglos celeberrimi, equiti aurato,

Richardus Stanihurſtus.

S. P. D.

MEmoria teneo (nobiliſsime vir) quemadmodũ, cùm te Oxonio iter facientem anno ſuperiore ſalutaſſem in eo collegio, cui præfectus eſt Thomas Caius, omni genere laudis excellens vir, & antiquitatum noſtratium planè helluo, ea de parente meo Iacobo Stanihurſto, méque ipſo iudicia feceris, quibus & lætari debeam, & obſtrict⁹ tibi ſim gratitudine ſempiterna. Nam cùm nemo tam hebes eſt, qui non aliquos in ſe laudis aculeos perſentiſcat, tum ea, ſi abs tanto viro, qualis tu es, proficiſcatur, habet in ſe quiddam ad explendum voluptate animum ſingulare. Illo ex tempore, vt vetera tua in patriam, patrémque, beneficia prætream, magnoperè viſus ſum in ære eſſe tuo, atque vtinam vel iſti labores mei, quos vt obſeruantiæ meæ teſtes ad te tranſmiſi, vel vllũ officium, quod in hanc fortunam poſsit cadere, immortalib⁹ tuis in me, meóſque meritis, nõ dico ſatisfacerent, ſed aliqua ex parte reſponderent. Verùm quò tuus eſt animus inuictior & excelſior, eò mihi minus hærendum puto, quin meas vigilias, quales quales ſunt, ſub tuis auſpiciis exituras dem, & in minima facultate probem tibi voluntatem pleniſſimam officii, fidei, pietatis, erga te meam. Non enim potentes viri de ſuis copiis oblata munuſcula metiuntur, ſed re exigua magnitudinem amoris, beneuolentiæque ponderant. Te uerò (honoratiſsime Sidnæe) cuius excellens ingenium, perelegans & acre iudicium, ſuauiſsimos mores, bonitatémque naturæ, omnis Britãnia iam, Hyberniáque loquitur, animũ in hac parte, conatúmque meum libenter, ſtudioſé que complexurũ multis nominibus ſperare iubeor. Primùm propter ipſarum literarum communem gratiam, quæ me nutantem, & vacillantem erexit, cùm considerem te hominem iſta dignitate, grauitate, ſapientia, nullam philoſophiæ partem tanquam indignam patrocinio tuo reiecturum, quæ quãti abs te fiat, cùm omnis tua vita doctorum hominum cupientiſſima ſatis ſigni dedit, tum illa quoque res indubitatam fidem facit, quòd Philippum filium in hæc loca, tanquam ad bonarum artium mercaturam, ablegaris. Quem adoleſcentem, eiuſque diuinam in-

dolem,& multiplicem variarum rerum ſcientiam,homines noſtri, qui penitus nouere, non tam laudibus efferunt (nam id quidem vulgare eſt) quàm planè ſuſpiciunt,& admirantur. Secundo loco facilè me cohortatur recordatio perſonæ tuę, quam in illa prouincia ſuſtines,quæ me genuit,quę tuarum virtutum teſtis eſt, quę tua integritate, auctoritate,continentia,diligentia tegitur. Neque hæc mea vnius vox eſt, ſed omnium eorum,quibus aliquid ineſt, vel ſapientiæ, vel ſanitatis. Quod ſi qui ſunt,qui pauci ſunt, perditorum hominū flagitioſi greges, qui rapinis,& ſcelere paſcuntur, qui victu,& moribus barbaram quandam feritatem præ ſe ferunt, non illa putanda eſt vniuerſæ gentis immanitas, ſed certorum hominum,quos adhuc nulla ciuilis inſtitutio perpoliuit, impura colluuies angulis,& latebris Hyberniæ deliteſcens. Cætera pars inſulæ ampliſsima,& patentiſſima,cùm multorum varietate, & vbertate fructuum,tum quod caput eſt, hominum domi,foriſque innocentia,religione,fide, doctrina ſpectabilium affluens,& opulenta ſemper fuit. Ipſos verò defertis in locis Hyberniæ latrocinantes,& legum inopia vagantes,vel tua virtute conficies, vel propediem (vt ſpero) ad laudabilem vitæ cultum, ſocietatémque traduces. Id quod multo indies fœlicius,expeditiúſque fiet, ſi prima noſtrorum ætas literis,& artibus imbuetur,ſi doctis viris honeſta ſtipendia proponentur,ſi pietas,& religio ſtudioſè propagabitur, ſi talium ludimagiſtrorū numerus augebitur, qualem ſe iſtic multos iam annos præſtitit, inſigni eruditione, & probitate vir (quem honoris,& amoris cauſa nomino) Petrus Whitus, præceptor meus. Has ob res,atque cauſas audendum mihi eſſe duxi, tuamque patientiam operis inſcriptione mei pertentandā. Cui enim hæc mea iuſtius deberi putem adoleſcens liberalium artium ſtudioſus, quàm homini mitiſsimo, bonarūque literarum amantiſsimo,honori,ac nomini tuo deditiſsimus,quàm in me,familiámque meā mirificè propēdenti, Hybernia oriundus, quàm Hyberniæ præfecto, quem auguſtiſsima princeps Elizabetha magni facit,Anglia fert in oculis,homines noſtti venerantur, Cābria parentem agnoſcit,omnes omniū ordinū ſummi,mediį, infimi complectūtur? Quare vt rem in pauca cōferam,magnoperè te rogo, vt facilitati conſtes tuæ,vt priſtinā erga me voluntatē tuam confirmes,vt florentiſsimarū artiū diſciplinas tueare, vt cōmentarios iſtos (leuidenſæ munus,& craſſo, quod aiūt,filo contextū,) non qua illi merentur, ſed qua te dignum eſt,comitate,& humanitate in tuam fidem,clientelámque recipias. Vale. Oxoniį ex Vniuerſitatis Collegio, ſexto Calen. Nouem.

Richardus

23229

Richardus Stanihurſtus, candido lectori.

S. P. D.

ANni propemodum duo ſunt (lector optime) cùm in meos vſus vndecunque poſſem bene multos interpretes, qui Porphyrium explicarent, cæpi conquirere: è quibus cum ingentem vim rerum memorabilium exuxiſſem, eaſque in libros annotationum mearum tranſcriptas tumultuariè conieciſſem, tantam hic labor meis priuatim ſtudijs lucem attulit, vt apud illos quibuſcum ſumma eram familiaritate coniunctus, maiorem opinionem erigeret, quàm ipſe de me polliceri, ne dum præſtare commodè potuiſſem. Inter cæteros autem exortus eſt, non nemo meorum intimorum, qui operæpreciũ putaret forè, ſi in ſtudioſorum gratiam annotationes illæ ederentur. Ego verò, cui vtrunque hoc animi anguſti ac perpuſilli videbatur, vel rem literariam quoquomodo poſſem non iuuare, vel meos labores ambitioſè venditare, ſtatui tandem inire rationem, qua nec illis deeſſem, & me inuidia liberarem. Confeci commentarios diligentiæ teſtes & ſedulitatis meæ, nihil ferè amplius præ ſe ferentes de meo. Qua tamen in prouincia quantum exhauſerim difficultatis & moleſtiæ, homo præſertim adoleſcens ac pene puer, cui nec ætas vſum præſtitit, nec literæ iudicium perpolierunt, me tacente res loquetur. Nam & moles ipſa veterum ac recentium ſcriptorum valdè laborioſa eſt, & multa deſiderantur ſeorſum in ſingulis, quæ ſeorſum ſingula multi præſtiterunt. Alius multiplicem ac reconditam eruditionem verborum ſordibus & impuritate tegit: Alius rerum deſertus cognitione maximarum, delicatè ſuperſtioſéque loquitur: Alius minutiſsimorum apicum curioſus tædio legentem occidit: Alius in optimo conatu remiſſus ac diſſolutus, re aperta declamitat affluenter, obſcura verò, tanquam in ſicco deſtitutus hæret, neque abſoluit actum. Præter hæc autorum pugnantium tanta digladiatio, certarum opinionum tanta peruerſitas, diuerſarúmque familiarum tanta varietas, vt anceps deliberatio ſit, quibus te des, quomodo te explices, quemadmodum tot res tam latè diſsitas, tot ſectas tam diſſectas in vnam quaſi catenam intexere, & in vnum corpus coagmentare poſsis. Quo in genere quicquid id eſt, quod induſtria, cura, vigiliis, omni denique contentione ingenij capere ani-

mus meus & cogitatio potuit, perfectum eſt à me : quantum potuerim aut non potuerim,& ſi penes alios poteſtas futura iudicandi ſit,ſpero tamen neminem tam in meos labores maleuolentia ſuffuſum, tam impotentem ſuperbia forè, qui mearum partium volũtatem reprehendat,cæterarum neceſsitatem non excuſet.Dedi ſane operam, vt quorum tollerabilis dictio ſcriptorum fuit, eorum voces ipſæ ac ſyllabæ ferè ponerentur. Si qui vero nimium antiquatis & abſoletis verbis horridiores uidebantur, quàm vt a latinis auribus ferri poſſent, eos modica inflexione cultiores reddidi, ſententiam vbique retinui. Meum iudicium aliquando perparcè tamen interpoſui: id quod homini dialecticen profitenti, quæ tota probabilitate nititur, neque nouum neque inſolens haberi debet. Quare te rogo (lector humaniſsime) ſi non vt volui plenè,ſed vt potui planè tuæ expectationi ſatisfecerim, vt mihi omnem meam mentem in honeſta ſtudia communemque vtilitarem conferenti,candore & humanitate præſto ſis ac patrocinere tua.

Vale.

23229

Elencus autorum quorum teſtimonijs vſi ſumus.

Ariſtoteles.
Aegidius Romanus.
Albertus Magnus.
Alexander Aphrodiſeus.
Ammonius.
Antonius Andreas.
Antonius Demochares.
Antonius Flaminius.
Aquinas.
Aquinatis commentator.
Arboreus.
Argyropilus.
Athanæus.
Auerrois.
Auguſtinus D.
Auguſtinus Niphus.
Auicenna.

Bernardus Mirandulanus.
Beuerus.
Boëtius.
Bricot.
Burleus.

Cæſarius.
Caietanus.
Carterus Cantabrigienſis.
Catena Aurea. Steph. Caruiſij
Chaſparus Rodolphus.
Cyrillus.
Cliſtoneus.
Columella.

Daniel Barbarus.
Diogenes Laertius.
Dorbellus.

Eraſmus Roterodamus.
Eraſmus Sarcerius.

Faber Stapulenſis.
Fauentinus
Fortius Ringelbergius.

Georgius Bruxellenſis.
Georgius Pachymerius.
Georgius Trapezuntius.
Gerardus Liſtrius.
Gilbertus Porretanus.
Glareanus.
Gorſcius.
Gregorius de Ariminio.

Horatius.
Hoſpinianus.
Hunæus.
Hyeronimus Bompillus.

Iauellus.
Iohannes Anglus.
Iohannes Benedictus.
Iohannes Canonicus.
Iohannes de Calaya.
Iohannes Capreolus.
Iohannes Duns Scotus.
Iohannes de Lapide.
Iohannes maioris Scotus.
Iohannes Matthæus.
Iohannes Murmelius.
Iſidorus.
Iuuenalis.

Lactantius.
Lambertus.
Laurentius Valla.

Magiſter de magiſtris.
Mar. Tul. Cicero.
Margarita Philoſophica.
Marſilius.
Martinus Pollichius.
Mathiſius.
Mauritius Hybernus.
Melanchthon.

Nicolaus Grouchius.
Nicolaus de orbellis.

Occam.
Ouidius.

Paulus Venetus.
Perionius.
Petrus Aureolus.
Petrus de Bruxellis.
Petrus Hiſpanus.
Petri Hiſpani duo commentatores.
Philoponus.
Quintilianus.

Raianus.
Robertus Lincolienſis.
Rodolphus Agricola.

Schola Colonienſis.
Schola Louanienſis.
Schola Pariſienſis.
Schola Veneta.
Seneca.
Setonus Cantabrigienſis.
Simplicius.
Soncinas.
Stobæus.
Sturmius.

Tartaretus.
Themiſtius.
Titilmannus.

Valerius.
Velcurio.
Verſor.
Vicomercatus.
Virgilius.
Volaterranus.

Willichius.

Annotationes quædam, quibus docetur lector, autorum testimonia facilius inuestigare.

NOtandum est, autorum verba, siue sententias, quibusdam signis tam in principio testimoniorum, quàm in fine esse notata. In principio huiusmodi signa ☽ ♈ ♀ aut alia collocamus, in fine hæc tantum nota ponitur.] Vt cap. 1. huius libri, secundo loco Arborei auŝ *Arborem.* toritas in medium profertur, cum nota ad hunc modum. ☽ *Genere:* Tum vbi illius terminatur oratio, hoc signum ponitur] ad hunc modum *Græcus*] quod idem & de alijs omnibus autoribus est iudicandum. Hunc ordinem mihi hac de causa proposui, ne verba hæc, *Inquit ille, Hactenus ille*, sæpius interponerentur.

Annotauimus etiam in margine libros, seu librorum capita, è quibus testimonia figuris designata deprompsimus, si modò fuerint paulò longius petita. Quòd si autorem aliquem inueneris, (modo sit aliqua nota denotatus) & illius tantùm nomen, non librum, seu caput conscriptũ, ex quo illius autoritas fuit deprompta: intellige autorem eam sententiam habere in eodem capite, quod nos eo ipso in loco explicamus. Vt verbi gratia, cap. de *Genere* comperies diuersa autorum testimonia notis declarata, capitis autem nomenclaturam non inuenies. Scito igitur autorem illa verba habere cap. de Genere. Alia sunt præterea annotanda, quæ quoniam parum habent difficultatis, lectoris iudicio, coniecturæque committo.

23229

ERRATA SIC CORRIGITO.

Si in animo habeas (beneuole lector) in hisce lucubrationibus perlegendis studium & industriam tuam collocare, te rogo, vt ad hæc errata corrigenda primum tuum laborẽ conferas: & ita ea loca quæ alioqui essent valde obscura, nihil tibi inter legendum impedimenti afferent.

Pa.	Lin.
8	19 Lege sex transcendentia. & lin. 41. res in complexas.
11	18 Quam quidem multitudinem.
13	6. Sed eã duntaxat.
14	3. Inter se relata erunt.
15	12. Ad hũc modũ.
17.	In tabula lege, genus dialecticum & ciuile differunt.
18.	9. Ab ipsa specie.
20.	21. Si enim rogetur
26.	32. Proximum definitum.
37.	2. Aequé ac ipse homo. & lin. 28. & cancellis quibusdam terminetur.
44	12. Frangendã ducimus.
58.	1. In eisdem circuculus adhibetur.
50.	7. Quia conceptũ confusum.
51	8. Naturam exprimere. & lin. 10. quam à sua specie. & lin. 37. acsi sentẽtia desisteremus
53	38. Modò se rectè
54	7. De nullis affirmatur, & lin. 13 ipsę formæ.
57.	7. Suffragatur, Niphus. lege in eadem pagina, in margine Argyropilus.
65.	4. Eum penitus.
68.	45. Et nõnũquã.
69.	43. Tantum indiuiduis.
81.	10 Ipsum te induces.

Pa.	Lin.
83.	3. Quod si ad nos
84.	11. Copia reperiri
85.	22. In quæstionẽ igitur. & lin. 29. illud Beueri. & lin 39 nomina.]
86.	In margine lege Cicer. lib. 10. de natura deorum. & li. 25. in cõtentionẽ. & li. 35. asserere possumus.
87.	26. Aquinate. & lin. 28. & veri quidem si militer
90.	Li. postrema, effectricem vocãt: alias verò.
92	10. Abstrusiora, neque dialecticorum, &c. & li. 24. cùm ad Platonem in quo ineſt refertur. & lin. 37. sunt in aliquo, & lin. 39. quod ad naturã.
96.	28 Legitima diuisione.
97.	1. Autẽ Similtas.
99.	2. Naturæ prior sua. & lin. 15. est censendum, & li. 38. in substantia aliquid.
100.	22. Qua declaratur. & li. 36 alteri conueniunt.
104.	33. Ad rẽ propius.
105.	17 De sectione illa
106.	20 Vt informat. & lin. 43. & immortale.
109.	19. Materię simile
110.	23. Et non tanquã & lin. 24 categoriæ substantiæ.

Pa.	Lin.
113.	40. Disceptationem fore.
117	28. Quia prima definitio.
121	45. Non possint.
124	26. Ab extremis accidentibus.
126	15. Geometriæ.
135.	26. Quare neque, ibi scribe in margine [Louanienses, est enim illorum sententia.
137.	19. Et necessariò.
142.	35. Principia efficientia respectu.
144.	12. Quandoquidem vnum.
148.	25. Quã definitio
149.	23. Propriæ semper suis.
150.	9. Ratione fiat. & lin. 22. turpis esse
151.	24. Scribe in margine [Louanienses, li. 1. topi. sunt enim illorũ verba.
154.	8. Modò cõmutari nequeat.
155.	9. Et cùm vnum.
156.	8. A rei distributione.
174.	7. Non valere.
176.	10. Tum ea.
181.	6. Eundẽ binariũ
183.	15. Non nunquã.
206.	4. Contendant.
212.	Lege in margine Hospinianus.
213	Lin. postrema, intentione.
214.	8. Diducantur.
206.	32. Opinionem tenere.

Si quæ alia occurrent loca, quæ mendosi videbuntur, rogo vt ea sponte ac voluntate tua potiùs candidè corrigas, quam inuidiosè reprehendas: nobis enim propter aduersam valetudinem omnia satis accuratè percurrere non licebat. Vale.

IN RICHARDI STANIHVRSTI
Catenam seu Harmoniam Dialecticam
Laurentius Humfredus.

Corpora plura animus iunctim si possidet vnus,
Iudice Pythagora, nexus amoris erit.
Hic aliud cernes vinclum, miramq; catenam,
Et Metamorphosin (lector amice) nouam.
Nam plures animæ, corpus mutantur in vnum,
Multorum genios vnyt vnus homo.
Burleos, Petros, Paulos, Fabrosq;, Nyphosq;,
Mathisios doctos, morosophosq; rudes.
Quicquid Louanium, vel clara Colonia gignit,
Quicquid Cambrigiæ, Lutetiaue schola,
Hoc totum dextrè fascem congessit in vnum,
Has omnes animas Oxonienſis habet.
Nominales Reales. *Secum rixantes Occam, Thomasq;, Scotusq;,*
Dissare tractantes nomina, resq;, sono,
Hîc bene conueniunt, libro stipantur in vno,
Quodq; Chaos vastum est, vnio pulchra modò est.
Excidit spinas, Colocynthida, semen agreste,
Collegit flores, hinc tibi gratus odor.
Sic sunt multa vnum, tenebræ lux, omnia tersa,
Ingenio, neruis, ordine, luce, modo.
O si concentus talis regnaret in orbe,
Vt logicis armis sit locus, atq; decus:
Vt ratio præsit, præsit dialectica mundo,
Non vis, non ferrum, non furiosa manus.
Vnio ô vtinam simplex coalescere posset,
Possent arma togis cedere, castra scholis.
Hac clangente tuba, iam classica nulla sonarent,
Bombardæ bombus nullus, at alta quies.
Florerent pacis studium, sacræq; Camænæ,
Chalcographus libros venderet ille suos.
Porphyrius, Stanihurste, tuus volitaret vbiq;,
Porphyrius genere, & nomine purpureus.
Tum Syntagma tuum, selectaq; glossa placeret,
Harmoniam tereret læta iuuenta tuam.
Delphicus hic gladius, mucro Dialecticus, inquam,
Scrupos, & nodos, solueret omnigenos.
Tum duce Sidnæo dulcis tua patria totam,
Imperio sese dederet ELIZABETH.
Hoc faxit Christus, melioraq; tempora donet,
Nubila prætereant, sitq; serena dies.

AMEN.

In Porphyrianos Richardi Stanihurſti Commentarios, Thomas Caius.

AD logicen primus callem qui fecit apertum,
Quiq; viam ad magnum strauit Aristotelem.

EDARTA-

23229

Enarratorum turba illuſtrante frequenti,
En nitet inſolito lumine Porphyrius.
Attulit hanc lucem primis Stanihurſtus in annis,
Maiorem qua non antè dedêre ſenes:
Dum ſtudet in paruum clarè conferre libellum,
Ἐξυνυεῖαι prior luminis id quod habet.
Ergò pij iuuenis ſtudio faueatis honeſto,
Vos quibus hic nuper commoda tanta dedit:
Autoremq́ noui fœtus candore mouete,
Vt ſimili pergat fœtificare modo.

IOANNIS HOPKINI AD RICHARDVM STANIHVRSTVM PARACLETICON.

CVR, Stanihurſte, times, ne ſpergat vipera virus?
Ne canis oblatret, neu fera dente petat?
An cohibere putas naturæ, aut ſiſtere curſum?
Ingenitas vires quî reſecare potes?
Liuor edax rapido depaſcitur omnia morſu,
Sub pede conculcans optima quæque ſuo.
Scribas, haud ſcribas: vigiles, capiásve quietem:
Seu bona ſecteris, ſeu mala: quicquid agis,
Non tamen effugies, quin diræ ſpicula linguæ
In te conjciant, & tua facta, mali.
Eximiè ſcripſit Cicero, bene pinxit Apelles,
Inuidiæ morſum ſenſit vterque tamen.
Conſcia mens recti cùm te comitetur euntem,
Sperne venenato quicquid ab ore fluit.
Sat placuiſſe bonis, qui tantos iure labores
Excipiunt grati, qui tua ſcripta probant.
Ergo macte animo, nec publica commoda tardes,
Ingenij viuent ſic monumenta tui.

EIVSDEM IN ZOILVM.

IMPROBE, qui laudes alieni carpere facti,
Incæptumq́ ſoles vituperare nouum:
Dic agè, quid frendes? rabido quid ab ore tumeſcis?
In pulchrè meritum cur, maleſane, furis?
Te tua crux miſerum cruciat: color arguit iram,
Buxo pallidior, luminaq́ igne micant.
Extima Tartareo tinguntur membra veneno,
Intima tabificus viſcera liuor edit.
Dumq́ aly nocuiſſe paras, vindicta redundat
Omnis in autorem, ſic ſtatuente Deo.
Carpe igitur quantum libeat: Stanihurſtus in ævum
Viuet: virtutem præmia iuſta manent.

THO.

THO. CHEVS IN STA.

NIHVRSTI COMMENTARIOS.

SEDVLA quærit apis redolentes carpere flores,
Condat vt in fauis dulcia mella suis:
Vomere perstringens præpinguia rura colonus,
Implet odoriferis mesibus ipse lares.
Quid studium prodesse potest, quid cura, quid omnis
Sedulitas animi, continuumq; labor,
Omnibus en pulchrum specimen, Stanihurste, dedisti,
Edendo hunc mira dexteritate librum.
Gratulor ergo tibi, (quis enim sua gaudia differt?)
Atque opus ingenij laudo probo q; tui.
Hoc opus excultum, linguam exornare docebit,
Argutis, Logices vocibus, arte, locis.
Cætera si parili studio quæsieris, addes
Artibus obscuris lumina, grata bonis.
Immortale boni extollent post funera nomen,
Nec te pro meritis laude carere sinent.
Desistas igitur noli, Stanihurste, labore:
Grande licet studium, gloria maior erit.

ROBERTVS DEWHVRSTVS

in Stanihursti Commentarios.

INTIMA si cupias Logices reserata videre,
Huc ades, hoc videas quæque recluſa libro.
Lucis egens claræ Tyrius prius abditus Heros,
Clarius hîc claro lumine, lumen habet.
Aureus hic auro fulgens precioſior vllo
Est liber, hunc voluas, aurea multa leges.
Est opus eximium, meritò Regale vocetur:
Fulget in hoc Logicæ Regius artis honos.
Fertilis hic campus, variis oneratur aristis,
In quo, si libeat, spicea serta legas.
Ergò agè, si Logicæ, Lector, tenearis amore
Artis, ad hunc portum fac celerare ratem.
Et gratus, memor es grates persoluere dignas
Stanhurſto, gratis qui tibi grata dedit.

SIMO-

23229

SIMONIS TRIPPI AD STANIHVRSTVM CARMEN DE SVIS in Porphyrium Commentariis.

FOELICES partus, fœlicia pignora vidi,
Qua, Stanihurſte, tui mundo peperêre labores:
De queîs iudicium noſtrum ſi fortè requiras,
Iſta breui noſtræ certa eſt ſententia mentis.
Tu mihi præſtanti decorandus laude videris,
Et ſanè dignus cui publica munera dentur,
Quòd iuuenis tantos ſubeas talesq́; labores,
Contrà quàm multi ventrem Veneremq́; ſequuti,
Diuinam turpi fœdantes corpore mentem.
Iam verò libro complecteris omnia paruo,
Quæcunque aut homines, aut res deſideret ipſa.
Nemo te melius contorta ſophiſmata ſoluit,
Nemo te melius nodoſas explicat artes.
Legiſti, credo, authores, veteresq́;, nouosq́;
Omnes, doctos, indoctos, cultos, ſubagreſtes.
Quod ni feciſſes, nunquam Dialectica per te
Excuteret ſeruile iugum, nec ruſtica regna:
Quin miſera in tenebris & carcere condita cæco,
Æternùm dominis ſeruiret clauſa ſuperbis,
Indoctis, ſpurcis, fœdantibus omnia rictu.
Quò magis ipſa tibi debet Reſpublica docta,
Ipſa Pierides, atque omnis turba bonorum.

EDMVNDVS LEWKENORVS in Stanſhurſti Commentarios.

FAMA Stanhurſtei fuerat cùm maxima libri,
Quem parat Angligenis exhibuiſſe ſuis,
Quantumuis mutuis arderent ignibus antè,
Lis inter Logicen Rhetoricenq́; fuit:
An Logicus Logices pulcherrima prælia monſtret,
Anne ſuas Rhetor funderet artis opes.
Illa leues fucos, & dulcia verba ſororis
Eleuat, & clamat ponderis eſſe nihil.
Altera contemnit rixoſæ iurgia pugnæ,
Ni ſimul & diſcas cultius ore loqui.
Ergo quid faceret? (neutram contemnere Diuam
Aut libet, aut libros ſcribere velle duos.)
Quid niſi quod fecit? ſic miſcuit vtile dulci,
Vt ſimul & Logicen Rhetoricenq́; colat.
Qui librum ſpectat, Logicum videt eſſe libellum,
Sic tamen, vt Logicus Tullius eſſe queat.
Ergo iurgantes compeſcant verba ſorores,
Auctor enim pariter noſter vtramque fouet.

IN PORPHYRIANAM STANIHVRSTII EXPLANATIONEM, Thomæ Twyni Carmen.

O PVERI, primas auidè qui discitis artes,
Et iuuenes, queîs scire dedit plus aptior ætas,
Quosq́; nihil nescire velit matura senectus,
En clarum vobis munus Stanihurstius offert,
Ætati triplici munus quod seruiat vnum.
Ergò agite hanc Logicen, pueri, iuuenesq́;, senesq́;,
Obsecro, perpetuò legite, atque reuoluite dextrâ:
Hæc saltem tanto reddatur gratia scripto.
Omnia nam Logices conscripta volumina passim,
Contulit in librum Doctus Stanihurstius vnum.

GVLIELMVS MORISIVS in Stanihursti Commentarios.

SI veterum subtile satis delectet acumen,
Si vis ingenij grata sit vlla tibi,
Si sensus placeat rerum, tamen aspera verba
Displiceant, istum volue reuolue librum.
Prisca etenim rebus series manet, integra verba
Sunt mutata nouis, & variata modis.
Quæ docet obscurè veterum numerosa caterua,
Illa dabit paucis vnicus iste liber.
Et quæ multorum vix mille volumina monstrant,
Hoc ea perspicuè nobile pandit opus.

HENRICI DETHYCCI in eosdem Stanihurstij Commentarios Carmen.

SI quis Aristotelis lustrare palatia quærit,
Porphyrij auxilium consiliumq́; petat.
Qui licet obscuro tenebrarum carcere clausus,
Pauperiem duram sæcula multa tulit:
Nunc tandem emersit claro vestitus amictu,
Promptus & officio cernitur esse suo.
Quinque suas claues studiosis promit amicis,
His bene tractatis, atria clausa patent.
Ergo tecta Sophi libeat si inuisere tanti,
Limina Porphyrij sunt reseranda tibi.
Quòd si Porphyrij vis limina clausa patere,
Hic liber ingenij practica clauis erit.

AV-

23229

AVTOR AD LECTOREM.

Pauca dedi, ſed plura dabo, ſi pauca placebunt:
Quòd ſi non placeant, tu meliora dato.
Te dare poſſe puto, nec me dare velle negabo:
Poſſe quidem poterit plurima, velle parum.
Velle meum meliora daret, niſi poſſe deeßet:
Sed quia poße deeſt, ſit voluiße ſatis.

GVLIELMVS RAINOLDVS
AD RICHARDVM STANIHVRSTVM.

Quæ das pauca, patent, da plura, magisq́ placebunt:
Et meritò, namque his quis meliora dabit?
Poße & velle tuum eſt, nam qui poteritq́ velitq́,
Tam dare multa, alium non puto poße dari.
Perge igitur, Stanihurſte, tuæ laus maxima gentis,
Nobis & noſtræ tam bene velle Scholæ.

IDEM AD LECTOREM.

AN tibi Rhetorice arridet? num Muſica cordi eſt?
Curſus, & cœli ſydera noße cupis?
Nunquid Arithmetes, fieri ve Geometra quæris?
Ethicus aut Phyſicus num cupis eße probus?
Omni vis, breuiter, fieri perfectus in arte?
Ergo ſtude Logices dogmata culta ſequi.
Doctos, indoctosq́ leges, veteresq́, nouosq́?
Tempora tam ſtolidè quis pretioſa teret?
Tartaret, Andreas, Bricotus, Dunſius, Aquinas,
Nomina ſunt ipſis barbariora Getis.
Ergo iſti valeant, tenebris iaceantq́ ſepulti,
Fixus & amplexu ſit liber iſte tuo.
Ornatè, & breuiter, ſubtiliter, atque politè,
Inprimis ſenſus explicat iſte ſuos.
Explicat obſcuris concluſa ænigmata verbis,
Explicat in multis quæ latuêre libris.
Huc igitur, iuuenes, veſtras contendite mentes,
Multorum vobis hoc erit inſtar opus.

EDMVNDVS CAMPIANVS
RICHARDO STANIHVRSTO
S. D. P.

COmmentarios in Porphyrium tuos, ſingulari iudicio diligentiáque laboratos, legi ſanè cupidiſsimè, mirificéque lætatus ſum, eſſe adoleſcentem in Academia noſtra, tali familia, eruditione, probitate, cuius extrema pueritia cum multis laudabili maturitate viris certare poſsit. Macte verò, Stanihurſte, iſta ſedulitate & induſtria, abde te in literas, curſum confice, corruptelarum illecebras execrare, ingenij neruos intendito, da te patriæ, meritiſsima virtutis præmia conſectare. Tu, qui hac ætate tot Philoſophorum Dialecticorúmque pixides expilaris, omnem libidinem, petulantiam, ſocordiam fregeris, in pulcherrimo difficillimóque conatu tam obſtinatè perſtiteris, quantus mihi videbere tum cùm vtramque Philoſophiam poſt aliquot annos profitebere, cùm Latinas & Græcas literas affluenter imbiberis, cùm omnes bonas artes exhauſeris, cùm ingenium iudicio, iudicium ſapientia, ſapientiam annorum acceſsione corroboraris. Videor mihi videre diem illum, quo te omnium in ore ſermonibúsque volitantem præclara tua laus editiſsimo loco, tanquam in Theatro virtutis reponet, pergas modò conſtanter facere quod facis, nec à te ipſo degeneres, aut excellentẽ iſtam mentis aciem turpiter hebeſcere patiaris. Quod ne fiat, non quaſi addubitem, ſed quia talium exiſtimationi, qualis tu es, valde velle atque optare debeo, magnoperè hortor: ſimúlque operis editionem vt matures, quò Reſpublica literaria celeriùs iuuetur. Me certè habebis & tuarum cupiditate laudum, quarum adhuc quidem ſpem expectationémque ſuſtines, mirabiliter incenſum, & earum quibus te hoc tempore ſtipatum video, buccinatorem. Vale, ex ædibus D. Ioann. præcurſoris, Calendis Decemb.

IDEM AD EVNDEM.

Siue laboratam video, Stanihurſte, Catenam,
Siue Catenati grande laboris opus,
Fœlices artes tanto dicentur alumno,
Tuq; potens tanto munere diues eris.

23229

INSTITVTIONES PORPHYRII,

Ioachimo Perionio interprete, per Nicolaum Grouchium correctæ & emendatæ.

CAPVT PRIMVM.



Via neceſſaria eſt, Chryſaori, ad categoriarum rationem, quæ ab Ariſtotele tradita eſt, generis, differentiæ, ſpeciei, proprii accidentiſque cognitio: earúmque rerũ tractatio, & ad definiendum & ad diuidendi ac demonſtrandi rationem, magnum affert adiumentum: tibi quidem inſtitui breuiter, & vt inſtitutionis ratio poſtulat, quæ à maioribus didici, exponere. In quo ego, prę termiſſis obſcurioribus quæſtionibus, eas interim tractabo, quæ ad ſenſum popularem accommodantur.

VOlunt probati autores, ſex numero in initio ab expoſitoribus prælibanda eſſe: quæ ſcilicet ſit operis intentio, quæ vtilitas, an eius cui opus inſcribitur, germanus propriuſq; ſit liber, quis ordo, quæ operis inſcriptio, & ad quam Philoſophiæ partem ſcientia, quę traditur, ſit reducenda. Cęteris autem, quæ tanquam manifeſta ab omnibus conceduntur, omiſsis,] autoris vitam ſtrictim ac breuiter explicabimus, quod etiam ſeptimum locum in primordio alicuius explicationis (meo quidem iudicio) obtinere debet. *Louanienſes in præfatione Porphyrij.*

Vita Porphirij.

Fuit itaque Porphyrius, autor huius inſtitutionis, ¶genere Græcus,] ¥patria Phœnix, è Tyro, philoſophus Athenienſis,] ¶claraortus proſapia, à puero vſus eſt præceptore Longino viro doctiſsimo. Prius Malchus vocabatur, deinde ob veſtem purpuream, qua ob nobilitatem vtebatur, Porphyrius appellari cœptus eſt. Romam poſtea profectus, Plotinum audiuit vnà cum Origine & Amilio cõdiſcipulis.] Sed illud nõ admittit Mathiſius, ¶cum Suidas in vita Ammonij teſtetur, Plotinũ & Originem ſimul Ammonium audiuiſſe, Amiliúmque Plotini auditorem fuiſſe Porphyrij magiſtrum.] ¥ Inde in Siciliam nauigans, apud Lilybæum in morbũ delapſus, à Plotino magiſtro, qui conſolandi gratia eò ſe contulerat, & præſentia & philoſophica oratione è morbo recreatur. Moxq; Romã ſimul repetẽs, ibidẽ diem obijt, relictis operibus in quibus pugnãtia ſentire videtur: cauſa putãda eſt, vt quæ prius probauerit, procedẽte tẽpore ea reuocauerit. Reliquit enim de Diuinis nominibus, li. i. de principijs, ij. de materia, vi. de anima, v. de animaliũ abſtinẽtia, iiij. de cognoſcẽdo ſeipſum, iij. quod vna fuit Platonis Ariſtotelisq; contentio & ſecta, lib vi. de hiſtoria Iuliani Chaldęi philoſophi iij. contra Chriſtianos, li. xv. in Aſtrologia ac dialectica Iſagogẽ, aliaq; complura. Floruit Aureliani tẽporibus, vſq; ad Tacitum & Probum principes.] ¶Cum nimis cupidè Magicam artem ſectaretur, Demoniacis præſtigijs & illuſionibus irretitus, ſuum contaminauit & polluit

¶*Arborem.*
¥*Louanienſes in Proœmio vniuerſalium*
ϕ*Volaterranus libr. viij. Anthropologiæ.*
¶*Mathiſius in vita Porphyrij.*
¥*Volaterranus li. i. Anthro.*

Quos libros Porphyrius ſcripſerit.

¶*Arborem.*

ingenium, & grauissimam Euangelicis literis plagam intulit.] Atque hactenus breuiter & succinctè Porphyrij vitam ac mores attigimus, in quibus diutius inhærere non est huius instituti. Accedo nunc ad illud in quod mens legentis studiosius intenditur ac mouetur: vt ostendam videlicet tenui quodam orationis filo, quid conetur, quidque velit in hac sua institutione Porphyrius. Ac primum quidem animaduertendū est, quàm in ipso limite & orationis suæ vestibulo, artificioſè Chrysaorium ad hanc institutionem complectendam accenderit. γ Nam cum in exordijs potissimum auditores attentos reddere debeamus,] Porphyrium hoc ipsum præstitisse hinc sciri potest, quòd ab his duobus, Necessitate videlicet & Vtilitate operis (in quibus maxima attentionis vis & facultas ponitur) Chrysaorium auditorem suum, adeoq; cæteros omnes qui ista lecturi essent, ad attentè diligenterque legendum excitauerit. ϙ Attentos enim homines faciemus, si demonstrabimus ea de quibus dicturi sumus, aut magna, aut noua, aut vtilia esse, & simul dicemus, aut ad religionem pertinere, aut ad rempublicam, aut ad eos ipsos qui audiunt, aut ad alios quos charos habent,] & si his similia proferemus. Sed illud accuratum, expolitum & limatum orationis genus, præsertim cum non tam mihi videatur ad differendi subtilitatem & concludendi vim, quàm ad ornatè copioseque dicendum, in quo minime versabimur, attinere, sponte mea prætermittam. Ex huius igitur exordij prima parte, & veteres illi & recentiores homines, in differēdi arte laudabiliter exercitati, duas præcipuè quæstiones excerpunt: vnam, an quinque vocum cognitio, quatuor rebus vtilitatem adferat: alteram, an quæ vulgo prædicabilia, nobis autē attributa dicuntur, sint quinque numero, quarum hæc suo loco fusius & copiosius aperietur, illa præsenti negotio declarabitur. Cum itaque dicat Porphyrius quinque vocum cognitionem necessariam esse, omnes fere interpretes affirmant, ϛ Necessarium hoc in loco non dici, quod aliter se habere nō potest, sed id quod est vtile aut expediens, aut sine quo boni aliquid assequi, aut malum euitare non possumus, quo modo studium ad scientiam adipiscendam, operatio ad virtutem comparandam est necessaria.] Hæc autem interpretatio ita est vsu & communi consuetudine in tota Peripateticorum familia vsque ad ætatem nostram assiduè defensa ac confirmata, vt eam minuere vehementer extimescam. Attamen cum ea lege hoc opus tractandum in me susceperim, vt ea quæ sentirem ac vellem, audacter & apertè proferrem, vtpote quiin nullius, nisi Aristotelis verba iurauerim, quę sit mea de hoc Porphyrij loco opinio, paucis expediam. Ego ex quo aliquos in re dialectica progressus habuerim, semper in ea sententia fui, vt Porphyrium non tantùm vtilitatem, sed etiam necessitatem hoc in loco intellexisse iudicarem. Quod si aliud verbis significaret, aliud animo complecteretur, satis esset argumenti, quo ductus Chrysaorius, in eam opinionem descenderet, vt potius existimaret, suum præceptorem fucata quadam ratione illum huius scientiæ desiderio flagrantem illudere, quam apertum illi aditum ad rerum vniuersarum conditiones aperiēdas patefacere. Neque Porphyrium suæ linguæ vernaculæ adeò rudem fuisse arbitror, quin commoditatem illam puro germanóque

Græci

γ Cicero ad Heren. li. 1.

ϙ Cicero ad Heren. cap. de exordijs. & Trapezuntius lib. 1. Rhet. cap. de exordio.

ϛ Louanienses. Paulus Venetus. Boëtius. Antonius. Andreas. Faber Stapulensis. Necessarium, hoc in loco non tantum vtilitatem significare.

23229

Græci ſermonis vocabulo exprimeret, ſi per Neceſſitatem, Vtilitatem intellectam eſſe voluiſſet. Dementis enim potiùs quàm docentis eſt, obſcurè loqui, cum animi ſui ſententiam apertè poſſit demonſtrare. Vult igitur Porphyrius cognitionem quinque vocum ad Categorias, Definitiones, Diuiſiones, & Demonſtrandi rationes neceſſitatẽ adferre: non ergo ſuam inſtitutionem, ſed vocum cognitionem neceſſariam eſſe dicit, quod quidem omnes in ſe numeros veritatis habet: cùm hiſce quinq; vocibus incognitis & ignoratis, neque ad Categoriarũ notionem, neq; ad definiendi vim, neq; ad diuidendi notitiam, neq; ad demonſtrandi rationem vnquam aſpirare valeamus. Longè verò prius ab eo tempore in quo primum vixit Porphyrius, & inuentæ fuerunt iſtæ voces & diſputatę, licet non tam certo ac iuſto ordine diſpoſitę, ſed in veterum philoſophorum libris confuſa ac perturbata quadam ratione, & veluti in ſumma rerum caligine reconditę. Non igitur ipſa Attributa, ſed illorũ ordinem ac methodum excogitauit Porphyrius. Ex quo perſpici poteſt illius inſtitutionem non neceſſariam, ſed vtilem eſſe. Cum enim cognitionem rerum vniuerſarum ad Categorias, Definitiones, Diuiſiones, & Demõſtrationes adeò neceſſariã eſſe probet, vt abſq; vniuerſalium notitia nihil certi de his ſtatuere queamus, certè ſi Porphyrij breuiſſima quadam inſtitutione ad Attributorũ cognitionem, adeò neceſſariam perueniamus, illius inſtitutionem à noſtra vtilitate abhorrere nemo procul dubio affirmabit. Quare perſpicuum eſt, neceſſarium hoc in loco illud ſignificare, quod aliter ſe habere non poteſt. Quoties autem hęc quęſtio in contentionem venit, an ſcilicet Attributorũ cognitio quatuor illis ſuperius numeratis aliquid lucis adferat, per vocum cognitionem, inſtitutionem hanc Porphyrianam intelligere debemus, hoc eſt, an illud opus Porphyrij, in quo Attributorum naturas ac proprietates inueſtigauit, ad quatuor res adiumentum adferat necne. Quod ſi de ipſis vocibus quęſtionem haberemus, an quinque videlicet Prędicabilia ad quatuor illa perſpicienda vel inprimis eſſent neceſſaria, tum inſtitutionem Porphyrij non eſſe intelligendam, ſed ſimplicem harum vocum cognitionem ſignificandam diceremus. Hactenus de neceſſitate illa, nunc reliquam partem contextus Porphyriani παραφραστικῶς exponam. [Quia] maximè [neceſſaria eſt,] & non tantum vtilis [Chryſaori,] ; qui cùm Porphyrij auditor eſſet, cúmque abſente pręceptore in Ariſtotelis categorias incidiſſet, eáſq; per ſe ipſe non ſatis aſſequeretur, à pręceptore, qui tum in Ætnęi ignis hiſtoria ſcribenda occupabatur, hoc petijt, vt ſi ipſe venire non poſſet, εἰσαγωγὴν quendam in Ariſtotelis categorias ad ſe libellum tranſmitteret. Quare ductus Porphyrius, has quinque vocum inſtitutiones ad ipſum perſcripſit, teſte Ammonio, qui & alia plura opuſcula eidem Chryſaorio inſcripta à Porphyrio teſtatur]. [Ad categoriarum rationem]. i. ad prædicamenta. ? Categoria enim licet interdum ſit idem quod accuſatio, tamen à philoſophis pro prędicamento vſurpatur. Vel per [categoriarum rationem] intellige Prędicamenta categorias prędecedentia, cuiuſmodi eſt illud, Diuerſorum generum, &c. Eſt autem primò notitia Vniuerſalis vtilis ad ſeries & documẽta Categoriarum. Nam ſeries Categoriæ eſt ordo vnius generis ſummi

Ordo vniuerſalium tantũ à Porphyrio excogitatus.

Cognitio vniuerſalium eſt neceſſaria. Porphyrij tractatio tantum vtilis.

; *Mathiſius.*

Chryſaorij rogatu hanc inſtitutionem ſcripſit Porphyrius.

Ammonius.

? *Louanienſ.* Categoriæ ſignificatio.

Categoria quid.

mi, generum interiectorum, ſpecierum infimarum atque individuorum, quæ ſeſe ad inuicem tanquam inferiora, ſuperiora reſpiciunt. A genere ſummo vſque ad infimas ſpecies per differentias fit deſcenſus, quæ quidem indirectè tantum ſub primo genere continentur. In documentis autem categorijs inſeruientibus, Ariſtoteles meminit nunc generis nunc ſpeciei, &c.] Huic autem loco ipſe Ariſtoteles aſſentitur. ♀ Deinceps categoriæ exponendę ſunt, ad quas eæ quatuor quas diximus, diſtinctiones differentiæq; referuntur. Sunt autem numero decem, Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Ea quę cũ aliquo conferũtur, Vbi, Quando, Sitũ eſſe, Habere, Facere, Pati. Sẽper enim ad quamq; harum Accidens, genus, proprium & definitio pertinent. [Quæ ab Ariſtotele tradita eſt.] ♀ Sunt enim alij qui de Categorijs ſcripſerunt, cuiuſmodi eſt Archites [Generis, Differẽtiæ] ‡ quæ ſpeciei eſt hoc in loco naturæ ordine præpoſita, quamuis in progreſſu operis tractationem ſpeciei, ordine doctrinæ, differentiæ præmittat. Naturæ itaq; ordo eſt, quo partes totum, cauſa effectum, ſubiectum proprium aut accidens, & generatim omne à quo quicquam dependet, illud quod ab ipſo eſt dependens præcedit. Ordo doctrinæ expoſtulat, vt communiora præcedant minus communia, notiora minus nota. [Speciei proprij accidẽtiſque cognitio, earumq; rerum tractatio & ad definiendũ.] § Quia ſola ſpecies definitur, cuius definitionis partes ſunt genus & differentia. Accidentia autem ſiue ſint propria ſiue communia, veram definitionem non ingrediuntur. Neceſſum eſt igitur exploratũ habere, quæ ſit generis & differentiæ natura, quid ſit etiam ſpecies, vt & id quod definitur, & definitionis partes cognoſcamus. Oportet etiam proprij & accidentis notitiam habere, non quod in definitione collocentur, ſed quod ab eadem remoueantur, cum malum non vitetur niſi cognitum. Quamuis forſan propria & communia accidentia in deſcriptionibus locum habere queant.] Et propterea tenendum eſt, duplicem eſſe deſcriptionem: vnam quam eſſentialem, alteram, quam aduentitiam ſiue accidentariam vocamus. Deſcriptio eſſentialis illa dicitur, in qua verum genus veráq; propria paſſio collocatur, vt homo eſt animal aptum ad ridendum: Aduentitia verò eſt, in qua vel verum genus, vel illud quod generis vicem ſuſtinet, & accidens aliquod commune reponitur. His ita conceſſis dicendum eſt, Porphyrium hoc in loco non tam preſſè & anguſtè Definitionis ſignificationem contraxiſſe, vt eam illi tantummodo Definitioni tribuendam eſſe cenſeat, quæ rei vim naturámq; complectitur, ſed potius vt ſub ſuo ambitu & veram Definitionem & vtramq; Deſcriptionem cõprehendat. Ad has igitur tres Definitionum rationes cognoſcendas, generis, differentiæ, proprij accidentiſq; notitia magnum adfert adiumentum. Neq; verò eſt omnino de ſpecie, quanquam minimè quidem debemus eodem modo de illa iudicare, reticendum, ſiquidem illa videtur quodammodo inſeruire Definitioni, propterea quod illius vis & natura definitione explicatur, illa verò quod ſpeciei definitionem ingrediantur, [& ad diuidendi] rationem. ♀ Quia genus interdum differentijs veris & genuinis, aliquando differentijs communibus ſeu proprijs, in ſuas partes cõſumitur.][Demonſtrandiq; rationem] ♀ omnis enim Demõſtratio,

Differentiæ quomodo ſint in prædicamẽtis.

♀ *Ariſt. lib. i. Top. cap. vi.*

Decem ſunt prędicamenta.

♀ *Mathiſius.*

‡ *Louanienſes*

Ordo naturæ.

Ordo doctrinæ.

§ *Paul. Vene. Louanienſes.*

Cur proprij & accidentis tractatio ſit vtilis.

Deſcriptio duplex.

♀ *Boëtius in lib. de diuiſ.*

Louanienſes.

Paul. Vene.

♀ *Louanien.*

23229

ſtratio, modo ſit potiſſima, definitionem abſolutam ac perfectam ex genere.ſ. & magis propria differentia conflatam tanquam ratiocinationis Medium habet, Maiorem extremitatem proprium ipſius ſubiecti, Minorem verò ſubiectum ipſum, id quod ſemper ſpecies eſſe debet. Accidentia autem à Demonſtratione reijciuntur.] [magnum adfert adiumentum] docet apertis verbis cognitionem quinque vocum eſſe neceſſariam, at verò illarum tractationem, quę in hac inſtitutione continetur, ad hæc quatuor, quæ iam attigimus, valdè multum cõducere. Quod ſi de his quinque vocibus ſimpliciter & generatim loquamur, ϒ non tantum ad hæc quatuor vniuerſalium notitia eſt vtilis quę à Porphyrio recenſentur: cum ad vniuerſam Philoſophiam eiúſque quamlibet partem rectè intelligendam plurimum momenti habet.] [tibi quidẽ inſtitui breuiter] ϒ locus beneuolentię eſt ac docilitatis.] [vt inſtitutionis ratio poſtulat] ϳ quæ poſtulat non curioſam, non nimis exactam intelligentiam.] [Quæ à maioribus didici exponere] ex quibus verbis liquidò conſtat, eum tãtummodo collationem vocum, non ipſas voces excogitaſſe. [In quo ego prętermiſſis obſcurioribus quæſtionibus, eas interim tractabo, quæ ad ſenſum popularem accõmodantur.] ǂ Ita incipientibus breuiùs ac ſimpliciùs tradi magis conuenit: aut enim difficultate inſtitutionis tam numeroſę atq; perplexę deterreri ſolent, aut eo tẽpore, quo pręcipuè alenda ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda ſunt aſperiorũ tractatu rerũ atterũtur.]

Ex quibus cõſtet Demonſtratio.

ϒ *Louanien.* Vniuerſalium notitiam totiꝰ philoſophiæ tractationi cõducere.

ϒ *Mathiſius.*

ϳ *Louanien.*

ǂ *Quintil. lib. viij. cap. i.*

Ac primum ne longè abeam, de generibus ac formis, cohæreánt ne ipſa per ſeſe, an in ſolis animis ſint: & ſi cohęreant per ſe, vtrum corporea ſint, ánne corporis expertia: & num auulſa ſint, & diſtracta ab iis quæ ſubiecta ſunt ſenſibus: an in iis ipſis hæreant ac nitantur: hæc, inquam, prætermittam omnia: præſertim cũ hoc arduum ſit, ſubtilioréque egeat diſputatione. Quo autẽ pacto de his ipſis, illíſque quæ diximus, cum veteres omnes, tũ vel maximè Peripatetici probabiliter diſſeruerint, quidque ſenſerint, docebo.

NIhíl eſt quo lectoris animus ad aliquid perlegendum citiùs incitetur, quàm cum animaduertat ſe inter legendum neque verborum obſcuritate poſſe retardari, neque rerum caligine aliqua ex parte excruciari: ac propterea non inepte Porphyrius, vt quam Chryſaorio fidem fecerat, eam præſtaret, (ſiquidem ea promiſit ſe literis mãdaturũ, quæ ad vulgarem popularemq; ſenſum accõmodarentur) quæſtiones ſumma quadam rerum difficultate implicatas, non tamen explicatas, in medium produxit: ϙ partim quo Chryſaorius perſpectum haberet, attributa quadam rerum obſcuritate eſſe inuoluta, partim vt lectores attentos redderet,] ϒ partim etiam ne in eam ſuſpicionem ipſe veniret, vt eas, quas mouet quæſtiones, ignorare iudicaretur]. Eas tamen quaſi in dubio adhuc hærentes, minimè ſoluit, cũ ſenſum popularem longè ſuperent, atq; ad primam philoſophiam, potiùs quàm ad Dialecticam pertineant. Qui enim ſuas de iis quæſtionibus opiniones attulerunt, tanta erant in varietate ac diſſenſione opinionum conſtitu-

ϙ *Colonien. Albertus. Tartaretus.*

ϒ *Aquinatis commen.*

tí, vt eorum cum infinitum esset sententias dinumerare, tum nemini paterent, nisi qui esset in ipsis Philosophiæ venis ac visceribus assiduè versatus. Sed suam ipsius causam agat Porphyrius. [Ac primum ne longè abeam, de Generibus ac Formis] ʒ & alijs tribus notionibus vniuersis:] ‡ Quàmuis spinosas has quęstiones de Genere & Specie potiùs quàm de reliquis tribus vniuersalibus moueat, propterea quòd hæc tria minus principalia habeantur, & in duobus prioribus continentur, Differentia siquidem potestate est in Genere, actu verò in specie constituta: Proprium proximè in Specie est, Accidẽs verò in indiuiduis, & deinde in indiuidui superioribus.] Hoc autem est sciendum Porphyrium ϙ per Genera & Formas Primas & nõ Secundas notiones & impositiones significare.] Neq; illud prætereundum erit ϒ nomen Formę in varias significationes deduci: interdum enim significat pulchritudinem: vt forma bonum fragile est: nonnunquam ideam, sic Platonis Idæas Latini Formas appellant: quandoque substantiam incorpoream & spiritum, formam etiam aduentitiam, vt sunt Qualitates sensibus subiectæ, vel animo impressę: sic dicimus formam iustitię, si oculis cerneretur, admirabilem suæ pulchritudinis speciem commouere: item essentiam Substanţię vel Accidentis, de qua Gilbertus Porretanus in principijs scribit. Ad hæc perfectionem rei, qua significatione anima Forma corporis, hoc est perfectio corporis animati appellatur, significat etiam formam physicam, alterum naturale principium.] At verò hoc in loco per Formam speciem vniuersalem intelligimus, quæ appellatio crebriùs à Cicerone vsurpatur. Differentia etiam inter Formas numeratur, ita tamen vt hęc forma informans, Species vero Forma informata ac constituta nominetur. [Cohæreant ne ipsa per seſe] id est, ϙ sintne ipsa aliquid re vera præter animi affectiones?] ʒ & num subsistant aut sint aliquid in rerum natura?] ‡ Illa autem per se cohærere dicuntur, quæ re ipsa citra omnem intellectus operationẽ, quæ vniuersalia tanquam obiecta respicit, existere solent. [An in solis animis sint] ϒ Ea in solis animis sunt, quæ hãc tãtum naturam habent, quòd intellectu compræhendantur: vt Hyrcoceruus, Chymera, Centaurus, & huiusmodi figmenta.] Hactenus de prima quęstione. Secunda hæc est. [Si cohæreãt ipsa] ſ. Vniuersalia, vel Genera & Species [per se] i. si sint in rerum natura vi sua & non tãtum intellectus beneficio: [vtrum corporea sint an corporis expertia] ʒ Ea Corporea vocantur, quæ in tres dimensiones, hoc est Longitudinem, Latitudinem, atque Profunditatem sunt extensa.] Tertia quæstio est, [num] Genera & Species cæteraq; vniuersalia sint [auulsa & distracta ab ijs, quæ subiecta sunt sensibus] qualia sunt Indiuidua. ‡ Quicquid enim vel oculis accipitur, vel in aures sufcipitur, vel gustu percipitur, vel odore sentitur, vel tactu apprehenditur, est Indiuiduum.] ϙ Sola enim singularia sub sensus cadunt, vt frequenter inculcat Aristoteles.] [An in ipsis hæreant, ac nitantur] id est, ϒ an in rebus singulis ponantur,] [hæc inquam prætermittam omnia, præsertim cũ hoc arduum sit, subtilioréq;] primorum Philosophorum [egeat disputatione.] ʒ Sunt enim hæ quæstiones Dialecticorum viribus impares: quòd in earum tractatione, rationibus ex principijs eius quod est, siue

Entis

ʒ *Colonien.* ‡ *Louanien.*

ϙ *Mathisius.* Formæ significata.

ϒ *Velcurio lib. 3. cõmen. phy. cap. xv.*

Gilbertus porreta.

Cicero in top. et lib. 1. Aca.

Differentiam esse formam.

ϙ *Mathisius.* ʒ *Colonien.* ‡ *Louanienses.*

Quæ per se in rerum natura cohærent.

ϒ *Louanienses*

Quæ sunt in solis animis.

ʒ *Louanien.*

Corporea quę

‡ *Gorsius cap. de specie, & Augustinus Hunæus cap. de indiuiduo.*

ϙ *Louanien.* ϒ *Colonien.*

ʒ *Aquinatis comment.*

23229

entis & Vnius petitis vti oporteat, cum per hęc quid in solo intellectu cernitur, argumentãdo cognoscere soleamus.] Quare Dialectici Dialecticorum vsitatas quæstiones profiteantur, & Metaphysicis Metaphysica relinquant. ‡ Neqꝫ enim petenda est cuiuslibet rei ratio, à quouis sciente, neqꝫ par est, vt ad quasuis interrogationes, vnusquisqꝫ, qui aliquam artem profitetur, respondeat: sed de ijs tantùm ratio reddenda est, quæ propriè ad eam, quàm quisqꝫ tenet scientiam, pertinẽt. Atqꝫ si ad hunc modũ, cum Geometra, quia Geometra est, quisquam disserat, & ex huiusmodi interrogationibus aliquid concludat, rectè concludere videbitur: sin minus non rectè. Quia neqꝫ alia ratione redargui, neqꝫ conuinci potest Geometra, nisi fortè per accidens. Itaque apud Geometriæ imperitos de Geometria, non est disserendũ: eò quod rectène, an perperam disputetur, intelligi non possit. Quod idem in aliis Scientijs obseruandum.] Et quod iubet Aristoteles in rerum disputatione, hoc ipsum nos sequi debemus in rerum tractatione. [Quo autem pacto de his ipsis] ♀ hoc est de Genere & Specie] [illisqꝫ] & de alijs tribus Attributis, cuiusmodi sunt Differentia, Proprium, & Accidens [diximus cum veteres omnes] philosophi tam Stoici, à ♈ Stoa .i. Porticu Athenienſi dicti, (quorum princeps erat Zeno, seu vt alij volunt, Pythagoras, quàm Academici) qui ita appellati sunt ab Academia, loco nemoroso, non procul ab Athenis sito, in quo natum ferunt Platonem, qui horũ Dux fuit,] [Tũ vel maximè Peripatetici] à ♊ Deambulatione, quam vel ipsi disputantes, vel magister illorum Aristoteles inter docendum exercebat, nũcupati, nam περιπατειν Grẹcis ambulare significat.] Cuius rei meminit etiam Cicero. [Probabiliter dissenuerint quidque senserint docebo.] ‡ Quia ergo multos sibi ad imitandum proponit, inde est quod tam varias discrepantesque, si non re, verbis certè, tum Finitiones, tum Diuisiones harum vocum in sequẽtibus explicat, id quòd minimè alioqui necessarium fuisset.]

‡ *Arist. lib. i de demonstr. cap. ix.* Vnumquemqꝫ debere in sua arte versari.

♀ *Paul. Vene.*

♊ *Paul. Vene.*

♈ *Louanienses* Stoici vnde dicti. Zeno. Pythagoras.

Academici vnde dicti.

♊ *Louanien.* Peripatetici vnde dicti.

Cicero libro. i. Acad. quæst.

‡ *Mathisius.*

QVID SIT VNIVERSALE, QVA RATIONE à Prædicabili secernatur, quid vniuersalis subiecta natura: & quo pacto Dialecticus de Vniuersali loquatur.

CAPVT SECVNDVM.

CVm integra Porphyrij institutio, quam ad Chrysaorium scripserat, eò referatur, vt naturam Vniuersarum rerum diligenter exponat: commodiùs erit, & ad rationem instituti operis aptiùs, antequam vlteriùs progrediamur, rei Vniuersæ Definitionem explicatam reddere. ♀ Omnis enim, quæ de aliqua re suscipitur institutio, debet à Definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit id de quo disputatur]. Sed antequam eò perueniamus, varia huius vocabuli significatio est aperienda. ♈ Vniuersale in varias significationes deducitur: Primum vniuersarum rerum notas, quæ vniuersis enuntiationibus attribuuntur, præ se ferre solet, vt Omnis, Nullus, Quilibet: deinde potentiam animæ significat, quæ omnes tàm Vniuersas quàm Singulares naturas cognitas ac comprehensas habet, qua significatione intellectus,

♀ *Cicero lib. i. officiorum.*

♈ *Iauellus.* Vniuersalis significationes

vniuerſalis appellatur, & aduerſa ratione ſenſum dicimus eſſe ſingularem, ob id, quod tantùm in rerum ſingularum cognitione verſatur. Tertiò illud Vniuerſale dicitur, quod in ſe omnes perfectiones & vniuſcuiuſque rei cauſas complectitur. Et hoc modo Deum vniuerſalem nominamus. Poſtremò, illud eſt Vniuerſale, quod in multis, vel actu, vel potentia reperitur.] His explicatis, hanc vniuerſæ notionis definitionem conſtituamus. Vniuerſale eſt res finita, certa, ſimplex, perfecta, quæ cum in multis poſſit reperiri, de ijſdem aut in concreto, aut in abſtracto, diuiſim, vniuoce, ratione rei, tanquã totum quoddam, vel actu, vel potentia, proximè vel remotè affirmatur. Prima particula [res] remouet artis vocabula, cuiuſmodi ſunt, Genꝰ, Species, Propoſitio. &c. Separat etiam à definitione ea, quæ à poëtis finguntur: vt Chimæra, Centaurus, & priuationes, vt cęcitas, quę nõ ſunt res, ſed rerum abſentiæ. [Finita] ſecludit infinita. ‡ Infinitum actu intelligo, non potẽtia. Proinde Deus, numen æternũ, increatũ, creator, & id genus reliqua] in nullo Vniuerſali ponuntur. ♀ Vocabulum [certa] à deſcriptione ea quæ vulgo Trãſcendentia vocãtur, ſeiungit. Ea autẽ numero ſex ſunt, Ens, Bonum, Vnum, Aliquid, Verũ, Res,] quę hoc carmine cõtinẽtur.

Omnia tranſcendunt ſeu tranſcendentia quæ ſunt,
Vnum, ens, res, aliquid, verum, coniunge bonumq́.

Hinc oritur illa vniuerſalis diſtinctio, ♈ aliam ſcilicet eſſe circumſcriptam ſeu certam, quæ aliquo genere continetur, de qua nobis mentio eſt: aliam verò tranſgredientem,] quę Vniuerſale excedens, nõ certum appellatur. Præterea per vocabulũ [certa] omnia ea remouentur à Definitione, quæ naturam incertã præ ſe ferunt. Hinc illa Indiuidua, quæ Vaga nominãtur, cuiuſmodi ſunt, aliquis homo, aliquod animal, vniuerſalia eſſe pernegamus. Additur [ſimplex] ratione rerum compoſitarum, quæ Vniuerſalis definitionem nõ recipiunt, vt homo albus, Plato diſputat: quamuis enim homo à candore ſeparatus, & candor ab homine remotus, vniuerſalia eſſe concedantur, tamen homo albus ſub nullo Attributo continetur. Sed cùm tribus modis aliquid ſimplex dicatur, vel voce tantùm, hoc eſt, quod cum ſit vna vox, plura tamen ſignificat: vt vox Canis, re ipſa ſydus cœleſte, piſcem marinum, atq; animal latrandi facultate imbutum denotat: vel re tantum, hoc eſt, cùm plura vocabula loco vnius rei ſimplicis ponuntur, vt corpus animatũ, quod naturam aliquã ſimplicem, nobis tamẽ non cognitam, ſignificat: vel voce & re ſimul, vt homo, vox ſimplex eſt & res vna. Volumus ea quæ ſunt re ſimplicia, etiam ſi voce ſint compoſita, ſub hac definitione comprehendi. Non igitur ♃ excluditur corpus animatum, aut quãtitas coniuncta, aut diſiuncta: quia hæc licet voce complexa ſint, ſignificant tamen res complexas, loco quarum prędictis ob penuriam ſimplicium dictionum vti cogimur.] [Quæ cùm in multis poſſit reperiri] hinc excluduntur res ſingulæ, quæ de vno tantum, hoc eſt, de ſeipſis efferuntur. [de eiſdem aut in concreto aut in abſtracto] hæc particula eſt adiecta, vt oſtenderemus Abſtracta illa aduentitia, cuiuſmodi eſt candor, inter vniuerſalia numerari, quia de ſubiectis in cõcreto affirmãtur. Quamuis enim homo non ſit candor, tamen candidus eſſe dicitur. Cum itaq; natura cãddidi ſit vniuerſa, atq; accidens reſpectu

Vniuerſale quid.

‡ *Murmel. in prædicamẽtis reg. vi. tit. vi.*

♀ *Iauellus lib. iiij. cap. i.*

♈ *Daniel Barbarus.*

Indiuiduũ vagum cur nõ ſit vniuerſale.

Aliquid tripliciter ſimplex dici.

♃ *Louanien. Murmel. in prædicam. tit. iiij. reg. i.*

23229

ctu ſubiecti, cur etiam eandem vim non haberet candor, præſertim cũ Concretũ & Abſtractum non re, ſed ratione à ſeipſis differant? (Diuiſim) ϒ Id autem de multis diuiſim prædicatur, quod de ſingulis ſeparatim dicitur, vt homo de Iohanne & Petro. Non autem Iohannes de anima ſua & corpore. Nam etſi de ambobus ſimul ſumptis fortaſſe nõ falſò dicatur, nequaquam tamen de vtroque illorum ſeparatim acceptо, dici poterit.] Addita eſt particula (Vniuoce) vt à definitione res ambiguæ remoueantur, vt canis: huiuſmodi autem vniuerſalia eſſe poſſunt, ſi modo ad vnam tantummodo rem ſignificandam imponantur. ϛ Omne enim æquinocum poteſt eſſe vniuocum.] Hoc etiam vocabulo excluduntur naturæ ſingulares, ‡ quæ ſi forte ſecundum nomen de multis dicantur, non tamen hoc vniuoce ſed æquiuocè contingit. Veluti ſi Catonis nomen de vtroque Catone, Cenſorio atque Vticenſi, & de tertio item illo prædicetur, de quo Iuuenalis: ϒ Tertius è cœlo cecidit Cato,] ſi modo tertius aliquis fuit: ♀ illud non fit propter communem in ipſis ſpeciem: propter hanc enim homines dicuntur non Catones, ſed ob ſolam nominum ſimilitudinem.] Illud autẽ inprimis erit cognoſcendum, ‡ aliquid trifariam Vniuocè dici: primò quod non æquiuoce dicitur: ſecundo illud Vniuocum eſt, quod nomine & vera definitione de aliquo enuntiatur: tertio quod æquè & non ſecũdum intenſionem & remiſſionem rebus ſubiectis attribuitur. Prima ſignificatio in Prædicabilis definitione eſt intelligenda, ſecunda enim ſignificatio illius deſcriptioni inſeruire non poteſt, quia Genus, Species & Differentia tantùm nomine & definitione genuina ac perfecta de ſuis inferioribus prædicantur. Neque tertia ſignificatio adhibenda erit: quia Accidens intenditur & remittitur.] Atque hac vltima ſignificatione vſus erat Cæſarius, cum omnia vniuerſalia, Accidente excepto, vniuocè prædicari affirmaret, ac ſi diceret: Commune eſt omnibus attributis præter Accidens vniuocè, hoc eſt, æquè prædicari. Solũ enim accidens inter reliquas notiones intendi et remitti dicitur. Quod ſcitè ſatis à Raiano, Cæſarij interprete eſt explicatum. Ex his quæ dicta ſunt, perſpici poteſt Ariſtotelem ſtrictius accepiſſe Vniuocè prędicari, quàm hoc in loco intelligitur. Illud enim Ariſtoteles συνωνύμως prædicari voluit, quod idem nomen eandemque completam nominis definitionem pluribus rebus attribuit. Quamuis Iauellus aliíque Ariſtotelis interpretes, Ariſtotelem etiam Deſcriptionem intellexiſſe dicãt. Vel dici poteſt, ϒ Vniuocè prædicari latius in Prædicabilis definitione ſumi, pro eo quòd uel vera Definitione vel fortuita de ſuo inferiori affirmatur. Quo ſenſu proprium & accidens vniuoca nominantur.] ϛ Adiectum eſt (Ratione rei) vt indicaremus ſignis conditionem vniuerſam tantùm eſſe tribuendam propter principale & primarium ſignificatum. Quare hæc nomina mens tuus, & plæráque nomina his ſimília, non erunt vniuerſalia, licet de multis vniuocè dicantur & diuiſim: eo quòd pręcipuè rem ſingularem ſignificant.] [Tanquam totum quoddam] partes igitur integrales non erunt vniuerſalia. Nam cũ remoueãtur, vt Murmellio placet, à Categorijs (quanquã Louanienſes huic refragentur) æquum eſt vt ab attributis reiciantur. [vel potẽtia] ϛ ſunt enim quædã quę Actu, vt homo & leo: quędam quæ potẽtia, vt ſol

ϒ *Louanien.*

ϛ *Titilman. in ante prædi.*

‡ *Caſa. cap. 1. prædicabiliũ.*

ϒ *Iuuenalis ſatyra. 4.*

♀ *Rodol. Ag. lib. 1. cap. 6.*

‡ *Carterus Cantabrig.*

Vniuocum triplex.

Cæſarius in communi & differe. quinq; vocum.

Raianus cap. 1. prædicab.

Ariſt. in categorij.

Iauellus in definit. vniuoc.

ϒ *Raianus ca. 1 prædicab.*

ϒ *Louanien. in vniuerſalium proemio.*

Murmel. in prædicamen. re. xij.

Louani. cap. de ſubſtantia.

ϛ *Iauel. in defini. vniuerſ.*

ſol, luna, in multis dicuntur. Quamuis enim vnicus ſit tantùm ſol, vna tantùm luna, non tamen illis repugnat pluribus ineſſe] id quod ſuo loco declarabitur. Satis ergò ad naturam rei vniuerſæ eſſe arbitramur, poſſe pluribus rebus accommodari: (Proximè vel Remotè.) Differentia enim vltima, quæ cum ſpecie conuerſim dicitur, cuiuſmodi eſt rationis particeps reſpectu hominis, proximè tantùm de ſpeciè, at remotè de indiuiduis effertur. Quod item de proprio vltimo, quod cum ſpecie infima reciprocatur, eſt dicendum. (Affirmatur) per hanc particulam poſſunt excludi ab hac definitione enuntiationes negantes, vt aſinus non eſt homo, equus non eſt homo. Omne enim attributum affirmatur, non de ſubiecta re negatur. Remouentur etiam talia pronuntiata, quia in illis, de quibus efferuntur, non ineſſe ſolent. Atq; hactenus de Vniuerſalis definitione, quàm ſi perſpectam comprehenſamq; habuerimus, qua ratione à Prædicabili ſeiungatur, in promptu erit demõſtrare. Nullo enim alio modo ab Vniuerſali differt, niſi quod in § Vniuerſalis definitione, inhærendi, in Prædicabilis, dicẽdi modus collocetur. Illud enim eſt Vniuerſale, quod in multis ineſt: illud autẽ eſt Prædicabile, quod de multis dicitur. Non ergò re ipſa, ſed tantùm vocabulo & reſpectu quodam hæc inter ſe diſſident. ♀ Quo fit, vt res eadem diuerſa reſpiciens, diuerſas ſortiatur appellationes.] Sunt etiam quibus videtur ♈ prædicabile quiddam conſequens eſſe ad vniuerſale, non ſecus quàm propria paſſio ſuum ſubiectum ſequitur. Inde enim euenire ſolet, aliquid de multis dici, quod naturã vniuerſalẽ in multis habeat.] Poſtremò tam minimam inter hæc duo diſcrepantiã ponit Raiamus, vt ♀ eorum immodicam diligentiam, quæ, autore Plinio, plærũq; obeſſe ſolet, non probet, qui nimiũ anxiè & curioſè Vniuerſale à prædicabili ſeparant, nullo nitentes neque autore, neque firmo argumento.] Sed de his hactenus, nunc autẽ de eo quod Vniuerſali ſubijcitur, pauca dicamus, præſertim cum ſit ♈ mutua quædam relatio inter vtraque. Eſt autem res ſubiecta ſeu ſubijcibile, quod natum eſt Vniuerſali ſubijci: vt homo reſpectu animalis.] His omnibus poſitis ac conſtitutis, reſtat vt paucis oſtendamus, quo modo de naturis vniuerſis Dialectici loquantur. Atque quoniam breuem hac in re orationem habere cupio, tantùm in Iauelli autoritate hoc tempore conquieſcam. § Si Animal conſideretur, vt illius vis & natura definiendo aperiri poteſt, atque vt in ſua natura, hoc eſt, vt eſt corpus animatum ſenſus compos, intelligitur, ad primum philoſophum pertinet: hic enim tantùm rerũ naturas inueſtigare ſolet. Si verò de Animali loquamur vt ſuam habet naturam in rebus ſingulis, eſt phyſicæ conſiderationis. At verò quando Animali, opera intellectus, Prędicata ſecundę impoſitionis attribuuntur, quæ intellectus excogitat, cum primum animaduertit, animal eſſe naturam, anima, corpore & vi ſentiendi imbutam, ſtatim videt illam eſſentiam cuiuis animalis ſpeciei conuenire, tũ demum exploratum habet, animal in multis ſpecie differentibus dici poſſe, vt de homine & leone: quibus perſpectis, homo mentis ſuæ aciem ad animal acriùs intendens, illi nomen illud artis attribuit, vt Genus appelletur, quo confecto, in Dialecticorum ſermone verſatur: quę operatio intellectus vnicuique dialectico vniuerſali eſt applicanda.]

De

Quo pacto à prædicabili ſeparetur vniuerſale.

§ *Petrus Hiſpanus in defi. vniuerſa.*
Glareanus in prædi. Caſa. cap. 3.
♀ *Daniel Barbarus.*
♈ *Titilman.*
♀ *Raian. in prædi. Caſa. cap. 1.*
Plinius.
♈ *Louanien. in vniuerſalium proœmio.*

Subijcibile quid?

§ *Iauellus lib. 3. cap. 1.*

23229

DE GENERE.

CAPVT TERTIVM.

GEnus & ſpecies non vno modo dicuntur. Nam genus dicitur aliquorum, & qui ad vnum quiddam, & qui inter ſeſe quodammodo affecti ſunt, & cognatione quadam coniuncti, multitudo. Qua quidem ſignificatione, Herculeorum gen⁹ ex vnius Herculis collatione appellatum eſt, multorúmque hominum inter ſe affectione, qui inter ſe coniuncti ſunt ea ſocietate, quæ ab illo ducta eſt, qua appellatione ab aliis generibus diſtinguitur. Dicitur etiam alio mono gen⁹, vnde alicui ortus principiũ eſt, ſiue ab eo qui genuit, ſiue ab eo loco in quo quiſque ortus eſt. Sic enim & Oreſtem à Tantalo, & Hylam ab Hercule duxiſſe genus dicim⁹: itémque Pindarũ, Thebanum genere, Platonem Athenienſem. Dat enim vt pater, ſic patria ortus cuique initium. Quę mihi quidem prima videtur occurrere ſignificatio. Nam & Herculei dicuntur ii, qui ab Hercule genus habuerunt: & Cecropidæ ii, qui à Cecrope, itémque his finitimi: primúmque certè vocatum id genus eſt, quod cuique dat ortus cauſam & initium: deinde multitudo eorum, qui ab vno principio, vt ab Hercule, quaſi quodam capite, manarunt. Quum quidem multitudinem definiuimus, ſeiunximúſque à cæteris, cum vniuerſam multitudinem, quæ ab Hercule fluxiſſet, Herculeorum genus nominaremus.

SVnt nõnulli, quibus quinque attributa in eum ordinem cogere placet, vt ſpeciem non modò differentiæ, ſed etiam generi præponant. Nos autem Porphyrij autoritate munitos, cuius ipſius nomen illorum interpretum cauillationibus opponi debet, eũdem ordinem, quem ab illo accepimus, obſeruare non pœnitebit. ⁋ Nam cum genus cætera omnia vniuerſalia contineat, neque ab his contineatur: Genus enim ſpecies inter ſe poſitas habet, & earum differentias, propria & ipſa accidentia, cúmque illa ſemper priora ſunt, quæ ſi auferat quis contenta, cætera perimuntur: illa verò ſunt poſteriora, quibus poſitis, ea quæ cæterorum ſubſtantiam perficiunt, conſequuntur:] profecto ipſa ratio fateri cogit, genus inter cætera attributa, primum debere locum obtinere. ϒ Nam ſi animal auferas, quod eſt hominis genus, nec homo qui eſt ſpecies, nec rationis particeps, quod eſt differẽtia, nec riſibile, quod eſt proprium, nec grammaticum, quod eſt accidens, ſunt permanſura. Si verò hominem, vel ratione præditum, vel ridendi vim aut grammaticum eſſe conſtituas, animal quidem eſſe neceſſe eſt. Sublato ergo genere, & cætera ſumuntur, poſitis verò cæteris, ſequitur genus: prior eſt igitur natura generis, poſterior cæterorum.] Sed de ordine ſatis: nunc ad ſignificationes illas generis, quas hic explicat Porphyrius, ſermonẽ accommodemus. Non temere à generis definitione principium petit,

⁋ Boëtius.

ϒ Boëtius.

ſed

ſed primum illas ſignificationes expedit, quę minus explicatę Generis iſtius dialectici cognitioni plurimum officere potuiſſent. Adde, quod debeamus, ſi plane & perfectè velimus docere id quod aliud in ſententia videtur eſſe, aliud in verbis, primum diſtinguere, & inſuas ſignificationes diſtribuere. ϒ Propterea quòd cum multis modis quippiam dicitur, & ſi nihil ad id quod agitur, tamen incertus ſit & infinite feratur animus neceſſe eſt, ſi quis eo quod ambiguè dicitur, tanquam non ſit ambiguum & multiplex, vtatur.] Ideo Porphyrius tres Generis ſignificationes pręcipuas, ‡ nō enim omnes enumerat, ſed huiuſmodi quę propius ad generis dialectici ſimilitudinem accedunt,] breuiter oratione ſequente demonſtrat. [Genus & ſpecies non vno modo dicuntur] ſed multis modis, & per genus & ſpeciem non genus dialecticum intelligit, neque dialecticam ſpeciem, ♀ hęc enim ſunt ſynonyma,] ſed ϒ genus hoc in loco ponitur, quemadmodum ſub ſuo ambitu diuerſas notiones tàm dialecticas quàm ciuiles complectitur.] ϛ Sunt qui hoc in loco quærunt, quare Porphyrius de genere diſſerens, ſpeciei & nō aliorum attributorum meminit, cum ait genus & ſpeciem non vno modo dici. Reſpōdetur, eum non temere hoc feciſſe. Cum enim genus & ſpecies ſint ad aliquid, & mutuo ad ſe inuicē referātur, eū oportuit de ſpecie ad genus comparationem feciſſe, & quamuis alia attributa diuerſas habent ſignificationes, illa tamen prolixitatem vitans, ſubticuit, & ſpeciem tantum cum genere nominauit. [Nam genus dicitur aliquorum] ſcilicet hominum: ‡ genitiuus enim [Aliquorum] pro ſolis hominibus accipitur, [& quidem vnum quiddam]. ſ. ϒ principiū, efficiens ſeu producens, quod eſt parens vel locus ſeu patria: parens (inquam) vel propinquus, vt eſt Hercules reſpectu Hylli, vel remotus, vt Tantalus reſpectu Oreſtis. ♀ Ad vnum verò quiddam ſe habere, nihil aliud eſt quàm illam multitudinem originem ſuam ab vno aliquo, tanquam à fonte accipere, vt omnes eiuſdem familiæ ex vno primo patre ortum ducunt. Talis ergo multitudo, communi conſuetudine loquendi, Genus appellatur, dum de hominum affinitate verba facimus, [& qui inter ſe quodammodo affecti ſunt] ϛ hoc eſt, qui inter ſe habent coniunctas affectiones, quibus inter ſe diſcrepant ac ſecernuntur. Vt omnes qui ab vna familia prognati, inter ſe coniuncti ſunt: dum interim in illa familia, fratres, ſorores, nepotes, & huiuſmodi reperiantur. Simili modo, qui in vna ciuitate habitant, ſe mutuo reſpiciunt, dum alij Imperatorum, alij Conſulum, nonnulli militum, quidam artificum officio fungantur.] ϒ Huic autem loco vocabulum [quodammodo] non immeritò eſt adiectum. Quemadmodum enim quippiam dicimus bifariam eſſe, vel in rerum natura conſtare, aut omninò ac vſquequaque, quo modo ſubſtantia, aut quadam ex parte duntaxat, qua ratione accidens eſſe conceditur: ita duplex eſt appellatio, Simplex, & Quadam ex parte. Appellatio eſſētialis eſt ſimplex, vt homo eſt animal: Appellatio quadam ex parte dicta, eſt aduentitia, vt homo eſt candidus. Appellatio igitur Herculeorum eſt aduentitia, ſiue ab affectione ipſius multitudinis, qua ſe viciſſim reſpiciunt, ſiue ab affectione totius multitudinis, ad vnum quiddam proueniant. [Et coniunctione quadam coniuncti, multitudo,] ♀ multitudo ponitur pro

rebus

ϒ Ariſt. lib. i. de cælo. cap. xi.

‡ Martinus Pollichius. Colonienſes.

♀ Ariſto. lib. iij. Top. cap. iij.

ϒ Petri Hiſp. commen.

ϛ Arboreus.

Obiectio.

Solutio.

‡ Louanienſes

ϒ Titelman.

♀ Caietanus.

ϛ Caietanus.

ϒ Pau. Vene.

Eſſe quippiam dupliciter.

Duplex eſt appellatio.

♀ Louanienſes

23229

rebus collectis, hoc est multis, etsi in locis sint maximè distantibus. Genus igitur primo modo quosdam homines significat, qui ab vno principio, quod est parens vel patria, orti sunt, & inter se affectionem certam habent, à qua dicuntur vel cognati vel conterranei. ♀ Ex quo perspicitur Genus hac significatione quamcunque multitudinem non significare, sed eam dumxtaxat, in qua istæ duę connexiones inueniuntur, vt. s. illa multitudo quodammodo affecta sit, & vt ad vnum quiddam quodammodo referatur.] ♈ Ob eámque causam cumulus lapidum non dicitur Genus primo modo,] ♉ neque multitudo seu collectio multorum eiusdem opinionis aut sectæ, quia ad vnum affinitatis principium non referuntur.] Illud hoc in loco diligenter tenendum esse vult Burleus, ♊ quemlibet hominum qui ab vno patre proueniunt, sub hac significatione non comprehendi, quia tum omnium hominum collectio Genus diceretur, quod à vero prorsus abhorret. Sed multitudo quæ ab vno patre deducitur, à quo tamen alij patres non prouenerunt, Genus in prima significatione appellatur.] ♋ At in summa rerum caligine & errore versatur Burleus, valdéque ab Aristotele discrepat, qui scripsit hominum Genus arte & experientia animam ac spiritum ducere, quo in loco de omnium hominum multitudine mentionem fecit. Collectio igitur omnium hominum, Generis appellationem sortietur. Sumit autem Burleus, quasi concederetur, omnes homines ab vno patre originem accepisse: quod quidem licet à vero non absit, cum nos omnes ab Adamo, qui non modo ex numero viuorum primus extitit, sed vniuersis etiam hominibus huius vitæ vsuram tribuit: hoc tamen ad Porphyrij mentem explicandam nihil facit. Qui cum Peripateticorum familiæ seipsum ascriberet, quemadmodum ex illius verbis aperte manifestum est, mundum esse æternum, hominémque nunquam originem ab aliquo, tanquã à causa efficiente traduxisse, iudicauit.] [Qua quidem significatione Herculeorum Genus ex vnius Herculis collatione,] vel quia illa multitudo, quæ ad Herculem refertur, annumeretur cum Hercule, vel etiam ex collatione Herculeorum, non annumerato Hercule, Genus appellari potest. ♈ Quod si quis percuntetur, cum Genus duos habeat respectus, alterum totius multitudinis, alterum partis ad vnum quiddam, quo respectu differt Genus Herculeorum ab alio Genere simili modo accepto, à Romanorum scilicet Genere? Respondet Porphyrius, vtroque respectu hoc Genus ab omni alio Genere seiungens.] [multorúmque hominum inter se affectione, qui inter se coniuncti sunt ea societate] & appellatione. [Quæ ab illo] Hercule [ducta est, qua appellatione ab alijs Generibus,] quæ pari Ratione se habent, vel quæ ad vnum referuntur, vel quæ inter se affectionem habent, [distinguitur:] ♉ quoniam Herculis appellatio, quæ ab Hercule profluit, ratione diuisionis ab alijs Generibus separatur, quæ quidem diuisio & ab affectione Herculis & multorum hominum, qui inter se affecti sunt, solet proficisci.] [Dicitur etiam alio] atq; secundo [modo Genus] vt est quoddã ęquiuocũ seu analogũ, nõ vt est Vniuersale, [vnde alicui ortus]. s. ♀ multitudinis: non enim accipitur

♀ *Caietanus.*
♈ *Tartaretus.*
♉ *Petri Hisp. commenta.*
♊ *Burleus.*
♋ *Paul. Ven. Aristotel. in proœmeo metaphysic.*
♈ *Pau. Ven.*
♉ *Paulus Venetus.*
♀ *Albertus.*

ortus pro ſimplici mutatione, ab eo quod non eſt, ad id quod eſt, ſed
† Titilman. pro quadam multitudine quæ generatur.] † Quare prima & ſecunda
Generis ſignificatio inter ſe relata, erunt quemadmodum Pater & Fi-
§ Louanien. lius.] § Alij verò accipiunt generationem etiam pro vnico homine ge
nerato: quibus ſatis videntur fauere verba textus, atque ita duæ pri-
‡ Petri Hiſp. mæ ſignificationes non inter ſe referuntur.] [Principium eſt] ‡ efficiē-
commētator. ens & ſingulare, vt reijciatur Sol, qui licet ſit principium efficiēs, non
tamen ſingulare.] Hoc autem principium dupliciter cōtingere ſolet,
¶ Louanien. [ſiue ab eo] Parente [qui genuit, ſiue ab eo loco] vel patria: ¶ non e-
nim accipitur hic Locus pro nuda quantitate ſeu ſuperficie concaua
corporis continentis, vt à phyſicis deſcribitur, ſed potiùs pro corpore
locante, ſiue id vnum ſimpliciter & abſolutè, ſiue aggregata ratione e-
Boëtius. ueniat. Eſt autem hic Locus, teſte Boëtio, per Accidens principium
efficiens, ob virtutem ſeu influentiam cœleſtem, quam à Cœleſtibus
corporibus recipit, quæ corporum inibi genitorum effectrix eſt &
conſeruatrix. Parens verò principium eſt per ſe & principale.] Vt
autem hæc omnia clariùs intelligi poſſint, obiter notandum erit,
¶ Aquinatis ¶ duplicia eſſe principia alicuius ortus, intrinſeca & extrinſeca. In-
commētator. trinſeca dicuntur, quorum ſubſtantia in re orta permanet, cuiuſmodi
ſunt materia & forma phyſica. Extrinſeca denuo ſunt bipartitò diſtri-
buta: vel in ea quæ conſeruant, vt locus & patria: vel quæ penitus
efficiunt: & ea rurſus ſunt aut æquiuoca, aut vniuoca. Æquiuoca
dicuntur ea, quæ ad differentes ſpecie naturas conſtituendas con-
currunt, vt Sol. Vniuoca, quæ adhuc etiam dupliciter fiunt, aut a-
gendo, vt in patre: aut patiendo, vt in matre, ad eandem Specie tan-
tum conſtitutionem referuntur. In ſecunda Generis ſignificatione,
principium tam efficiens quàm conſeruans intelligi poteſt.] Superius
tamen Petri Hiſpani interpres, Solem non eſſe principium hac ſi-
gnificatione dixit: quia non eſt principium ſingulare, ſed vniuer-
ſum. Verum illud iudicio legentis relinquimus. [In quo quiſque]
§ Liſtrius. § id eſt, aliquis: nam nihil eſt principium vniuſcuiuſque rei geni-
‡ Louanien. tæ.] [Ortus eſt. Sic enim Oreſtem à Tantalo] ‡ qui genuit Pelo-
pem, Pelops Atreum, Atreus Agamemnonem, Agamemnon ex
Clytemneſtra coniuge ſuſcepit Oreſtem, qui matrem, quod ipſa prius
¶ Paul. Vene. patrem neceſſet, occidit, ac poſtea furore correptus eſt.] ¶ Subijcit
Porphyrius in exemplum, patrem, auum & proauuum, vt intelliga-
mus illud Genus non appellari, quod eſt tantummodo vnius gene-
rati principium, ſed multorum ſimul, vel qui ſuccedente tempore
ab illo proueniunt. Non enim oportet illum hominem, qui eſt Ge-
nus reſpectu iſtius, eius eſſe patrem; ſed ſatis eſt vt ſit auus vel e-
¥ Louanien. ius abauus, à quo ille ortus erat. [Et Hylum,] ¥ qui Herculis ex
§ Mathiſius. Dianira filius fuit. [Ab Hercule] § tanquam à principio efficiente a-
‡ Louanien. ctiuo & animato,][duxiſſe Genus dicimus. Itémque Pindarum] ‡ qui
inſignis poëta Lyricus apud Græcos erat,] [Thebanum Genere,]
¶ Paul. Ven. ¶ quia natꝰ erat Thebis.] [Platonem] ¥ qui & Socratis auditor, & A-
¥ Louanien. riſtotelis præceptor erat,][Atheniēſem,] quia natꝰ erat Athenis. [Dat
§ Mathiſius. enim vt Pater] id eſt, parens, ‡ neque enim ſexum Philoſophus reſpi-
¥ Caietanus. cit.] [Sic Patria ortus cuique initium] conſeruans. ¥ Cum dicat pa-

triam

23229

triam esse vniuscuiusque ortus principium, vult Genus à patria, quē admodum & à patre deduci, non quod ipsa sit Genus nisi secundum causam, quoniam ab ea vel in ea Genus habetur.] ⁑ Pater verò dicitur Genus, non quòd in eo sit ortus, sed quod virtutem actiuam generandi habeat: quemadmodum Sol calidus appellatur, non quia habet in se calorem, sed quòd in se quandam calefaciendi vim & virtutem contineat.] ‡Quare necesse est illud, quod sub secūda Generis significatione cōprehenditur, esse huiusmodi principium, vt aut efficiat, aut rem creatā conseruet. Materia igitur, Forma atque finis impropriè Genera secūdo modo dicūtur, quī inter Efficientia principia nō ponātur.] ⁘ Tempus etiā non est Genus hoc secundo modo, quia est magis causa interitus quàm ortus:] præclarè igitur scripsit Poëta ad hcun modum:

⁑ *Paul. Ven.*

Sol non habet calorem.

‡ *Tartaretus.*

⁘ *Antonius Andreas. Mauritius Hybernus. Paulus. Ven.*

† *Tempus edax rerum, tuq́; inuidiosa uetustas,*
Omnia destruitis, uitiataq́; dentibus æui,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

† *Ouid. libro xv. Metam.*

] Quod verò duas Generis significationes comparat Porphyrius inter sese, non est quod explicemus: præsertim cum hoc sit cuiuis notum, mihique ad commemorandum non necessarium.

Iam alio modo Genus appellatur, id cui subiicitur Species: quæ ex illis ducta videtur appellatio. Nā & initium est Genus id Formarum, quæ ei subiectæ sunt: & videtur vniuersarum multitudinem, quæ ipsi subiecta est, continere.

POstquam breui quadam oratione ambiguas Generis significationes Porphyrius percurrebat, Dialecticam germanámq; Generis acceptionem aggreditur. [Iam alio] & tertio [modo Genus,] vt est Analogum seu Æquiuocum, [appellatur id cui subiicitur] in Categoria: ⁑ per subiici enim non intelligit Loci sed Categoriæ ordinem, ob eamq; causam, aër non est Genus terræ, quamuis aëri ordine loci subiiciatur.] [Species,] ‡non vt Prædicabilis & infima, sed vt Subiicibilis & interiecta, alioqui animal non esset Genus respectu bruti.] Addunt nonnulli ⁘ Directè subiici, vt reiiciantur Differentiæ, quæ indirectè in Categoriis collocantur. Adiicitur etiam Proximè, quo Indiuidua remoueantur, quæ non proximè sed interuentu formæ, Generi subiiciuntur.] Sed huic interpretationi Louanienses aduersantur: † quia aliquid nō modo respectu proximæ Speciei, verum etiā longe infra positæ, Genus esse constat, vt Substantia non tantum est Genus corporis aut spiritus, sed etiam animalis, Hominis & equi.] ⁑ His etiam obstare videtur, quod Indiuiduum Generis (vt hoc Animal, hoc corpus, proximè sub Genere ponitur: cum inter ipsum nulla appareat Species media, quam in sua ratione includat: vt hoc animal in sua ratione neque hominem, neque brutum complectitur.] ‡ Attamen non est quòd existimemus hoc Animal re ipsa proximè sub Genere contineri, sed tantum secundum vocem. Illud enim singulare animal, aliquid posterius illa Specie cuius indiuiduum intelligitur,

⁑ *Commentat. Petri Hispani*

‡ *Louanien.*

⁘ *Iauel. cap. de specie. Tartaret. cap. de specie.*

† *Louanien.*

⁑ *Louanien. cap. de specie.*

‡ *Aquinatis comment.*

ſignificat.] Quod eo veriſimilius eſſe videtur, cum non affirment Louanienſes hoc animal, ſub animali, quod Genus eſt, proximè comprehendi: ſed inter Genus & illud indiuiduum nullam apparere Speciem interiectam, licet re vera Species interponatur. Poteſt enim ita eſſe, quamuis aliter appareat. Sunt qui volunt [1] aliquid Generi ſubeſſe dupliciter, vel ſecundum Formam, vel ſecundum Materiam. Illud Generi ſecundum Formam ſubijcitur, ad quod per Differentiã à Forma emanantem Genus deducitur, & hac ratione Species Generi ſubeſt. Illud verò ſub Genere ſecũdum Materiam reponitur, quod nomen & naturam Generis propter Differentiam ex materia profluentem habet, & hoc modo indiuiduum ſub Genere cõtinetur. Nam Genus & Species ad indiuidua non niſi ratione materiæ perferuntur: Sed Genus per formam non per materiam in Species diuiditur. Species verò è diuerſo per materiam non per formam in ſuas partes conſumitur.] Alij ſcribunt [2] Generi ſubeſſe, non tantùm Ordinem ſed etiã Ordinis cauſam ſignificare, atq; idcirco indiuiduum quod Vagum appellant, à præſenti definitione remoueri: & aliquid Generi dupliciter ſubeſſe, vel ita vt Res ſubiecta ſuam originem atq; principium à Genere trahat, & hac ratione Species in Genere ponitur (atq; hanc ob cauſam [3] tertiam Generis ſignificationem ita interpretatur Boëtius, vt Genus illud eſſe dicat, à quo Species deriuantur: cui deſcriptioni accommodans Porphyrius, verbum ſingularis numeri, nolebat ſignificare Genus vnicam ſolam Speciem continere: nomine enim Speciei plures Species complectebatur.) Secundo modo quippiam ſub Genere collocatur, cum illud quod ſubijcitur, nõ à Genere, ſed à materia, & ab his quæ ſingularem naturam efficiunt, ſuum principium accipiat, hac ſignificatione indiuiduum in Generis natura continetur.] Ex quo facile intellectu eſt, illos neſcio qua mentis cęcitate laborare, qui [4] Indiuiduum illud Vagum, Generi ſubeſſe] affirmant. Quod vt reprehendere non ſtatuo, ita magnopere quod illud laudem, nõ habeo. [Quæ ex illis] ſuperioribus duabus Generis ſignificationibus [ducta videtur] hæc tertia [appellatio] Generis, [Nã & initium eſt Genus id Formarum] [1] non omnium, ſed earum tantum] [quæ ei ſubiectæ ſunt,] [2] vt in ſecũda Generis ſignificatione, Parens & Patria ſũt principium multitudinis, quæ generatur, non quidem cuiuſlibet multitudinis generatę, ſed illius quę vel à Parente vel à Patria prouenit.] [Et] cum prima Generis ſignificatione conuenit, quia [videtur vniuerſam multitudinem] Formarum & Indiuiduorũ, quę multitudo formarũ & indiuiduorũ [ipſi ſubiecta eſt] directè [continere,] [3] quemadmodum in prima generis ſignificatione collectio multorũ, qui ab vno principio proueniũt, quadam appellatione totam illam multitudinẽ comprehendit.] Hic duo ſunt diligenter obſeruanda: primo, Porphyrium eas tantum Generis ſignificationes protuliſſe, quæ cum Genere Dialectico, in cuius explicatione illius præcipuè oratio verſatur, aliquid affinitatis haberent: proinde illum non debere negligẽtiæ notam incurrere, quod alia ſignificata Generis, cuiuſmodi eſt apud Grãmaticos Maſculinum & Fœmininum Genus, in præteritis reliquerit. Secundò, [1] genus non reipſa, ſed ratione tantùm principium eſſe ſpeciei.

[1] *Paul. Vene. cap. de ſpecie.*

[2] *Coloni. cap. de genere & dub. iiij ſpeci. Albert. cap. de genere & ſpecie.*

[3] *Arborem. Boëtius.*

[4] *Georgium Bruxellenſis.*

[1] *Paul. Vene.*

[2] *Paul. Vene.*

[3] *Paul. Vene.*

[1] *Colonien.*

23229

ciei. Genus enim eo modo eſt principium Speciei, quo à Specie differt: cùm ergo non re, ſed ratione tãtùm à ſpecie diſcrepet, ideo ſpeciei principium, non re, ſed ratione appellabitur. Quæ ſi velis paulò acriùs & acutiùs introſpicere, non eſt quod incurras in magnam aliquã difficultatem. Sed inquis: Quod idem eſt cum aliquo, illius principium eſſe nullo modo poteſt. Atq; id rectè quidem probas, etiam ab eo quòd apud Philoſophos in Axiomatis cõſuetudinem venit, Principium ab eo cuius eſt principium, neceſſario diſcrepare. Sit ita ſane. Eſt autem Genus idem cum Formis, illarum igitur nõ eſt principium. Præclarè quidem & dialectícè, quanquam maior ea propoſitio nõ tam in dialectico & rationis principio, cuiuſmodi eſt genus reſpectu ſpeciei, quàm in phyſico & naturali, locum habet.] Sed vt hæc omnia ad viuum veluti reſecare conamur, animaduertat lector ? Principiũ quatuor modis ſumi: primò ſignificat Principium doctrinæ, atq; id ipſum diuiditur in id quod Propinquius accedit, cuiuſmodi eſt Definitio, quæ ab Ariſtotele Demõſtrationis principium appellatur: & in id quod longiùs abeſt, vt ſubiectum & materia alicuius ſcientiæ. Deinde pro definitionis principio, & ea ratione punctum eſt principium lineæ, vnitas numeri; quia pũctus lineæ, vnitas numeri definitionem ingreditur. Tertiò, pro principio extrinſeco motus, & hac ratione Finis & Efficiens, ſũt principia. Poſtremo, accipitur pro Principio interiori, & ex natura rei dependẽti: qua ſignificatione, materia & forma ſunt principia rei naturalis, atque etiam genus & differentia ſuarum formarum, cum ex his tãquam ex principijs interioribus & intrinſecis, ſpecies conſtituatur.] Atque hæc poſtrema principij ſignificatio hoc in loco eſt accipienda, qua genus formæ ac ſpeciei principium eſſe Porphyrius docet. Quare non eadem Principij ſignificatione hic atq; in alijs duabus generis ſignificationibus vtitur, quod ſubiecta hæc tabula luce clarius demonſtrat.

Obiectio.

Solutio.

? *Paul. Ven. in prologo phyſico.*

Ariſtotel. in præfatione libri de anima.

§ *Genus dialecticũ & ciuilia, differũt ratione*

- *Principij, quoniam* { *Primi / Secundi / Tertij* } *generis principium* { *Denominans / Efficens / Cõſtituẽs formale* } *nominatur.*
- *Partium, ob id quod* { *Primi / Secundi / Tertij* } *generis pars eſt* { *Integralis / Virtualis / Subiecta, à toto re non* } *à ſuo toto re differens.*
- *Generum quia,* { *Primum / Secundum / Tertium* } *genus* { *ſola collectione / vera cõpoſitione / determinatione* } *conſtituitur.*
- *Contentorum, quoniam* { *Primum / Secundum / Tertium* } *non eſt, ſed ita vt* { *in contentis / Secundum / Tertium non* } *à contento, re differat.]*

§ *Paulus Venetus.*

Sed cum his tribus modis Genus notetur, tamen de tertio apud Philosophos tantùm oratio est, idque hoc modo definiunt: quod de multis, specie autem differentibus dicitur, cum quid quicque sit, quæritur: vt animal.

¶ *Boëtius. Arborius.* EX hac definitione colligitur tria necessario in genere requiri: primo, vt de pluribus: secundo, vt de differentibus specie: tertio, vt in quæstione, qua quid quicq; sit, quæritur, dicatur.] De multis affirmatur, quoniam est res vniuersa: & quia de differentibus Specie dicitur, ab ipsa separatur, vt postea Porphyrius satis dilucidè probat. ϒ Ea verò Specie differre dicuntur, quæ sunt diuersæ species,] ʒ Differunt enim diuersæ formæ Specie, ratione alicuius differentiæ, quæ species esse possit. Si quis enim roget, quænam sit illa species, qua homo & equus inter se differunt? Respondebimus eam esse rationalitatem (vocabulum certè durum, vsu tamen molliendum) quæ est differentia hominem constituens: est etiam species prædicabilis respectu huius rationalis & illius, vel si generalius vtemur Specie differre, indiuidua diuersarum Specierum,] vt Plato & Bucephalus, ‡ vel quorum vnum est species, & alterum indiuiduum alterius speciei, vt equus & Scipio] specie differunt. Illud ¶ autem est aduertendum ad Generis naturam spectare, proximè solummodo de his quæ specie tātùm differunt, dici, quemadmodum ad Speciem tantùm de numero solum differentibus efferri. Atq; hanc ob causam motus & id quod est, vel Ens (nomen verum literis vsitatiùs) à Generis definitione reiciuntur, quia non tantum specie differentibus, sed his etiam quæ Genere discrepant, attribuuntur. Vt enim quæ numero tantùm differunt, specie conuenire solent, ita ea quæ sola specie differre dicuntur, in eodem genere necessario ponuntur. Homo verò & candor in quibus, id quod est dicitur, seu commutatio & incrementum, de quibus motus affirmatur, nō sunt eiusdem Generis neq; eiusdem Categoriæ. Quare cum id quod est, nō proximè de formis, id quod natura Generis necessario postulat, sed de supremis Generibus dicatur, procul dubio sub generis Definitione nequit comprehendi.] Sunt nonnulli qui hic in tam leues sententias incidunt, vt ϒ nudam hanc vocem, Genus, de hoc & illo Genere dici] contendant, quod quidem probare non possum. Neq; enim video qua ratione fieri possit, vt hoc vel illud Genus constituamus. Nā si sint huiusmodi, definitionem Generis suscipiant opus est: sed Genus quodde his prædicatur, est notio communis, quæ multis Specie differentibus attribuitur. Aut ergo cōcedant necessum est, hoc & illud Genus non esse Genera, (quòd vt illis videtur) est absurdum, aut hoc & illud Genus, quæ sunt indiuidua, in res Vniuersas & Generales commigrare, quo nihil est à schola Peripatetica magis distractum & alienum, quæ naturam singularem, cuiusmodi est indiuiduum semper concluserit non esse rem vniuersam: quippe cum ʒ indiuiduum vni tantum & actu & potentia accommodetur.] Cęterum hanc disputationem, ijs qui ingenio plus valent, relinquendam puto. Hactenus de Prima & Secunda conditione: Tertia est, vt in quid de Formis enuntietur. ‡ Ea autem in quæstione qua quid quicque sit quæritur, dicuntur, quę accommodatè

Listrius. *Paul. Ven.* *Petri Hispani commēt.* Daniel Barbarus. *Paul. Ven.* *Arist. lib. 8. top. cap. 119.*

&

23229

& aptè reſpondetur, cum rogatur, quid ſit id de quo agitur: vt ſi quis rogetur quid ſit homo? aptè reſpõdetur animal.] ? Hac etiam de cauſa, id quod eſt, à Generis definitione reijcitur. Cum enim quæro quid eſt homo, non rectè reſpondetur, homo eſt Ens: quia cum primum hãc quæſtionem præpoſuerim, hominem eſſe neceſſario intellexi.] Quæro igitur quid eſt homo? nõ an homo ſit nec ne? ſed cum hominem eſſe ſit in conceſſo, poſtulo quid ſit, hoc eſt, quam naturam habeat. Neq; etiam mihi Valla hoc in loco eſt ſilentio prætereundus, qui tam inhumaniter & iniquè Porphyrium, imò Ariſtotelem redarguebat, quod dicat Genus in quęſtione naturæ dici, cum id tantummodo definitioni eſſet attribuendum, quod & nos fateremur, ſi perfecta natura ex Genere & Differentia cõſtituta, in quęſtionem vocaretur: non tamen idcirco aut Porphyrium, aut ipſum Ariſtotelem, ex quo hanc Generis definitionem Porphyrius ſumpſit, reprehendendũ eſſe arbitror. Quãuis enim ſola Definitio in quid perfectè, ſimpliciter & abſolutè dicatur, excepta Specie, de qua re copioſiùs in progreſſu diſſeretur, tamen nos debere incõpletè per Genus reſpondere, nõ eſt quod Valla neget. Neque verò mihi videtur Vallæ ratio magis eſſe contemnenda, quàm eius ignauia (quod pace eius dixerim) deridenda, qui tam ſanctè (ſi dijs placet) ac ſuperſtitioſè dicebat, ? nõ dum ſibi ſatis ſuccurrere, quo modò id, quòd à Valla obijcitur, poſſit dilui.] Egregiũ ſane ac admirandum mentis acumen, quod res tanta difficultate reconditas inuenit, quibus in re Dialectica vel mediocriter exercitatus facile credo ſatisfacere. Sed vt hæc miſſa faciamus, eo recurrendum eſt, ; aliquid dici in rei quæſtione tribus modis, Re tantùm, Modò tantùm, Re & Modò ſimul. Prima ſignificatione Differentiæ: ſecunda, Accidentia in abſtracto conſiderata, vt Candor & Atror: tertia & vltima ratione Genera & Species Categoriæ Subſtãtiæ in quid enuntiantur.] Per illam etiam clauſulam Non tantùm Differẽtiæ, Proprię paſſiones, & Accidentia à Generis definitione exterminantur: ſed etiam ‡ huiuſmodi propositiones, Homo non eſt Aſinus, Equus non eſt Aſinus, Leo non eſt aſinus: in his enim enuntiationibus, licet Aſinus de multis quæ Specie differunt dicatur, non tamen in natura rei hoc euenire perſpicuum eſt. Non erũt igitur alicuius Generis,] nec etiam alteriùs cuiuſpiam, rei communis de altero enuntiationes, quia omnis natura communis de ſubiecto affirmatur non negatur, quod ſuperiùs eſt à nobis poſitum. His ita conſtitutis Generis definitionem, hunc in modum interpretemur. Genus eſt vox rebus huiuſmodi accommodata, quæ in natura ac eſſentia multarum rerum Specie inter ſe differentium cernitur, deq; illis proximè tantùm in quæſtione naturæ effertur. Si hanc Generis definitionem tenuerimus, tum noſmet ipſos contra vim & tela Sophiſtarum fortiter obuallabimus. Sed de his rebus ſatis multa, ad reliqua progrediamur.

? *Aquinatis comment.*

Laurentius Valla.

Ariſt. lib. 1. top. cap. iiij.

? *Iohannes Matthæus in explicat. Rod. Agricol. lib. 1. de inuẽ. cap. v.*

; *Colonien.*

‡ *Aquinatis commentator.*

Generis definitio.

Eorum enim quæ dicuntur, partim de vno tantummodo dicũtur, velut Indiuidua, cuiuſmodi eſt Socrates, hic homo, hæc res: partim de multis, vt Genera, vt Species, vt Differentiæ, vt Pro-

pria,vt Accidentia ea qua communiter in multis, non propriè in uno inſunt. Eſt autem Genus,vt animal: Species,vt homo: Differẽtia,vt rationis particeps: Proprium,vt aptum ad riſum: Accidẽs, vt id quod album eſt,quodque nigrum,& ſedere. At Genera quidem ab ijs differunt,quæ in vno ſolùm dicuntur, quòd in multis ipſa dicuntur. Ab ijs item quæ de multis dicuntur, hoc modo: à Specie quidem, quòd Species,etſi de multis illa quidem dicatur, ſed tamen Specie minus differentibus,verùm numero. Homo enim cum Species ſit, de Socrate & Platone dicitur: qui non Specie, ſed numero ſolùm inter ſe differunt. At verò animal cùm nomen Generis obtineat, de Homine, Boue,Equóque dicitur,qui Specie etiam,non ſolùm numero differunt. Porrò autem inter Genus & Proprium hoc intereſt, quod Proprium de vna modò Specie, cuius Proprium eſt, dicitur, ijſque indiuiduis, quæ Species continet: vt ridẽs de ſolo homine ſinguliſque hominibus dicitur. Genus autem non ſolùm de vna Specie dicitur, ſed de multis, ijſque differentibus. Poſtremò, Genus & Differentia, communiáque Accidentia hoc inter ſe differunt, quod etſi de multis etiam Specie differentibus & Differentia dicantur, & communia Accidentia, non tamen in quæſtione dicuntur ea, qua quid quicque ſit: ſed in ea qua quale quicque ſit, quæritur. Si enim rogent, quidnam ſit illud tandem, de quo hæc dicantur omnia? Genus reſpondem⁹: Differentias & Accidentia nõ reſpondemus: quippe cùm hæc de re dicantur, non in quæſtione qua quid quicque ſit, ſed qua quale quicque ſit quæritur. Nam cũ & qualis ſit homo quærit aliquis, rationis eum participem: & cum rogamur, qualis ſit Coruus, nigrum eſſe reſpondemus. Quorum rationis particeps differentia eſt, Niger autem Accidens. At cũ interrogamur, quid ſit homo, Animal reſpondemus, quod Genus eſt. Quamobrem Genus hoc ipſo quod in multis dicitur, ab iis ſeparatur omnibus, quæ de vno tantummodo dicuntur, quòd de Specie differentibus, ab aliis quæ vt Species dicuntur, & propria. Quod verò in quæſtione dicitur, qua rei natura indagatur, & à Differentiis ſecernitur, & ab Accidentibus communibus, quæ non in quæſtione qua vis & natura rei, ſed qua qualitas & modus inueſtigatur, dicuntur omnia de iis, de quibus quicque dicitur. Nihil igitur redundans, nihil parum explicatum continet, quæ Generis notioni conſtituta eſt definitio.

HÆc eſt ſemper lex in Definitione & in Deſcriptione obſeruanda, vt non tantum eo quo poſſit modo naturam rei definitæ declaret,

ſed

23229

sed etiam eam ab omnibus alijs rebus separet ac seiungat, cuius rei aperte meminit Cicero. ♀ Sic igitur veteres præcipiunt, cum sumpseris ea, quæ sunt ei rei quam definire velis, cum alijs communia, vsque eò prosequi, dum proprium efficiatur, quod nullam aliam in rem transferri possit.] Cum ergo hoc scribentis officium esse animadverteret Porphyrius, postquam Generis vim definiendo explicasset, iam quo modo separatur Genus ab alijs, facta ♈ diuisione Analogi in sua Analogata,] sequente sermone declarat. [Eorum quæ dicuntur] id est, vocum. ♀ Vocabulum [dicuntur] non modo illud in se hoc in loco continet, quod est aptum natum de pluribus dici, verumetiam quod vni rei attribuitur, quæ singularis & indiuidua appellatur.] [Partim de vno tantummodo dicuntur] ♈ Actu & Potentia.] [Velut indiuidua] ♋ quæ secundum rem vni tantum, hoc est, sibimet ipsi tribuuntur, licet nomine interdum pluribus possint applicari.] [Cuiusmodi est Socrates] qui est indiuiduum nominatum, [hic Homo, hæc Res] quæ sunt indiuidua pronomine demonstrata. ♄ Cum verò quatuor sint Indiuiduorum genera, quorum aliqua nomine designãtur, vt Socrates: quædam sunt pronomine demõstrata, vt hic homo: alia quæ Vagantur, vt aliquis homo: nonnulla per Hypothesin determinantur, vt Sophronisci filius: ea tantum meminit Porphyrius, quæ propriè ac per se dicuntur, siquidem duo postrema Indiuiduorũ genera, quæ non nisi per accidens Indiuidua nominãtur, silentio prætermisit.] [Partim de multis] vel tanquam materia, [vt genera,] vel tanquam res ex genere & differentia constituta, [vt species,] vel tãquam forma [vt differentia,] vel tanquam accidentia naturalia, hoc est, à natura speciei propagata, [vt propria] vel tanquam accidentia non necessario conuenientia, [vt accidentia ea, quæ communiter in multis,] hoc est, quę sunt vniuersalia [non propriè,] id est, non tantum [in vno insunt] indiuiduc. Vel si mauis ita, [vt accidentia ea quæ communiter in multis] .i. quæ conueniunt multis formis [non propriè in vno sunt,] id est, non vni tãtum speciei conueniunt. ♀ Vult accidens commune de pluribus dici, non quod sit proprium alicui. Si enim ad absolutam accidentis potestatem animum deflexerimus, continuo videbimus, illud ipsum de multis dici, vt Candidũ, vt Nigrum. At si eius natura tam angustè coactetur, vt vni tantummodo conueniat, minimè quidem in multis cernitur, vt Cãdor & Nigror in Socrate & Platone. Tale igitur Accidens, cum haud quaquam multis conueniat, in attributorum numero minimè collocatur.] ♈ Accidentia igitur communia appellantur, vel quia communiter in multis subiectis insunt, vel quia indifferẽter (vt ita dicam) inesse vel non inesse possunt.] His ita explicatis, ♋ singulorum prædicabilium notionem per exempla informat] ♄ quod definitionis Genus appellatur ὡς τυπος, hoc est, vt secundum figuram dicam. Cuiusmodi Definitio est, vt si quęratur, quid est animal? respõdeatur, vt homo, qua & Aristoteles vsus est cum dixit, ουσία ἐστὶ ὡς ἄνθρωπος, id est, substantia est, vt homo.] [Est autem genus, vt animal] quod de multis specie differentibus dicitur. [Species, vt homo,] qui de singulis tantùm hominibus enunciatur. [Differentia, vt rationis particeps,] quod est hominis differentia. [Proprium, vt aptum ad risum,] homini tãtùm competẽs.

[Accidens,

♀ *Cicero ad Trebatium.*

♄ *Albertus Ant. And.*

♀ *Aquinatis comment.*

♈ *Paul. Ven.*

♋ *Paul. Ven.*

♄ *Pau. Ven.*

♀ *Paul. Ven.*

♈ *Antonius Andreas.*

♋ *Mathisius.*

♄ *Cæsar tract. viij. cap. iij.*

Arist. in categorijs seu antepræ.

[Accidens, vt id quod album eſt, quodque nigrum, & ſedere,] per id quòd album eſt, quodq; nigrum, non horum accidentium ſubiecta intelligit, quæ nulla ratione Accidentium natura imbuuntur, ſed ipſas eſſentias Candoris & Nigroris, quibus ſubſtantia candida & nigra efficitur: [Genera autem ab his differunt, quæ in vno ſolo dicuntur,] cuiuſmodi ſunt Indiuidua, ♀ quæ de vno ſolum re non autem voce (vt eſt à nobis antè poſitum) dicuntur. Nam M. T. Cicero, ſunt nomina Synonyma, de quibus hic homo, demonſtrando Tullium, affirmatur, ita tamen vt hæc tria, non re vel ratione, ſed nomine tantùm differre putentur.] [Ab his quæ in multis ſunt hoc modo: à Specie quidem] infima [quod Species & ſi de multis illa quidem dicatur,] vt inferiora reſpicit, non vt Generi ſubeſt: quippe cum res omnis vniuerſa multis tribuatur: [Sed tamen Specie minus differentibus, verum numero] quod hoc exemplo perſpici poteſt. [Homo enim cum Species ſit, de Socrate & Platone,] qui ſunt hominis Indiuidua, [dicitur, qui nõ Specie, ſed numero ſolum inter ſe differunt:] quia Indiuidua eidem infimæ Speciei ſubiecta numero tantum inter ſe diſcrepant. [At verò Animal cum nomen Generis obtineat,] quod tum contingit, quoties ea reſpicit, quæ ei ſunt ſubiecta, reſpectu enim ſuperiorum eſt ſpecies interiecta, [de homine, boue, equóq; dicitur, qui Specie etiã:] ♀ quia diuerſæ Species, ſpecie differunt, [non ſolum numero differunt. Porrò autem inter Genus & Proprium] ♀ quod cum infima Specie conuerſim dicitur] hoc intereſt: quod Proprium de vna modo Specie, cuius Proprium eſt, dicitur, ijſq; Indiuiduis, quæ Species cõtinet] id eſt, quæ ſub Specie in Categorijs ſunt ſubiecta, [vt ridens,] .i. aptum ad riſum, nõ enim actus ridendi ſed potentia eſt Propria paſſio. [de ſolo homine] i. de ſola natura humana tam vniuerſa quàm ſingulari: ſolus enim vniuerſus homo ridendi potentiam non habet [ſinguliſq; hominibus dicitur.] Cum dicat Porphyrius, proprium vni tantum Speciei conuenire, volunt Louanienſes autorem intelligere Proprium illud quod cũ poſtrema Specie conuertitur. ‡ Nam Propria Generibus competentia, vt mobile reſpectu corporis, viſibile reſpectu coloris, de pluribus differentibus Specie prædicantur, neque ob hoc tamen erunt Genera, eò quod non in quid eſt de illis prædicantur, ſed in eo quod quale: per quam particulam etiã potuiſſet Porphyrius, Proprium illud, quod cum vltima Specie retrorſus agitur, reijcere, ſi ita ei viſum fuiſſet.] At Paulus Venetus, neſcio an id tam verè quam ſubtiliter fecerit, aliam huius loci longè huic diſſimilem adfert interpretationem. ♀ Quemadmodum Genus definitione explicatur, non ea ratione qua Generis conditionem ſubit, ſed vt Speciei rationem obtinet, qua de cauſa cõmunis Dialecticorum familia illud iam quaſi diuturna conſuetudine cõfirmauit Axioma: ♀ Solius Formæ ac Speciei vim & naturam definitione terminari: Ita de Proprio eſt dicendum, proprium & Genus nõ idcirco differre, quod Genus de multis Specie differrentibus, Proprium verò de vna ſola Specie dicatur, quia ſunt quædam naturales inclinationes Generibus competentes, quæ de multis Specie differẽtibus affirmãtur. In hoc itaq; Genus à Proprio differre dicimus, quòd Genus, vt Genus, de multis Specie differẽtibus, Proprium ea ratione,

♀ *Paul. Vene.*

♀ *Cæſar tract. 2. cap. de eodẽ.*

‡ *Louanien.*

‡ *Louanien.*

♀ *Paul. Ven.*

♀ *Ariſtot. lib. 7. metaphy.*

qua

23229

qua eſt proprium, de vna tantùm Specie efferatur, adeò vt ſi de multis formis dicatur, de his non affirmetur, vt ſpecie differunt, ſed vt in eandem ſpeciem & naturam conſpirant. Verbi gratia, ſenſus compos eſt animalis proprium, & de homine & boue dicitur: quod tamen euenire ſolet, non quia eſt homo & bos, ſed de vtrisque, quòd ſint animalia, dicitur. Cùm dicat igitur Porphyrius Proprium de vna ſola Specie affirmari, non eſt id infimę tantum formæ largiendum: ſiquidem nihil poteſt eſſe à ſententia Philoſophi alienius, nihil quod à veritate abeſt longius, ſèd quia de ſpecie, vt eſt vna ſola ſpecies, enuntiatur. Veluti cùm dicat Ariſtoteles, ſolam Speciem definitione explicari, ineptè interpretantur nõnulli, Ariſtotelis verba in infima tantùm ſpecie valere: quoniam Genera etiam intermedia definitionem habẽt. Sed eſt intelligendum, nullius rei vim & eſſentiam definitione contineri, niſi quatenus ea ſit Species, ſiue de multis enuntietur formis, ſiue de numero tantum differentibus. Sic etiam Proprium de Genere dicitur, non vt eſt Genus, ſed vt Speciei naturam ſibi aſſumit.] [Genus autem non ſolùm de vna ſpecie dicitur, ſed de multis, ijsque] Specie [differentibus.] ♀Genus à Proprio tribus modis differt: ratione Attributionis, Eſſẽtię, & Definitionis. Ratione attributionis à Proprio differt, quòd Genus, vt Genus de diuerſis naturis: Propriũ, vt Propriũ de vna tantũ natura dicatur. Ratione eſſẽtię, quod Gen⁹ eſt prius ſuis formis, poſterius Propriũ. Ratione definitionis: quia Genus ſuas Species definit, ♈ Proprium per ſuam ſpeciem definitur.] Hoc verò eſt aduertendum, eam Definitionem hic intelligendam eſſe, quæ re definita, prior habetur. Si enim talem Definitionem in medium adferre velimus, Riſibile eſt homo aptus natus ridere, eſt Definitio quæ ſuo definito eſt prior: ſed ſi dixerimus, hominem eſſe animal ad riſum aptum, hæc Definitio eſt poſterior re definita.] [Poſtremo, Genus & Differẽtia, communiaq; accidentia, hoc inter ſe differunt, quod etſi de multis] quia ſunt res vniuerſæ, [etiam ſpecie differentibus & Differẽtia,] ea, quæ generum naturas abſoluunt, [dicantur, & communia accidentia, non tamen in quæſtione dicuntur ea, qua quid quicq; ſit,]. i. qua interrogatur quid eſt aliquid: [Sed in ea] quæſtione, [qua quale quicq; ſit, quæritur:] ♊Ammonius Qualitatem propriæ differentiæ, modum accidentib⁹ attribuit. Sic modus eſt, ſi de Quãtitate, Relatione, Actione, Perpeſſione, & id genus ſimilibus quis rogetur: quanquam non impedit & Accidentibus qualitatem conuenire.] Boëtius verò, ‡ prædicari in quale ad Differentiam & Propriũ refert, ad Accidentia vero in quo modo ſe habet.] Alij ♀ prædicari in quale, tribuunt differentijs & accidentibus, quatenus per verba exprimuntur. Ex quo ſequitur idem Accidens aliquando in quale, & aliquando in quomodo ſe habet, prędicari: vt Calor, dum deſignatur nunc nomine calidus, nunc verbo caleo. Alij prius ad accidẽtia abſoluta, vt ſunt quantitates & qualitates, applicant: poſterius vero ad accidentia reſpectiua, idq;, quantum apparet, ſatis congruenter.] Aut dici poteſt, ♈ Qualitatem hoc in loco ſignificare quamlibet affectionem, quę aliquod ſubiectum conſequi ſolet, ſiue illud ſubiectum Potentia vel Actu in rerum natura cohæreat. Si Subiectum in Potentia fuerit, cuiuſmodi eſt materia, neceſſario requiritur,

Ariſtot. lib. vij. metaphy.

♀ *Paul. Vene.*

♈ *Ariſt. lib. 1. de demon. cap. xiij.*

♊ *Mathiſius. Ammonius.*

‡ *Boëtius.*

♀ *Louanien.*

♈ *Paul. Vene.*

quiritur, quamlibet formam ſubſtantiæ competentem, ſiue ſit partis, ſiue forma totius Qualitatẽ eſſe, cum ſit Diſpoſitio, quæ aliquo modo materiam conſequitur, vt anima ſentiens & intelligens, ſeu humanitas & huiuſmodi abſtracta. Si verò ſit ſubiectum actu, illud erit Indiuiduum, Species aut Genus: affectio quæ Indiuiduum conſequitur, eſt Accidens commune, affectio Speciem conſequens, eſt proprium, affectio ex Genere manans, eſt differentia. Sed inquis, Accidens commune à Genere non differre, quod in quale Accidentia dicantur, cũ multa ſint Accidentia, quæ non in quale ſed in quantum dicuntur, ſi ad quantitatis Categoriam ſpectent, & ad aliquid, in Categoria relationis. Si enim quæratur quantum eſt hoc? Reſpondetur bicubitum: & ad quod refertur pater? ad filium dicitur. Quod idem de alijs fortuitis Categorijs eſt iudicandum. Rectè quidem, ſed tota eſt infirma ratio, illas naturas aduentitias & fortuitas minimè quidem idcirco dici in quale, quod ad alias quæſtiones referantur, cum vtraque reſpondendi cõditio vnicuique harum Categoriarum accommodari poſſit. Quod in Categoria quando perſpici licet, poſtquam interrogamur quãdo gradum reuocauimus? reſponſionémq; reddimus, nos heri veniſſe, tum ſi ſciſcitetur aliquis, quale heri habet quando? reſpondemus præteritum.] ¶ Quale igitur illud omnibus Accidentibus accommodatum, latius patet, quàm illud quale quod eſt ex qualitatis Categoria nominatum. Hoc enim, ſi ſimpliciter interroganur, reſpõdemus: illo autem, tantum cum adiectione quadam. Si enim quæratur quale eſt aliquid? nunquam bicubitum reſpondemus, ſed potiùs candidum, nigrum, frigidum, vel aliqua alia qualitate imbutum. Si verò interrogemur, quale eſt illud quod in quantitate continetur? ſatis accommodatè reſponderi poteſt, illud aut bicubitum aut tricubitum, vel alio modo quãtum appellari.] Exiſtit autem hoc in loco quædam quæſtio ſubdifficilis: ¥ Quamobrem non ſeparauit Porphyrius Genus à proprio per qualitatem æquè ac differentias & communia accidentia, cum Proprij enuntiationes etiam per quale efferantur. Cui occurrendum eſt, Genus prius de pluribus ſpecie differentibus, quàm in quæſtione naturæ, & propriam paſſionem prius de vna ſola Specie, quàm in quale affirmari. Cum igitur dici de multis formis, quodammodo ſecundũ naturæ vim Generi conueniat: & Proprio, vt de vna ſola Specie enuntietur: prædicari verò in naturæ quæſtione cum Genere tantum non habeat affinitatem coniunctam, quod in Speciem cadat: & in quale dici non tantum in Proprium, ſed etiam in Differentias atq; Accidentia quadret: ideo Genus à proprio, per ea quæ magis propriè ad vtriuſq; naturam accedere videbantur, ſeparauit.] [Si qui enim rogent, quidnam ſit illud tandem de quo hæc dicantur omnia? Genus reſpondemus,] quia Genus in quæſtione qua quid quicq; ſit quæritur, dicitur. [Differentias & Accidentia non reſpondemus, quippe cum hęc] .ſ. Differentiæ & Accidentia [de re] ſubiecta [dicantur, non in quæſtione qua quid quicq; ſit, ſed in ea, qua quale quicq; ſit, quæritur.] &c Sunt enim tam conſpicua, vt maiorem lucem non deſiderent. [Nihil igitur redundans] id eſt ſuperfluum, quod videmus euenire, quoties Definitum in tot non valet, in quot Definitio, vel ‡ quæ nihil adiumẽti adfert

Obiectio.

¶ Paul. Vene. in categoria qualitatis.

Obiectio.

¥ Paul. Vene.

Solutio.

‡ Louanien.

23229

ti adfert ad definitionem complendam]. Vel ℘ quum aliquid definitioni inſeritur, quo ſublato, nihilominus eſt ſatis completa Definitio, veluti ſi definiretur homo, quod ſit animal riſus & rationis particeps, definitio redundans haberetur, cum remota ab eadem ridendi facultate, animal ratione imbutum, non minus hominem à quouis alio ſeiungere & ſeparare poterit. Nemini autem credo non eſſe exploratum, tam purè & perfectè Generis definitionem eſſe explicatam, vt ſi quid aut addideris, aut mutaueris, aut ei detraxeris, quin continuò frangatur & corruat.] [Nihil parum explicatum continet.] ϒ quod contingit cùm non omnibus ſub re definita comprehenſis conueniat.] Mathilius tamen potiùs cõtrarium exiſtimat. ϛ Tum definitionem eſſe parum explicatam, cum alijs à Definito competat: habere verò aliquid redundans, cum nõ omnibus ſub re definita comprehenſis conueniat.] Quare cùm in deſcriptione & in definitione, ‡ neq; abeſſe quicquam deceat, neque redundare,] cumque nihil in hac Definitione vel abſit vel redundet, eandem benè & legitimè conſtitutam eſſe, neminem inficiasiturum arbitramur. Sed anteqũ ad alia orationem conuerterimus, non omnino à propoſito erit alienum, Laurentij Vallæ rationem breuiter diluere, qua veluti inuicto & firmiſſimo quodam telo grauiq; argumẽto, hanc Generis deſcriptionem ſibi infirmare videbatur. Probat enim Generis definitionẽ redũdare, licet cõtrarium hoc in loco aſſerat Porphyrius. Nã ℘ cũ dicitur Genus eſſe q̃ de multis Specie differẽtib⁹ prædicatur, vocabulũ [multis] ſuperfluè in definitione collocatur, cũ ſit neceſſe, Genus de multis dici, ſi de differẽtibus efferatur.] Sed hæc ratio nõ eſt tam explorata ad id q̃ vult cõfirmandũ, quàm videtur: cũ ϒ diuerſę illę particulę [de multis differẽtibus] ſuperfluè Generis definitioni nõ inſerãtur, quia vnũ alterius eſt expoſitio,] ob eãq; cauſã definitio apertior redditur. Vel dici poteſt, ϛ illã particulã [autẽ] q̃ in Genere definiẽdo collocatur, ſumi loco hui⁹ vocabuli [id eſt:] nã cũ verbũ [multis] cõmunius ſit, verbũ verò [differẽs] preſſi⁹, idcirco ad cõtrahẽdã illã cõmunitatẽ, additio illa eſt adiecta: ęquè ac ſi dicerem⁹, colorẽ & alborẽ, id eſt color, qui eſt albor, & hoc modo nugatio nõ eſt, aliquis enĩ eſt repititionis vſ⁹.] Sũt qui miris modis ſeipſos hoc in loco excruciãt, vt hãc Generis notionẽ verã & purã eſſe definitionẽ, appẽdiculis tamẽ (vel vt illorũ verbis vtar) additamẽtis quibuſdã cõfectã, q̃ opinionẽ Scoti ſatellites ac milites amplectẽdã eſſe multis rationib⁹ ꝓbãt. Atq; illorũ ĩduſtriã ſũmmis laudib⁹ in cœlũ eueherẽ, niſi de lana caprina illos certare animaduerterẽ. Omiſſis igitur huiuſmodi vanis ſẽtẽtijs, Colonieñ. Boëtiũ & pręſtãtiores interpretes audiam⁹, qui volũt Porphyriũ potiùs Gen⁹ deſcribere, q̃ Gen⁹ vera aliq̃ definitione explicare. Cũ enĩ ‡ vera definitio tantũ ex Genere & Differentia cõficiatur, atq; cũ verũ ϒ Gen⁹, ac germana differẽtia nõ in vocib⁹, ſed ſolũmodo in reb⁹ reperiatur:] neceſſe eſt vt etiã verã definiendi rationẽ à vocibus ſiue vocabulis alicuius artis cuiuſmodi eſt hæc vox, Genus, excludamus ac remoueamus.

℘ *Paul. Vene.*

ϒ *Boëtius.*

ϛ *Mathiſius.*

‡ *Cicer. lib. ij. de Oratore.*

Laurentius Valla.

℘ *Laurentius Valla.*

Obiectio. Solutio.

ϒ *Aug. Niphus lib. i. top. inexplicatione capit. iiij.*

ϛ *Daniel Barbarus.*

Scotiſtæ.

Colonienſes. Boëtius.

‡ *Porphy. cap. de different.*

ϒ *Verſor.*

An in Generis definitione hæc nuda uox Genus, an res huic voci ſubiectæ definiti locum obtineant.

CAPVT IIII. QVAESTIO I.

VEhemens est & dubia contentio, & ancipiti sententia impedita, an ipsa nuda vox, vel voci res subiecta à Porphyrio definiatur. Sic enim miserè inter se digladiantur Dialectici & certant, vt ex illa, sectæ quædam ac familiæ gignantur: interim dum isti nudam per se vocem, illi contra vocem pro rebus, reliqui verò ab vtrisq; planè distracti, res ipsas non vocem à Porphyrio definiri contendunt. In prima sententia vehemẽs sanè mihi videbatur & longᵊ fuisse Caietanus, sed nos id tãtum ex eo decerpsimus, quod propiùs ad id quod volumus accessit. Is itaq; argumentis vsus à Simili videlicet ac Authoritate, vt dicã breuiter, quod volebat effecit. Autorem habet Aquinatem, qui seipsum huic sententiæ non dissimulanter ascribit. Similitudine ita opinionem suam confirmauit. ⁹ Quemadmodum certi cuiusdam Accidentis definitio, ipsi Accidẽti naturali seu essentiali quadam ratione, Subiecto autem παρωνύμως competere solet, verbi causa: cum id candidum esse dicimus, quod aspectum diuidit: huiusmodi Definitio licet necessario & in natura Candidi cernatur, eadem tamen niui aut alteri cuiuis subiecto παρωνύμως siue denominatiuè cõuenit: ita Generis definitio est essentia ipsius vocabuli, in rem verò voci substratam denominatè cadit: vt hęc enuntiatio, Genᵘˢ in multis dicitur, sit essentialis, illa verò, animal de multis affirmatur, fortuita ac aduentitia. Præterea quemadmodum illud accidens, quod in se aliquid tanq; suam naturã inclusam habet, duas cõditiones obtinet, vnam, vt Accidens illius rei appellationẽ induat: alteram, vt sit quædam veluti causa, cuius ratione subiectũ illius rei nomen subeat: vt cũ dicimus Candorem separare visũ, & esse huiusmodi naturam, cuius causa ipsa substantia aspectum separat: ita ipsa vox Generis duas similes conditiones habet, vnam, Genus esse ꝙ de multis formis in naturę quęstione dici solet: alterã, Generis nomẽ illud sortiri, vt illius causa res substrata de diuersis formis efferatur: vt enim nix visũ separat, quia est cãdore terminata, ita animal in pluribᵘˢ formis dicitur, quia Generis rationem & appellationẽ capit.] Ex his Caietani ῦbis ꝑspici licet, ϒ duplex esse Definitũ, remotũ & ꝓximũ. Remotũ est res ipsa, cuius natura definitione aperitur: Prooximũ definitum est ille terminus, qui naturã definitione explicatã significat. hoc autẽ vocatur Definitũ Quo, ꝙ illius interuentu res definiatur. Illud est definitũ quod, quia prĩcipaliter illiᵘˢ natura definiẽdo inuestigatur. Credo itaq; Caietanũ voluisse, ipsam Generis vocẽ esse definitũ q̃, at verô subStratas res, definitũ ꝙ. Sed illud videãt qui plᵘˢ in disserẽdi facultate valẽt. Quod autẽ vox nuda hoc in loco definiatur, multas inuenio apud interpretes rationes, quę sic ordine cõcludũtur. ϛ Quicquid in generis natura explicanda à Porphyrio definitur, vna ratione cuiuis Generi conuenit, sed fieri non potest, aliq; esse definitionem sub Generis voce comprehensam, quæ συνωνύμως omnibus Generibus accommodetur. Nam si id esset positum, quæri posset, quæ foret illa natura, animalis necne, an Substantiæ, an Quantitatis? quo nihil minus à dialectico dici debet: at si velis quodlibet illorum definiri, tum neque id certè quidem potest fieri, tum enim Definitio & Res quę definitur, reciprocari non potuissent. Neq; Definitum esset ex vna

Caietanus.

Thomas Aquinas in lib. de esse & Essentia cap. iiij

⁹ Caietanus.

Album quid.

ϒ Iohãnes Benedictus lect. ij. de definiti.

ϛ Scotus. Schola Parisiensis. Tartaretus. Petrus de Bruxellis.

natura

23229

natura conflatum, quamuis Definitio vna esse concederetur. Præterea æquum est, vt illud describatur, in quod per se Descriptio quadrat: at verò res substratę definitionem non propria vi & facultate, sed fortuito suscipiunt: necesse est igitur vt voci per se cõueniat. Quicquid enim datur alicui fortuito, id alteri nec essariò ac vi sua attribuitur. Quòd si concludas, vocem in naturæ quæstione non dici, proinde nullam de ea Porphyrium mentionem habuisse: huic occurrendũ est, duplicem esse enuntiãdi rationem, aliam quæ designat id tantùm de quo dicitur, aliã verò quæ operatur: hanc dialectici Exercitam, illam Signatam appellant. Exercita fit interiectione verbi substantiui (est,) vt homo est animal. Signata verò, quæ non habet aliquam vim & necessitatẽ ad id cui tribuitur, ijs & similibus verbis, affirmari, prædicari, denotatur, ac rebus ipsis non per se conuenit, sed quatenus sub voce cõtinẽtur, vt Genus de specie dicitur, in his & huiusmodi pronuntiatis exercetur, homo est animal, animal est corpus.] Sed hanc sententiam & rationem irrident nonnulli, quibus illud videtur aptius ? nudam vocem generis non tantùm à Porphyrio definiri, nec etiam solas res, cùm ad alias scientias pertinere possint. Quare dicendum esse arbitramur, aut rem pro voce, aut vocem pro re, à Porphyrio definiri. Est enim illud ab omnibus ferè Peripateticis tritum & quasi terẽdo diminutum Axioma: Secundas impositiones pro Primis in dialecticorum sermone versari.] Quæ (vt mihi videtur) opinio est & firmior, & veri multis modis similior. Ideò enim dialectici hæc nomina nominum, vel Secundæ impositionis vocabula excogitare solent, non vt per se cõsiderentur, sed potiùs vt rebus ipsis applicentur. Cum autem concludant aduersarij, non vnum quiddam definiri, si modo Vox & Res describantur. Illud fatemur, & quidem perlibenter, præsertim cùm nõ sit inconueniens id quod definitur ex varijs rebus, hoc est, ex prima & secũda impositione cõflari, si modò cũ necessitate cõiũctũ esse videbitur, vtrunq; illorũ sub vna simul descriptione cõtineri. Sed rebus tã perspicuis diutiùs nõ insistã. Neq; tã lõga oratione hanc quęstionẽ pertractarẽ, nisi illius vsus tamlatè se effunderet, vt alijs omnibus attributis æquè ac generi inseruiret.

Obiectio. Solutio. Duplex est prædicatio. ? *Colonien. Iohannes de lapide.* Obiectio. Solutio. ϒ *Colonienses*

An generis definitio legitimè à Porphyrio explicetur.

CAPVT V. QVAESTIO II.

POstquam tandem aliquãdo manifestũ euasit, an generis Definitio sit vel vera & naturalis, vel fortuita & aduẽtitia, an etiam rebus vel voci cõueniat: nũc nõ inutile videbitur, vtrũ cõpleta & absoluta sit illius definitio, paulò altius inuestigare. Atq; generis vim ac naturã omnibus suis partibus numerisq; vndequaq; perfectã & absolutam esse, luculẽter quidem & apertè meminit Porphyrio: cũ in ea nihil deesse, nihil superfluere, nihil in q̃ possit reprehẽdi, remanere cõclusit. Nos tamẽ ne nostra oratio nihil agere videatur, nõnullas, quanq; nihil in se penè videbũtur habere firmitatis & fũdamẽti, disceptationis tamẽ causa rationes afferem⁹, quib⁹ in duas partes distributis, experiemur quid possit

vires ad tantam & tam præclarè & benè fundatam Generis vim & naturam infirmandam. Erunt itaq; noſtræ concluſiones vel ratione confirmatæ, vel ex retruſis & reconditis Ariſtotelis locis excerptæ, quem noſtræ diſputationis ordinem eo nobis propoſuimus, ne dum veritatis patrocinium ſuſciperemus, vel ſimulata ratione, vel obſcura quadã autoritate falli ac decipi videremur. Sed has rationes aggrediamur.

Opponens.

Obiectio ♀ *Paul. Vene.*

♀ Quædam accidentia in quid efferuntur: ſi enim quæras, quid agat Plato, Socrates, Cicero, diſſerere, ambulare, in Senatu loqui, reſpondemus: ergo Actiones cum ſubiecta reſpiciunt, videntur in quid dici: quæ neq; in Generum aut Formarum numero habentur: quare quid in Definitione Generis fruſtrà collocatur.

Reſpondens.

Solutio.

Nihil certè minus, neque tamen actionem & paſſionem in quid de primis naturis affirmari inficias imus, quamuis in naturæ quæſtione minime dicantur. Eſt igitur huius vocabuli duplex ratio. Vna quę modum & actionem rei denotat extrinſecus: vt ſi roges quid agat Plato, eum ambulare reſpondemus. altera quæ inſitam naturam per verbum (eſt) ſignificat, vt quid eſt homo: eſt animal. Licet igitur actio in quid de Platone dicatur, cum quæro quid agat, non tamen cùm poſtulo, quid eſt Plato.]

Aliquid in quid dupliciter dici.

Opponens.

Obiectio. ♀ *Colonien.*

♀ Sunt quædam vocabula in obliquis caſibus ac numero ſecundo poſita, quæ Generis ſortiuntur appellationem, minimeq; de rebus ipſis dicũtur: ergo falſum eſt omne Genus de multis formis efferri.

Reſpondens.

Solutio.

Sunt quibus placet, huiuſmodi nomina in recto caſu dici, quod ad naturam Generis conſeruandum ſatis eſſe credunt. Alij volunt, nomina ſecundi ſiue pluralis numeri, nec Generis nec Formæ vim obtinere, quia non tam collectam aliquam naturam, quàm diſperſam rerum ſingularum multitudinem ſignificare videntur.

Opponens.

Obiectio.

Genus & Differentia in eandem naturam coguntur, ſed Differentia in quæſtione qualitatis dicitur: ergo & Genus.

Reſpondens.

Solutio.

Quamuis eandem naturam obtineant, ratione tamen de quo antea oratio fuit habita, de quo etiam idoneo loco dicetur, differre conceduntur. Hoc etiam modo ſequens captio eſt refellenda. Species & Differentia eandem naturã habent, ergo Genus non magis de formis quàm de differentijs dicitur. Huic rationi ſatisfaciemus, ſi ſpeciem & differentiam, licet re ipſa conueniant, diuerſos tamen eſſe illorum intellectus, dixerimus. quod hinc perſpici poteſt, quia Genus vi ac opera intellectus, alia ratione ad Speciem, alia ad Differentiam, refertur.

Obiectio.

Solutio.

ad

23229

ad Speciem enim tanquam ad rem definitam, ad differentiam verò tã= quam ad poteſtatis ſuæ partem comparatur.]

Opponens.

¶ Nulla forma in quid, ſed in quale dicitur: Genus eſt forma, ergo ad quæſtionem in qua rei qualitas inueſtigatur, reſpondebit. Obiectio. ¶ *Martinus Pollichius lib. 1. topicorum.*

Reſpondens.

Nulla forma quæ certum aliquid efficit, in quid effertur, ſed forma cui hæc poteſtas eſt inſita, vt certa & finita reddi poſſit, cuiuſmodi eſt Genus, ad quæſtionem qua quid quicq; ſit, quæritur, reſpondet.] ſed hæc alio in loco & vberius & fuſius explicabimus. Solutio

Opponens.

¶ Quicquid alicui attribuitur, id eius integram naturam debet ſignificare: ſed Genus totam formarum eſſentiam non explicat, de formis igitur non enuntiatur. Obiectio. ¶ *Petri Hiſp. commentator.*

Reſpondens.

Quamuis Genus totam naturam determinatam Speciei non explicet, omnem tamen illius indiſtinctam eſſentiam demõſtrare ſolet.] Solutio.

Argumenta ex obſcuris quibuſdam Ariſtotelis locis deducta.

Opponens.

Omnis notio vniuerſa eſt vbique, ſed Genus non eſt vbique, quod quidem in animali percipitur, ergo Genus non eſt communis natura. Maiorem habet Ariſtoteles, ‡ quod enim ſemper eſt, & vbiq;, hoc eſt quod vniuerſum Genus appellamus.] Obiectio. ‡ *Ariſt. lib. 1. de demõſtrat. cap. xxiiij.*

Reſpondens.

Non vult Ariſtoteles, res vniuerſas in omnibus locis reperiri, ſed ideò vbiq; eſſe, quod in rebus ſingulis ſemper inſunt: non enim certum aliquod tempus, finitum locum requirunt, ſed tanta eſt earum vis & facultas, vt in omnibus rebus ſubiectis ineſſe valeant. Atque ipſius Ariſtotelis verba, eo loci ſcripta, eundem plane ſenſum prę ſe ferunt. ‡ Genus vniuerſum, quod in omnibus rebus ſingulis continetur, ſenſu perſpici nullo modo poteſt: quandoquidem non ſit certo quodam loco ac tempore definitum: aut certe vniuerſa res non eſſet.] Solutio. ‡ *Ariſt. lib. 1. de demonſtr. cap. xxiiij.*

Opponentis replicatio.

¶ Natura ignis ſurſum fertur, terra verò locum infimum ſibi proponit: vniuerſæ igitur notiones, certum ſibi locum vendicant. Replicatio. ¶ *Paul. Ven. in vniuerſa. proœmio quæſtio. iij.*

Reſpondentis dilutio.

Sola, ſimplex, abſoluta (& Dialectica) natura ignis aut terrę, certum ſibi locum non proponit: quod ſi ignis ſurſum, terra deorſum feratur, illud euenire ſolet, ratione primarum & ſecundarum qualitatum, cum quibus horum naturæ coniunctæ ſunt ac copulatæ.] Dilutio.

Opponens.

Obiectio. ♀ *Aristot. lib. ij. de demonst. cap. vi.*

Si Genus in natura rei diceretur, esset eorum quibus conuenit Proprium: ♀ ea siquidem oratio rei essentiam continet, quæ est propria alicuius rei.]

Respondens.

Solutio. ♈ *Paul. Vene. lib. ij de demõ*

♈ Genus est proprium formarum suarum, quia in omnes suas species quadrat: Differentia etiã Propriũ appellatur, quia soli speciei cõuenit.

Opponens.

Obiectio. ♃ *Arist. lib. ij. de demõst. cap. vij.*

Si Genus in naturę quæstione diceretur, tũ & Definitio: cũ Genus sit pars Definitionis, sed Definitio in quid non effertur, nã ♃ quid sit res nec definitione nec Demonstratione potest cognosci.] ergo &c.

Respondens.

Solutio. ‡ *Benedictus lecti. de definitione.*

Duplex est Definitio, ‡ nominis & rei: Definitio nominis est, quæ tãtùm vocabuli significationem exprimit, cuiusmodi est definitio Vacui, vel Chymeræ. Rei verò, illa definitio esse dicitur, quæ naturam alicuius rei in rerum natura existentis demõstrat.] Primum definitionis genus intelligit Aristoteles. Si enim res non est, neque demonstratione, neque definitione .s. nominis, cognosci potest. Atq; hoc ipsum affirmat Aristoteles, ♀ *Arist. lib. ij. de demõ. cap. x.* difficile esse ex hoc definitionum genere naturam assequi, quam sit, necne ignores.]

Opponens.

Obiectio. ♈ *Arist. lib. vi. top. cap. ij.* ♃ *Niphus lib. vi. topi. loco xiiij defini.*

♈ Interimendum est illud Genus, cuius Species uel indiuiduum, de genere dicitur,] sed ♃ Homo & Socrates de animali enũtiantur: sequitur enim, animal esse hominem, si modò homo sit animal, & quia Socrates est animal, ideò animal esse Socratem est verisimile.

Respondens.

Solutio.

Cùm dicat Aristoteles Speciem non posse de Genere dici, vult illud generaliter & non contrà euenire, de rebus item singulis essentiali enuntiandi modo dici, non è diuerso contingere. Quamuis igitur animal sit homo, non tamen vnumquodq; animal hominis rationem & definitionem capit: cùm tamen omnis homo in numero animaliũ habeatur. Simili modo, licet naturali siue essentiali enuntiatione Socrates sit animal, non tamen natura comparatum est, animal Socratis essentiam obtinere.]

Opponens.

Obiectio. ‡ *Arist. lib. i. top. cap. xiij.*

Omne Genus est synonymum, seu vniuocum: nullum igitur Genus in multis formis cernitur. Rationem firmã esse sic docetur. Illud Genus quod in multis formis dicitur, diuersas sub suo ambitu differentias comprehendit: sed omne Genus cui ea potestas accommodatur, est Homonymum. ‡ Illud enim spectare debemus, eorúmne, quæ eidem nomini subiecta sunt, diuersę sint differentię, vt coloris eius qui in corpore inest, & eius qui in figuris Rhetoricis, variæ sunt differentiæ, illius

23229

lius quod valet ad ſeparãdum aſpectum, & quod ad cõparandũ: huius non eędem ſunt, quo fit, vt color varijs modis dicatur: earundem enim rerum, eędem ſunt differentiæ.]

Reſpondens.

¶ Niphus hoc in loco ſumma cum cura ac diligentia verborum Ariſtotelis ſyntaxin & conſtructionem explanat: at verò quid ſibi velit Ariſtoteles, tanquam rem facilem & vnicuiq; perſpectam prætermittit. Sunt qui exiſtimant Ariſtotelis verba hunc habere ſenſum: Si aliquod Genus ſtatuatur, quod de diuerſis formis per varias & diſcrepãtes differentias ipſum Genus conſtituentes, dicitur: illud Genus eſt homonymũ: verbi gratia, Si animal de homine & bruto per diuerſas differentias ipſius animalis naturam abſoluentes, affirmaretur, tum illud ipſum animal non vno modo diceretur. Atq; hanc interpretationem aliquid in ſe habere acuminis exiſtimarem, niſi ipſius Ariſtotelis exempla & vniuerſam Louanienſium Academiam ab eadem prorſus diſſentire perſpicerem. Significant enim Ariſtotelis exempla, colorem eſſe Genus, illum verò colorem, qui ſeparat viſum, cuiuſmodi eſt albor, & qui eundem comparat, vt nigror, eſſe res ſubiectas, ſeparare & non ſeparare aſpectum eorum eſſe differentias non remotas ſed proximas. Cùm igitur naturæ illæ quæ ſubijciuntur, diuerſis eiſdemq; proximis differentijs conſtituantur, idcirco colorem multis modis dici, probat Ariſtoteles. Aſſerunt etiam Louanienſes, differentias illas eo loci accipiendas eſſe, quę & Genus diuidunt, & Formas conſtituunt, quẽadmodum Literę exemplum inſinuat. Nonnulli dicunt nec inconſideratè quidem, Ariſtotelem nullum verum Genus, ſed potiùs ex tranſlatione & metaphora conſtans intellexiſſe: eóque firmiores ad illam interpretationem ſequendam redduntur, quòd exemplum Ariſtotelis illud ipſum præ ſe ferre videatur. Colorẽ figuris Rhetoricis quadam ſimilitudine ac metaphora tribui & aſſignari contẽdunt. Quod ſi hæc aſperiora & ad Ariſtotelem interpretandum parum apta videbuntur, Paulum Venetum audiamus, qui affirmat ¶ Vniuocum & Æquiuocum bifariam ſumi, communiter & propriè. Cõmune Vniuocum eſt, quod vno nomine vnaq; nominis definitione de multis dicitur, & ea ſignificatione vſus ſynonymorum definitionem in Categorijs Ariſtoteles explicauit. Vniuocum compreſſius acceptum eſt, quod abſque diuerſis Differentijs plura ſignificat, cuius meminit Ariſtoteles, cum Genus Vniuocum eſſe pernegaret. Æquiuocum verò communiter ſumptum eſt, quod vno nomine, diuerſa tamen ratione pluribus accommodatur: vt canis. Æquiuocum ſtrictim intellectum eſt, quod in multis per diuerſas differentias dicitur, & eo loquendi modo, Genus eſſe Æquiuocum admittimus. Animal enim diuerſis rationibus ad hominem & equum refertur. Quamuis vna ratione animali competente de illis efferatur.] Simili modo Ariſtotelis authoritati ſatisfaçit, Schola Veneta, licet obſcurius, adeò vt ex illorum verbis probè intellectis, perſpici poſſit, duplex eſſe Æquiuocum, vnum extra Speciem, alterum in Specie. Illud eſt Æquiuocum extra Speciem, quoties aliquid tantum nomine & non vna ratione, nomini congruente, de formis

¶ *Augu. Niphus lib. i. top. loco vi.*

Solutio. i.

Solutionis primæ refutatio.

Louan. lib. i. top. præcep. x.

Solutio 2.

Solutio 3.

¶ *Paul. Ven. lib. i. de demonſtratione.*

Vniuocum & Aequiuocum dupliciter dici.

Ariſtot. lib. vij. phyſico.

Soluio 4.

Schola Vene. lib i. topic.

Duplex eſt Vniuocum.

mis dicitur. Æquiuocum verò in Specie est, cum vnum Genus in diuersis formis, ratione diuersarum differentiarum, quæ Species in Genere illo diuiso contentas proxime constituunt, reperitur. Atque postrema hac significatione vsus est hîc Aristoteles: hac verò significatione si quis Genus Æquiuocum appellabit, nemo reprehẽdet, si quidem non omnino de formis dici possit, nisi diuersis differẽtijs ad illas perducatur.

Quo pacto sit genus æquiuocum appellandum.

Opponens.

Obiectio. Nulla definitio est Vniuersale, Genus est definitio, attributum igitur non est. Minorem probo. Quicquid naturam rei perfectissimè indicat, est Definitio: hoc autẽ efficit Genus: ϒ Genus enim id est, quod ex his quæ communia sunt, maximè indicat quid quicque sit.]

ϒ *Arist. lib. i. top. cap. xv. Item lib. vi. top. cap. i.*

Respondens.

Solutio. ϒ Idcirco Genus videtur rei definitæ naturam maximè exprimere, quòd illius essentiam secundum rem & modum significet. Re etenim hoc fungitur officio, quod sit rei constitutæ pars essentialis, ratione verò ac modo, quod in quæstione qua quid sit res quæritur, dicatur. At differentia licet re ipsa Speciei substantiam significet, tamen qualitatis rationem obtinere solet. Præterea Genus vel hoc præcipuè nomine Speciei essẽtiam declarat, quia eam ab omnib⁹ alijs formis, quę sub alijs Generibus continentur, diuidit ac seiungit. Differentiæ verò similes sunt extraneis ac rebus aliunde deductis, quandam nihilominus cum formis affinitatem habentes.]

ϒ *Niphus & Alexander in vestibulo lib. vi. top.*

Opponens.

Obiectio. Si Genus de multis Specie differentibus diceretur, hanc conditionem animal obtineret: sed animal in multis formis nõ cernitur. Quod sic ostẽdo: Si animal in multis pręcipuè in homine & bellua diceretur: sed de his nõ affirmatur, quoniam nulla alia Species animalis illis aptatur. ϔ Nam de quibus Genus dicitur, in his Speciem aliquam dici necesse est.] Si igitur Animal homini & belluæ tribuatur, necesse est aliquam animalis Speciem de homine & bruto efferri.

ϔ *Arist. lib. ij. top. cap. ij.*

Respondens.

Solutio. In ea sunt sententia Niphus & Alexander, vt credant tum maximè valere hunc locum, cùm Genus ad suas formas refertur: nec malè quidem, licet ea quæ ab Aristotele secundo Topicorum libro pertractãtur, non eo maxime referuntur, vt locos Generi inseruientes declarẽt, hoc enim libro quarto præstat, sed potiùs vt illa loca quibus accidentis naturam vel destruamus vel construamus, explicata reddantur. Quare ego vna cum illis hanc habeo opinionem, vt iudicem, hoc in loco Aristotelem etiam Accidentia significasse, ac si hunc in modum scriberet: Si aliquod sit Accidẽs, quod multis formis aduẽtitijs tãquam Gen⁹ naturã impartitur, si illud Accidẽs de subiecto cui inhæret dicatur, necesse est aliquam Speciẽ sub illo accidente, tãquam sub Genere comprehensam, de subiecto dici. Verbi gratia: quia color est Genus, cum Candorem, Nigrorem, alioſq; colores medios, respicit; si color

Niphus & Alexãd. Aphrodiseus li. ij. top. loc. xij.

qui

23229

qui Genus est, de subiecto, cum Accidentis conditionem capit, dicatur: aliquam coloris Speciem de eodem efferri erit necessario confitẽdum. Nam si quis colore sit infusus, aut Candore aut Nigrore, aut alio quodam coloris Genere imbuitur. Atq; hunc sensum alterum ex Aristotelis exemplis præ se fert, cùm de scientia ea loquatur, quæ hominem tanquam subiectum, cui inhæret, respicit. Hoc etiam damus Aristotelem libro quarto Topicorum huiusmodi locum ipsi Generi competentem habere. ♀ Fieri non potest vt Generis sit particeps id, quod nullius formarum est, (at verò postea hæc verba subiungit) nisi fortè aliquid eorum sit, quæ in diuisione prima formarum collocantur, quæ omnia Genere tantummodo participant.] Cum igitur homo & brutum proximè sub animali contineantur, ideò non est opus, vt naturã alicuius Speciei sub animali comprehensæ suscipiant.

♀ *Arist. lib. iij. top. cap. i. loco apud Niphum vij.*

Opponens.

Si animal de homine diceretur, tum animalitas (hoc enim vti vocabulo nos cogit necessitas', nam dici aliter non potest) de humanitate affirmaretur, hoc autẽ non est verisimile, ergo neque illud. Maior Aristotelis autoritate comprobatur. ♈ Si coniugatum de coniugato dicatur, & præcipua significatio de minus præcipua,] vt si quale de albo dicatur, qualitas de albore prædicatur.

Obiectio.

♈ *Arist. lib. ij. topicor. loco xxix.*

Respondens.

♃ Animal atque homo non sunt alicui coniugata, quia denominatiue de nullo dicuntur.] ‡ Quicquid enim in natura rei de aliquo dicitur, denominatiue non prædicatur.] ♀ Hinc igitur perspici licet, omnẽ enuntiationem inconcreto non esse denominatiuam, cùm necessario requiratur, omne denominatiuum extra subiecti naturam esse: quamuis itaque dicere poterimus idque verè, lineam esse quantam, non tamen denominatiua erit enuntiatio, quandoquidem quantitas lineæ naturam impartitur.

Solutio.

♃ *Niphus lib. ij. topic. loco xxix.*

‡ *Aquinatis cõmẽt. in antepræd. ica.*

♀ *Niphus lib. ij. top. loco i.*

Opponens.

Virtus est Genus effusionis, vel (si ita loqui liceat) prodigalitatis, sed de effusione non dicitur, ergo vnumquodque Genus de suis Formis non effertur. Corroboratur prima enuntiatio. Auaritia effusioni aduersatur, sed vitium est Genus auaritiæ. Effusio igitur in virtute vt in Genere est ponenda. Oportet enim contrarias Species sub diuersis Generibus reperiri. Cuius rei satis locuples est testis Aristoteles. ♈ Si quid contrariũ sit Generi, an contrarium in contrario sit videndum est. Contrarium enim siquidem sit Generi aliquid contrarium, in contrario necesse est esse.] Quę verba hunc habent sensum. Si quid contrarium sit Generi & Speciei, videndum est, an illud quod est Speciei cõtrarium, in contrario Genere sit. Contrarium enim Speciei, si quidem sit Generi aliquid contrarium, in cõtrario Genere necesse est reperiri.

Qualis sit prędicatio lineam esse quantam.

Obiectio.

♈ *Arist. lib. iiij top. cap. ij loco vt placet Nipho. xxxvj.*

Respondens.

Niphus perfunctorie hunc locum explicare videtur: atque eam præcipue

Solutio.

Niphus lib.ij. top.loc.xxxvj

cipuè (quantum coiectura aſſequar) ob cauſam quòd paulò fuſius huiuſmodi locum libro ſecundo Topicorum enuclearit. Duas enim eo loci ſolutiones adfert, quarum alteram Neotericis, alteram verò Alexandro aſcribit. Alexander locum verum eſſe ait, cum Prædicatum ita Subiectum ſequitur, vt illius contrarium non ſequatur: ideoq; exiſtimat præſens argumentum probabiliter concludi non poſſe, cum vitium in argumentatione non tantùm auaritiam, ſed etiam redundantẽ atq; luxuriantem illam effuſionem conſequatur. Neotericí affirmant locum in illis Contrarijs ſuas vires obtinere, quæ eodem aduerſandi modo inter ſe opponuntur. Cum igitur virtus & vitium veluti medium & extremum ſibi inuicem repugnent, & prodigus atque ſordidus extrema ratione inter ſe aduerſentur, cum illis hic Ariſtotelis locus nihil commercij habebit. Breuiùs reſpondebis, locum verum eſſe in his Aduerſis, quæ vni tantùm Speciei opponuntur. Cum igitur prodigus non tantum auaro, ſed etiam liberali aduerſetur, idcirco in illum verba Ariſtotelis non quadrabunt.

Alexander lib.ij, top.

Opponens.

Obiectio.

Nulla definitio eſt Vniuerſale, ſed Genus eſt Definitio, ergo non eſt Vniuerſale. Confirmatur minor ? Quicquid idem eſt, quod aliquid idem, id naturam explicat: quod autem explicat, non eſt proprium, ſed Definitio:] quare cum Genus rei naturam explicet, Definitio ſit neceſſe eſt.

? *Ariſt. lib. v. top. cap. iiij*

Reſpondens.

Solutio.

Multi affirmant, illud quod rei naturam explicat, eſſe vel Definitionem, vel Definitionis partem. Intelligunt autem Louanienſes per naturam explicare, vel expreſſè vel occultè vim & eſſentiam exprimere, occultè idem numero, expreſſè definitionem rei naturam demonſtrare. Non procul ab his diſcedit Niphus, qui illud explicare naturã ſcribit, quod ſecundum eſſentiam, hoc eſt (vt mihi plerumq; videri ſolet) perfectè & completè naturam rei abſoluit, & ita tantum Definitioni competit, modo ſit oratio. ? Qui enim quoq; modo nomen pro nomine reddunt, ij profecto rei Definitionem non explicant: quandoquidem omnis Definitio oratio eſt.]

Louanienſes lib.v. topico.

Niphus lib.v. top.lo.xxxi.

? *Ariſt.lib.i. top. cap. iiij.*

Omnis Definitio eſt oratio.

AN GENVS IN SVIS FORMIS AVT tanquam ſuperiùs aut Par dicatur.

CAPVT VI. QVAESTIO III.



Ontrouerſa res eſt & plena diſſentionis inter Dialecticos, quæ opinio in hac quæſtione ſit ſequenda. Sunt enim qui ad hanc veniunt opinionem, vt non confuſum Genus ſed in anguſtum per Differentias redactum de rebus ſubiectis dici arbitrentur: animal namque illud, quod in hominis eſſentia perſpicitur, eſt Rationis compos, & quod de bruto dicitur, Rationis expers appellatur. ? Quod & de Specie eſt cogitandum. Homo enim de Platone non dicitur, tanquam quiddam cõ fuſum,

? *Paul. Ven. cap. de ſpecie.*

23229

fusum, sed vt illius natura per essentiã singularem restringitur, quod subsequentibus argumentis docetur. Quęuis natura vniuersa eo modo quo ineſt, de re subiecta dicitur, sed superius vt coãgustatur, rebus suis subiectis applicatur, ergo & eo modo de illis enuntiatur. Prętera Superius ea ratione qua est superius, (siue confusum) opera intellectus ab omnibus suis inferioribus est auulsum & separatum, quod autem ab aliquo seiungitur, in eodem nequit dici, ergo Superius ea ratione qua est superius, rei subſtratæ suam naturam non accommodat. Quæuis etiam Species Potentia in Genere concluditur: si igitur Superius de suis formis affirmetur, in vnaquaq; specie, omnes aliæ formæ sub illo genere comprehensæ potestate continentur, atq; in homine sunt omnes animalis species quo quid potest dici obtusius.] Sed contra hanc opinionem disputat Paulus Venetus, eamq; his quæ subsequuntur argumentis infirmat. ♀ Genus est totum & pars, vt Porphyrio placet, alia igitur ratione, qua est totum, alia qua est pars, de specie effertur. Sed quemadmodum est pars, vt quiddam contractum prędicatur, ergo ea ratione qua est totum, restricto modo Speciei non attribuitur. Ad hæc, animal vt est genus de multis, quæ specie differũt, prædicatur, ergo animal de illis tanquam superius dicitur. Ratio non est vitiosa, quia Genus hanc ob causam superioris rationem obtinere solet. Præterea, si interrogetur quid est Socrates? eum hominem esse respondemus: quod si quæratur cur sit homo? dicimus hoc ideo esse, quia est animal ratiocinãdi facultate prædituṁ: sed apertum profecto est, animal ratione imbutum, in superiori pronunciato, contracta ratione minimè considerari, quia rebus singulis, autore Aristotele, definitio non applicatur.] Postquam suam Paulus Venetus opinionem his quæ præcedebant rationibus corroboraret, illorum argumentis, quæ in aduersa sunt sententia, ordine quodam respondere hunc in modum conatur. Primo satisfaciens, concedit ♈ rem eo modo quo ineſt, prædicari, quia igitur tanquam totum & pars ineſt, ideo & contracte & non contractè de re subiecta affirmabitur. In secundo autem argumento, negat primam enuntiationem, quia animal est Genus, remota quauis opera intellectus. At verò tertiæ rationis consequentiam vitiosam & infirmam esse contendit: quemadmodum enim materia potestate quadam cuiuis naturali corpori adesse potest, ita Genus suis formis ineſt, non tamen idcirco omnes animalis species sunt in homine.] Sed quoniam tanta est huius quæstionis difficultas, vt illius explicatio nos in longiorem sermonem euocet, eum ordinem nobis proponendum esse iudicamus, vt primum argumentis nostri aduersarij, (erit enim noster in hac quæstione aduersarius Paulus Venetus) satisfaciemus. Deinde, vt eius, quas adfert in alteram partem solutiones, improbemus. ‡ Faciam igitur quod in principio fieri in omnibus disputationibus censeo, vt quid sit illud, de quo disputetur, explanetur, ne vagari & errare cogatur oratio.] Primum enim breui & circumscripta quadam explicatione qualem vim habeat Superius, exprimẽdum puto. Superius igitur est, natura vniuersa, quæ aut directè in categorijs collocatur, aut si illud nomen latius patere velis, quod ad naturam rei definitione exprimendam concurrit. Sed illud ab hoc sermone remouendum esse nõ puto,

Rationes quæ probãt Genus contractè in formis dici.

Opinio secunda.

♀ *Paul. Ven. cap. de specie.* Porphyri' capite de specie affirmat Gen' esse totum.

Indiuidua nõ definiuntur. *Aristot. lib. vij. metaphys.*

♈ *Paul. Ven. cap. de specie.*

‡ *Cicero de oratore.*

Superius quid

puto, ſuperius in hac quæſtione latius patere. Id enim denotat, quod eſt confuſum, cuius natura in maxima latitudine, immẽſa potentia cõſideratur, cuius eſſentia nullis vinculis aut differentijs reſtringitur. In contẽtionem igitur venit, vtrũ confuſa Generis Eſſentia, in re ſubiecta dicatur: Paulꝰ Venetꝰ ait, nos verò negamus. Hoc igitur nõ diffidẽter & timidè, ſed planè & explicatè dico, Genus vt eſt cõfuſũ, de ſuis formis minimè dici. Quemadmodũ enĩ materia phyſica, vt eſt confuſa, nullam habet formã, ſic animal vt eſt indeterminatũ, neq; rationis compos, neq; expers appellari poteſt. Sed animal illud q̃ eſt in homine, eſt rationis particeps, ergo illud animal q̃ de homine dicitur, eſt reſtrictũ. Sed quia ſuperiori ſermone ſatis abundãter & illuminatè fuit explicatum, Genus cõfuſum de ſuis formis minimè poſſe enunciari, ad Pauli Veneti (quandoquidẽ illius diſputationis cornua in hac queſtione cõmouere ſtatuimus) laqueos noſmet ipſos conuertamus, illiusq; argumẽta ęquis veluti lancibus ponderemꝰ. Primũ igitur dicit Porhyrium aſſeruiſſe, Genus & totius & partis rationẽ obtinere, q̃ à vero eſt penitus diſtractũ. Nõ enim in aliqua ſuę inſtitionis parte, Genus appellationẽ partis ſuſcipere ſcripſit. Sed tamẽ genꝰ eſſe partem nõ inficias imꝰ, Porphyriũ hoc aſſeruiſſe p̃negamꝰ. Sed demꝰ hoc Paulo, ne paulò duriùs & acriꝰ cũ illo decertare videamur. Sit igitur pars, quid tũ? ergo inquit ille, aliã ſubit dicẽdi rationẽ, cũ tanq; totũ: aliã cũ tãq; pars quędam, affirmabitur. Sed hoc nõ erit neceſſum. Nõ enim partis rationem obtinet, quia in multis dicitur, ſed partis appellatio in Genus cadit, eo reſpectu q̃ integra ſpeciei natura conſideratur, quoniam tota Speciei eſſentia nõ tantum ex Genere, ſed etiam ex differentia cõſtituitur. Appellatur totũ, quia totam & integram ſuam naturam formis ſub ſe cõprehenſis attribuit. Neganda eſt igitur primæ rationis conſequentia. Quod ad ſecundam attinet, non video q̃ tendat, niſi forſan eò, vt oſtendat Genus de Specie, tanq; ſuperius de inferiori dici, q̃ & nos damus: ſi p̃ Superius omne illud intelligat, q̃ in natura rei cernitur, q̃ ſi incertum & cõfuſum Genus ſignificari velit, tum neminem arbitror daturũ rationem eſſe aptè concluſam. Tertia verò ratio ęquè à noſtis partibus atq; illius ſtare videtur: ſi enim animal rationis particeps ſit certa vel confuſa definitio, definitionis appellationem nõ amittit. Cùm autẽ dicat Ariſtoteles res ſingulas definitionem non habere, vult res ſingulas nõ tanq; definitũ Quod, ſed tanq; definitũ Quo, definitione explicari. His expeditis, qua ratione ſuorum aduerſariorum argumentis ſatisfaciat, diſcutiamus. Prima ſolutio à verò, prſus abhorret, quoniã, vt idem breuiter paulò ante perſtrinxi, Genus non tam pars eſt ratione enuntiandi, quàm cum completam & abſolutam Speciei naturam conſideramus. Neq; ſecunda ſolutio apud omnes valet, ſed apud ſolum Venetum, & ſcholam, quod dici ſolet, Scotiſticam locum habet, quod q̃niam ab hac quæſtione, quę nunc in manibus eſt, ſeparatur, in alium ſermonem differendum eſſe opinor. Tertia ſolutio non modò vim argumenti non refellit, verumetiam confirmat. Nam quemadmodum materia vt eſt certa & determinata, non poteſt eo reſpectu q̃ certam habet formam, aliam induere: pari ratione, illud animal quod eſt in homine, nunq; reipſa animal rationis inops eſſe poteſt. Quare conſtanter & aperte

Genus vt eſt confuſum de ſuis formis nõ dici.

Genus cur pars.

Genus quãdo totum.

Quo pacto ſit intelligendum indiuidua non definiri.

Scotiſta.

23229

pertè dico, illud animal quod in homine inuenitur, ab animali bruto cõ petenti discrepare, ac ipse homo à bruto differt. Cùm animal humanũ sit rationis particeps, animal verò belluinum rationis expers: ꝙ perspicuum est igitur, non esse idem animal de quo irrationale dicitur, & ꝙ dicitur de homine.] Quare si aliquid certi statuere, atq; huius quęstionis veritatem explicatam habere velimus, necesse est, vt rerum vniuersarum naturã ad interiores mentis recessus deducamus, atq; vt nostras mentes ad intellectus operationem conuertamus, qui tres illas naturas re ipsa conuenientes (Genus, Speciem & Differentiam intelligo) ita separat, vt inter se ratione saltem discrepare videantur. Simili modo in hoc scrupulo cum intellectu consilium inire oportebit. Atq; quamuis illud animal, quod est in homine, re ipsa non latius se extendat quàm homo, intellectus tamen tantam animali potentiam attribuit, vt multis formis accommodetur: quamuis etiam animal rationis particeps tantùm homini insit, tamen corpus animatũ sentiens, tam belluæ quàm homini conuenit. Est igitur diligenter annotandũ, non tam naturam Generis, quàm naturę potestatem Genus præcipue efficere. Verbi gratia, animal non est Gen⁹, quia est corpus animatum sentiens, tum enim homo, Plato, Demosthenes, Generis rationẽ obtinerent, cũ sint corpora quę sensu imbuuntur: sed ideo animal dicitur esse Genus, quia illius natura eam habet potestatem, vt multis formis aptetur. Corpus enim sentiendi munere imbutum, de homine & bruto dicitur. Quare licet natura Generis restringatur, potẽtia tamen nunq; contrahitur. Hoc ꝙ facilius accipi possit, crassiori quidẽ, sed aptiori exemplo ostẽdamus. Esto princeps quispiam, qui authoritatẽ atq; imperiũ in aliquam insulã tenet. In eo duo mihi videntur animaduertẽda: Persona & potestas: quãtumuis enim persona sua definiatur clausula & cancellis quibusdam terminatur, & certo quodam loco circumscribatur, ipsa tamen regalis potestas ad omnes manat: ita fit in Genere, quanq; enim animalis natura ad certam Speciem terminetur, ei⁹ tamẽ potestas nunq; in eas angustias cogitur, quin possit varijs formis attribui. Et vt non tam persona quàm imperium & potentia principem facit, ita non solũ Generis definitio, sed ipsa quoq; potestas ad Gen⁹ cõficiendũ accõmodatur. Adde si in carcerẽ princeps detrudatur, & catenis coarctetur, princeps nihilomin⁹ appellabitur, quamdiu imperiũ in insulam habet: similiter natura Generis, quanq; infinitis differentijs in arctũ contrahatur, Genus tamẽ appellabitur, si modo illius potestas permaneat & floreat. Et ϒ vt lumẽ Solis nihil suę virtutis & amplitudinis amittit, ꝙ minus sua magnitudine cuncta lustret & cõpleat, quòd in locum certum & determinatum illius radij deferantur: pari ratione naturæ vniuersæ conditio non diminuitur, quòd huic aut illi Indiuiduo accommodetur.] Ex his igitur intelligitur animalis naturam per Accidens & fortuito, at naturæ potestatem per se & propria vi Genus perficere. Atq; hanc ob causã ϛ Gen⁹ non per potestatẽ, sed per naturam vel potestatis suæ partẽ formis inest.] Sed his propositis quęstiũculę multę nascũtur, primũq; forsã quęres, quę sit potestas Generis? Respõdem⁹, ǂ Generis potestatẽ nihil aliud esse, quàm ꝙ in varias Species diuidi possit: quod fit, partim diuidendo, partim naturam

ꝙ *Rod. Agri. lib. 1. de inuẽ. cap. 9.*

Qua ratione animal de multis formis dicatur.

Animal cur genus appellatur.

Generis potestatem non omnino contrahi.

ϒ *Versor in prædicabilib. Porphyrij quæstio prima.*

Genus quomodo formis inest.

ϛ *Colonienses.*

Obiectio.

Solutio.

ǂ *Schola Parisiensis.*

Aquinatis commentator. Generis potestas quid. Obiectio. Solutio. Genus triplici-ter cõsiderari

Generis contrahendo per diuersas differentias. Hinc igitur liquidò apparet, differentias oppositas Generis potestatem nõ esse, sed potiùs potentiam explicare,] aut partes esse potestatis, cum ex diuersis differentijs Generis potestas gignatur & oriatur. Tum demùm rogabis, nũ Genus illud contractũ vel cõfusum, sub primo vniuersali cõprehendatur? Respondeo, neq; contractũ, neq; confusum Genus hoc munꝰ obtinere. Quod vt clariùs perspiciatur, animaduertas vnumquodq; Genus triplicẽ posse cõparationem habere: vnam, qua est confusũ, hoc est ab omnibus suis formis auulsum, & ita Generis definitionem non recipit. Alterã, quia ad certam Speciẽ deducitur, hoc est, vt nihil aliud significet, quàm vnam solam Speciem. & ita potiꝰ Speciei, quàm Generis rationẽ habere dicitur. Tertiam & vltimã, qua simplicem naturam Generis cõsideramus, ita vt neq; eam vt confusã aut vt coarctã capiamus, atq; ea ratione Generis nomen sibi assumere iure optimò potest. Quibus rebus, vt apertior nostra sit disputatio, exempla adiungamus.

Animal est triplex. Confusum.

Animal igitur est triplex, confusum, restrictũ, medium. Confusum animal est, de ꝙ rationis particeps, & rationis inops negatur: hoc est, ꝙ neq; est rationis capax, aut ratione carens: & hoc modo nequit de suis formis dici. Animal Restrictũ est, ꝙ vnã aliquã Speciẽ solũmodo significat: vt animal in homine repertum, tantũmodo hominem denotat.

Restrictum.

Medium.

Atq; illud animal est Species, quia solũ de singulis hominibus dicitur. nihil enim significat quàm naturam humanam. Medium animal est, ꝙ neque est confusum neq; restrictum: hoc est, cùm mecum reuoluo animalis definitionẽ, animal. s. esse corpus animatũ sentiens. Si cupias igitur cõpertum habere, vtrũ animal illud sit Genus nec ne, hũc in modũ illud inuestigato. Sumas tibi definitionẽ animalis. Animal est corpꝰ animatum, sentiens. Deinde ita mentis aspectum ad hãc definitionẽ cõuertas, vt consideres illam definitionem neq; esse ab homine & bruto auulsam, neq; vnam aliq; Speciem tantummodo significare. Mox reperies illam definitionem, hominis et bruti essentijs conuenire. Quare Genus illud, ꝙ est attributũ, est neq; confusũ, neq; omni ex parte coarctũ, sed mediũ quendam locũ inter vtraq; hæc extrema solet obtinere. Sed longiorem in hac quęstione orationẽ consumere minimè decreui.

Qua ratione Genus sit cognoscendum.

An Genus in vna forma conseruari possit.

CAPVT VII. QVAESTIO IIII.

OMnes propemodum interpretes vno veluti ore affirmãt, Generis naturam in vna specie conseruari posse, licet illius potentia tam latè se extendat, vt plures Species necessariò requirat.ꝙ Hoc enim nomine Totũ integrale ab Vniuerso separat Aristoteles, ꝙ in suis partibꝰ ab inuicẽ seiunctis & conseruari & dici possit, illud verò hanc conditionẽ nõ habeat. Certũ est ergo naturam Generis in vna Specie cõseruari posse.]

ꝙ *Aquinatis commentator. Arist. lib. ij. metaphysic.*

Sunt tamen quibus placet, Genus necessario etiam actu duas saltẽ species habere. In ꝙrum numero sũt Albertꝰ & cũ tota sua familia Scotꝰ, nõ admodũ necessaria, licet probabili ratione commoti: nam ꝙ dicant generis definitionẽ significasse, vt de multis formis efferatur, atq; Aristotelẽ dixisse, illud Genꝰ destruendũ esse, ꝙ mulltis formis nõ aptatur

Albertus.

Aristot libro iij. topicorũ.

23229

tur: Porphyrium etiam asseruisse, Genus semper in multas Species diuidi, cui & Boëtius assentitur: huiusmodi autoritates ad illorum opinionem confirmandam parùm aut nihil faciunt, ϒ cùm in his potentiã, non actum enuntiandi intelligere debeamus.] Attamen Scotus, quãtum video, in vtramq; partem disputat. Primùm enim dicit Genꝰ multis formis actu applicari. Deinde vult Genus aptitudine tantũ, nõ autem potentia & actu, pluribus formis accommodari. Separat etiam à potentia aptitudinem: ϛ quod hæc quandam inclinationem & veluti consentaneam & alicui non repugnantem naturam habeat, illa verò (potentiã intelligo) ordinẽ quendã ad actum prę se ferat. Potẽtia igitur sine aptitudine esse potest, quemadmodum id quod graue est atq; põdus habet, sursum ferri potest, licet nõ sit aptũ. Et aptitudo etiã sine potẽtia interdũ permanere solet, vt cęcus aptitudinẽ habet videndi, ‡ (illud enim aliqua re priuatur, q̃ aptum est priuationis habitũ recipere,] attamen cęcus oculorum officio nunquam fungi potest. Nam Aristotelis iudicio, à Priuatione ad habitum regressus vllo pacto nequit fieri. His ergò expeditis, si quæ argumenta ad præsentem quæstionem infirmandam adduci possint, videamus.

Aristot. libro iiij. topicorũ.
Porphyrius cap. de specie.
Boëtius lib. i. de diuisione.
ϒ *Louanien. cap de specie.*
ϛ *Scotus. Iohãnes Anglus magister de magistris.*
‡ *Aristot. in categorijs cap. de contrarijs.*
Axioma priuationi inseruiens.
Arist. cap. de contrarijs.

Opponens.

ꝙ Si tota natura Generis in vna forma conseruari potuisset, nihil de Generis natura alij formæ conueniret. Id enim totum est, cuius nihil est extra: sed secunda pars præcedentis enuntiationis non est concedenda, quippe cùm Genus multis formis accommodetur, ergo prima pars non est admittenda.

Obiectio.
ꝙ *Petri Hisp. cõmentator.*

Respondens.

Vocabulum, extra, in definitione totius adiectum, totum in altero nõ reperiri docet, sed nihil extra illud esse, quod totum non comprehendit, quod quidem est vero consentaneum, cum vnaquæq; pars, Generis naturæ competens, Speciei applicetur.]

Solutio.

Opponens.

ꝙ Generis natura in vna Specie cõseruatur, ergo & illiꝰ potestas, ratio est firma: nã vbicũq; causa actu existit, ibi est illud cuiꝰ est causa. Cum igitur natura Generis sit causa potestatis, æqum est, vt generis potestas in vna forma conseruata permaneat, si modò generis naturæ & essentiæ hæc conditio sit tribuenda.

Obiectio.
ϒ *Aquinatis cõmentator.*

Respondens.

Natura Generis non est omni ex parte causa illius potestatis, sed eo respectu, quo illa natura non tantùm in vna Specie, sed in multis dicitur. Nam cùm re uera Generis potestas nihil aliud sit, quàm quod diuidi possit: cúmque Generis natura nulla ratione diuidi queat, ideò naturæ vna tantum Species, Generis verò potentiæ, plures satisfacere dicuntur.] ϛ Vt etiam tota potestas animæ in quauis corporis parte non ineſt, licet natura in omni parte collocetur, videndi enim potentia est tantùm in oculo, & audiendi in auribus, sic integra

Solutio.
ϛ *Colonienses.* Animam esse totã in quauis corporis parte.

Generis natura est in quauis specie, licet tota potestas non insit.]

Opponens.

Obiectio. ‡ Aquinatis cõmentator.

‡ Speciei & natura & potestas in vno indiuiduo cõseruatur, vt in sole, mundo, & luna perspicitur: idem igitur de Genere dicendum erit.

Respondens.

Solutio.

Non est eadem ratio in Genere & Specie habenda, quia Genus per diuersas differentias veluti per formas ad Species sub illo comprehẽsas deducitur. Sed Species ratione materiæ ad res singulas contrahitur. Quia enim natura humana in hac & illa materia, hoc est, Platonis vel Socratis cernitur, idcirco singularis redditur. Quando igitur Indiuiduum non habet materiam, vel quoties materia contenta est, cum vna tantum forma coniungi, aut quoties materiam aliam formam recipere nequit, tum integra Species in vno Indiuiduo conseruatur.] ♀ Ideo ratio Generis in vna forma non conseruatur, quia per diuersas differentias diuiditur, quod sane in Speciem minimè cadit.] Eaq; de causa Cæsarius Speciei vltimę Indiuidui appellationem tribuit, nõ quod de vno tãtum dicatur, sed quod in alias Species diuidi nõ possit.

♀ Paul. Ven.

Cæsari. tracta. 1. capit. de indiuiduo.

Opponentis replicatio.

Species cur sit indiuiduum. Replicatio.

ϒ Si tota potestas Speciei, in vno Indiuiduo salua manere potuisset, Species non esset natura communis, cum vni tantùm aptaretur.

ϒ Aquinatis cõmentator. Schola Colonien sis.

Respondentis dilutio.

Dilutio.

Si respiciamus Speciei potestatem, quæ à materia profluit, tantummodo vni indiuiduo inest: si verò formæ vniuersæ aptitudinem intelligamus, illius integra potestas non in vno tantùm Indiuiduo, sed in pluribus ponitur. Quamuis enim existat in vno Indiuiduo, habet tamen aptitudinem vt de alio dicatur.] Sed nullam perspicio rationem, cur nosmet ipsos tantopere perturbemus, atq; huiusmodi miseras & commentitias distinctiones excogitemus, si modò dixerimus, nullam esse Speciem, cuius potestas vno tantùm Indiuiduo perfici & absolui possit. Quamuis enim sit tantum vnus mundus, vnus tantum Sol, vna Luna, erunt tamen naturæ communes, quia illorum essentijs non repugnat in multis dici, de qua re inferius latiùs disputabimus. ♀ Quem admodũ ergo ad Generis potestatẽ necessario plures Species requirũtur, licet illius natura in vna tantum esse possit: ita Speciei potestas multa Indiuidua exigit, quamuis illius essentia in vno tantum Indiuiduo conseruetur.] Et vt Genus multas differentias à forma emanantes, ita Species differẽtias à materia profluẽtes necessario habet. Quod tamen de omni Specie intelligi nolo. Sũt enim Species, q̃rum Indiuidua materiã non habẽt, cuiusmodi sunt Michaël, Gabriel, &c. de quib⁹ posteaPaulo fusiꝰ loquemur. Nec aduersꝰ nos quicq; faciet, q̃ de Albertoꝰ refert Augustinꝰ Niphꝰ ‡ eũ. s. rectè admonuisse, nõ idẽ de Genere ac de Specie dicendũ esse. Nã Species esse potest, quę in vno tantũ Indiuiduo dicitur, q̃ tũ euenire solet, cũ illud Indiuiduũ ex tota materia cõstat, vt de mũdo dicit Aristoteles: cuiꝰ nullũ aliud Indiuiduũ est, excepto hoc mũdo, q̃ eo veriꝰ esse videtur, q̃niã definitio speciei nõ est, vt

♀ Antonius Andreas capite de specie.

Omnis species non habet materiam. Obiectio. Albertus. ‡ Niphus lib. iij. top. lo. xxviij.

de

23229

de multis efferatur, ſed vt Generi ſubijciatur, & de ea Genus vna ratione affirmetur. Generis verò Definitio eſt, vt multis aptetur:] Hæc (inquam) verba Niphi meam non diluunt opinionem: cùm Albertus & Niphus non de Specie vniuerſali, ſed de Topica loquantur. Preſertim cum Species Topica ſit quæ Generi ſubijcitur, ſiue illud vel in numero tantùm differentibus vel in multis formis dicatur. Ideo etiam voluit Rodolphus Agricola Speciem eſſe Genus reſpectu Indiuiduorum, vt autem Generi ſubeſt Speciei appellationem ſortiri, quo modo & Indiuidua Species eſſe admittit, cum hæc Generi ſubijciãtur. Quare Species, cui enuntiandi facultas ineſt, diuerſa Indiuidua vel actu vel aptitudine neceſſario habebit.

Solutio.

Quid ſit Species topica.

Rodol. Agri. lib. i. de inuẽ. cap. vi.

Speciem quãdoq; generis appellationem habere.

Opponens.

Ariſtoteles probat aërem non eſſe Genus venti, quia corrupto vento, aër potuiſſet permanere: ergo ſi concedatur naturã Generis in vna tantùm Specie permanere poſſe, Ariſtotelis autoritas erit minuenda.

Obiectio. *Ariſt. lib. iiij. top. cap. v.*

Reſpondens.

¶ Probat Ariſtoteles aërem non eſſe Genus venti, quia ſublato vento, remanet aëris & tota Subſtantia, & integra latitudo ac potẽtia. Sed corrupto homine non permanet tota animalis eſſentia & poteſtas. Ratio igitur Ariſtotelis eſt ſatis firma.]

Solutio. ¶ *Niphus lib. iiij. topic. loco lxvi.*

Opponens.

Si penitus è rerum natura tolleretur bellua, nec quicquam eſſet de quo animal potuiſſet enuntiari præter hominem: quid tandem animal foret, Genus, Species, Differentia, Proprium aut Accidens? eſſet enim vt vnicuiq; patet, res apta nata in multis dici, ſecundum nomen eandemq; nominis rationem, nam de homine & omnibus eius Indiuiduis efferri potuiſſet. Sed animal eo reſpectu neq; eſſet Species, quia vna Species alteri non attribuitur: neque Differentia, quia animal Differentiam diuidentẽ haberet, nempe Rationis particeps, neq; Proprium aut Accidẽs eſſet cõſtituendũ, quoniã in naturæ quęſtione de homine efferetur: ſub Genere igitur neceſſario erit reponendũ. Quare cõcludo, Generis poteſtatem in vna tantùm forma poſſe conſeruari.

Obiectio.

Reſpondens.

De hoc argumento tres video ſententias ferri, quarum nullam probo: vnam, animal non eſſe Genus tãtum reſpectu hominis, verum etiã bruti. nam licet mente comprehendamus & fingamus ſolum hominẽ inter alia animalia in rerum natura permanere, tamen animal aptam habet naturam, vt de bruto dicatur. Rectè quidem ſi argumenti energiam diluiſſet, conijcio enim mente animal huiuſmodi eſſe naturã, vt neq; actu neq; aptitudine de bruto affirmari poſſit: alioqui nihil ponderis argumẽto ineſſet, neq; hoc ego ſolus reſpõdẽdi Genus coarguo, ſed in in eo quoq; totꝰ eſt Arboreus, vt eos ineptos eſſe iudicet, qui eo modo hũc ſcrupulũ remouendũ putãt: alterã, hãc concluſionẽ prorſus eſſe reijciẽdã, q̃niã id mẽte cõcipimꝰ, q̃ fieri nulla ratiõe poteſt. Nã cũ

Solutio 1.

Solutionis 1 improbatio.

Arborem.

Solutio. 2.

ita sit natura cõparatum, vnumquodq; Genꝰ tam latè patere, vt in diuersis formis insit, eius vim & facultatem in tam strictum ambitum redigere, nunquam nisi inuita, quod dici solet, Minerua, hoc est aduersante & repugnante natura, aliquando possumus. Sed hanc opinionẽ minuendam esse æquè Aristotelis ac Porphyrij testimonijs satis dilucidè monemur. Si quidem illi tantùm ea fingũt animo & cogitatione, quæ fieri nullo modo possunt. Asserit enim Aristoteles,† sublatis primis naturis & essentijs, nihil loci cæteris relinqui.] Quis autem Aristotelem eò inconstantiæ peruenire arbitretur, vt omnes substantias primas è rerum natura auferri posse iudicaret, cum mundum æternũ esse & ortum rerum singularum sempiternum esse crederet. Scribit etiam Porphyrius, animal quod est corpꝰ animatum sentiens, mente & cogitatione permanere, vt omnia, hoc est, homo & bellua, tollantur. Certum tamen est, Porphyrium non opinatum fuisse, omnem hominem, & vnamquamq; belluam ad interitum re ipsa potuisse perduci, cum naturas vniuersas perpetuas esse, & non nisi ratione rerum singularum interire minimè eum præteriret. Sed alia forsan ratione Porphyrij verba accipi possunt, quemadmodum alio in loco demonstrabimus. Si itaq; Aristoteles & Porphyrius fingant ea, quæ omnino fieri nequeunt, cur etiam nos eandem fingendi licentiam nõ obtineremus, neutiquam perspicio. Tertiam opinionem esse video, ‡ animal non esse Genus, cum tãtùm naturam humanam respicit, neque inter attributa annumerandum, cum eo respectu hæc enuntiatio, homo est animal, non esset vniuersa, sed potiùs eiusdem de seipso, quia animal cum homine conuersim diceretur. Hanc solutionem verisimilem esse, atq; quodammodo argumenti vires repellere nemo certe denegabit. Sed tamen cum ei tantam fidem nõ tribuamus, vt illam ex tripode dictam esse iudicemus, dabimus operam, eandem, quantum vires patiantur, refellere. Est igitur accuratè considerandum, ab omnibus fermè interpretibus esse datum, Genus, Differentiam & Speciem, non re sed Ratione tantùm inter se discrepare. Quæro autem quid sit Ratione differre: certe nihil aliud, nisi intellectu ab alio diuisum & separatum esse: quo perspecto, hunc in modum concludo: Sublato bruto tam potentia quàm actu, Socrates intellectu hominem ab animali, & rationis particeps ab homine separare potest: ratione igitur inter se discrepant, proinde non est eiusdem de seipso enuntiatio, cum hominem animal esse affirmo. Absonum enim esse videtur, idcirco animal ab homine nec re nec ratione differre, quoniam bellua animalis naturã obtinere nequit, cum animal rationis expers non sit in causa, vel cur ab homine animal discrepat, vel cum homine omni ex parte, hoc est, re & ratione consentiat. Quod nisi ita esset, quo modo assensu fere omnium Paulus Venetus dicere potuisset, animal ea ratione non diuidi, sed cum vna differentia Speciem constituere, licet interim huic argumento molliter & frigidè respondeat. Nunc restat, vt reiectis horum sententijs, nostram de hoc argumento qualemcumq; opinionem afferamus. Illud igitur hoc in loco est obseruandum, Genus rei vniuersę rationem assumere, interdum Ratione formarum, interdum Ratione rerum singularum. Nam vt animal est Genus cum ad hominem & belluam

Solutionis 2 improbatio.

† *Aristot. in categ. cap. de substantia.*

Porphyrius in cõmunitatibus & differetijs generis & differ.

Solutio 3.. ‡ *Petri Hisp. commẽtator. Martinus Pollichius capit. de specie.*

Solutionis 3 refutatio.

Quid sit ratione differre.

Paul. Vene. cap. de specie.

Solutio 4.

23229

Iuam refertur, ſic ſi Platonem & Socratem reſpiciat, Gen⁹ appellatur, quamquam Paulus Venetus aliter exiſtimet, ita tamen ‡vt ſi ad Indiui dua reſpectum habeat, Genus Innominatum, vt aſſerunt nonnulli,] ſi verò ad Species conuertatur, Nominatum Genus appelletur. Illud hoc in loco Genus Innominatum eſſe dicimus, quod ope Indiuiduorum cum Specie aliqua coniuncta, vniuerſalis rationem habet. Nominatum, quod ex multis formis communem ſuam eſſentiam accipit. Si igitur animal de nullo niſi de homine potentiam dicendi haberet, cùm animal ea ratione eſſet notio vniuerſa, ratione Speciei & præcipuè rerum ſingularum, cur animal eo reſpectu Genus innominatum appellare non auderemus? Sed forſan hærebis ac quæres: vtrum animal illud, inter attributa & vniuerſalia annumeretur, nec ne? Damus, idque libenter, animal ea Ratione ſub primo attributo contineri. Si rurſus dixeris, ideo neceſſario requiri, vt de multis formis dicatur, cũ eo modo Genus definiat Porphyrius. Reſpondemus, Porphyrium eo loci, tantùm Nominatum Genus, idq; iure, definiẽdo explicaſſe: cum enim noſtra cognitio ex rerum effectu ſuam deducat originem, atque cum videamus ita natura cõſtitutum eſſe, vt re ipſa vnumquodque Genus diuerſas differentias diuidentes, variaſque partes habeat: & quia exploratum non habuit autor, aliquod eſſe Genus, cuius poteſtas in tam paruum & anguſtum locum cogi poſſit, vt tantum de vna Specie eiúſque Indiuiduis dicendi aptitudinem haberet (nullum enim re vera tale Genus exiſtit) ideo Porphyrius præſtantiùs eſſe duxit, rem definitione aperire, quemadmodum re ipſa eſſet, quàm eo modo quo fingi potuiſſet. Rationi enim magis conſentaneum eſt, vt Coruum nigrũ quàm candidum appellem, cum re ipſa nigrore imbuatur, at verò albus mente tantùm concipiatur: ſic cum omne Genus re vera de multis formis efferatur, intellectu autem de vna tantum Specie dicatur, præſtantius eſt, veram Generis naturam, quàm fictam definiendo explicare. Continetur igitur Genus illud Innominatum ſub primo attributo, & Porphyrianam definitionem non recipit, niſi eam hunc in modum velimus interpretari: Genus eſt quod re ipſa de multis Specie differentibus, in quæſtione qua quid quicque ſit quæritur, dici poteſt. Quãuis igitur animal intelligendi opera tantum vni Speciei accommodetur, re vera tamen in diuerſis formis cernitur, quod ſatis ad naturam Generis induendam arbitramur. Ex quibus intelligi par eſt, idem & Genus Nominatum & Innominatũ appellari. Nominatum erit, vt re vera in multis formis reperitur: Innominatum, vt de vna tantùm Specie dici poſſe intelligitur. Sed de Genere ſatis ſuperq; dictum puto.

Paul. Vene.

‡ *Louanienſ.*

Genus innominatum.

Genus nominatum.

Hæc Generis diſtinctio non eſt tam vera, quàm ĩprobabilis.

Obiectio.

Solutio.

Replicatio.

Dilutio.

Genus nominatum tantũ à Porphyrio definiri.

Definitionis generis interpretatio.

Idem Genus eſſe nominatũ & innominatum diuerſa ratione.



Pecies autem in vniuſcuiuſque forma dicitur. Ex quo illud, quidē primū, Species eſt digna, quæ imperet. Vocatur etiam id Species, quod ſubeſt Generi. Hinc ſoliti ſumus dicere, hominem Speciem eſſe animalis, quod Genus eſt, & candorem coloris Speciem, & triangulum figuræ.

NOnnulli ex interpretibus in tam minimo loco Porphyrij authoritatem habent, vt Differentiam (quæ naturæ ordine Specie prior habetur, quandoquidem in formę definitione collocatur) Speciei prępo-
Porphyriū varias ob cauſas Speciei tractationem differentiæ præpoſuiſſe. nant. Nos autem Porphyrium ſequēdum, illorumq; authoritatem fraudandam ducimus: cùm illius ordo & grauiore authoritate & firmioribus rationibus corroborari poſſit. Si quis enim in rationes illas, quibus commotus Porphyrius prius Speciei quàm Differentię tractationem ſit aggreſſus, animum intenderit, protinus explicatum habebit, quinque ob cauſas illud Porphyrij animo ſediſſe. Quis enim
Colonienſes. hoc non videt, primò Genus & formam, ita ſibi inuicem reſpondere,
Prima ratio. vt tota vis alterius inſit in altero, nec poſſit alterum ſine alterius ope definiri? Deinde pari vtrumque dicendi ratione conuenire: vt enim
Secunda. Gen⁹ ſimiliter & Forma in Naturæ quæſtione dicitur, Differentia verò in ea, qua rei qualitas inueſtigatur. Poſt verò Formam eſſe aliquid
Tertia. totum in ſe & natura ſua completum & integrum, Differentiam verò
† *Ariſtot in proœmio phyſico.* partem eſſe: † eſt autem totum parte notius.] Denique cum Subſtantia, Qualitate, & vna quauis Natura fortuita prior habeatur, congruens eſt, vt Subſtantię modus, cuiuſmodi eſt Species, aduentitio & for-
Quarta. tuito modo, qualis eſt Differentia, quæ cum ſua natura Qualitatem
§ *Auicenna.* quandam ſignificat, præponatur. Poſtremò § quia Genus naturam ſuam Speciei, non autem Differentiæ impartitur: eam enim ob cauſam Differentia ſimplex appellatur.] Sed cum in ordinis ratione explicāda, non multum operæ conſumere ſtatuimus, proximum eſſe arbitramur, vt ad illarum rerum explicationem aggrediamur, quæ maius emolumenti ſtudioſe legentibus afferre poſſint. Atq; illa omnia tam dilucidè & abſolutè ab ipſo Porphyrio literis ſunt mandata, vt maiore explicatione vix, aut ne vix quidem indigere videantur. Quemadmodum enim in Generis, ſic in Speciei tractatione facit. Primum enim
‡ *Boëtius.* ambiguas Speciei ſignificationes, nō ‡ omnes, ſed pręcipuas adfert, ne lectoris animum prolixitate confunderet,] deinde ſalebras exquirit, in quibus aliquid obſcuri latuiſſe videbatur, quibus explicatis, formæ vis & facultas facilius & melius poſſit intelligi. Sed ipſum audiamus:
¶ *Arborem.* [Species autem] .i. hoc vocabulum Species [in vniuſcuiuſque] quod vocabulum cautiſſimè (teſte Boëtio) adiectum eſt. Hæc enim Species
Boetius. ſecundū Accidens eſt & cōmendatur: & quę vniuſcuiuſq; forma individui eſt, ea non ex Subſtantia quadam Species, ſed ex accidentibus venit. Alia eſt enim ſubſtantialis formæ Species, quę humanitas nuncupatur, eaq; nō eſt quaſi ſuppoſita animali, ſed tāquam ipſa qualitas

ſubſtantiam

23229

ſubſtantiam monſtrans. Hæc enim ab hac diuerſa eſt, quæ vniuſcuiuſq; corpori fortuito inſita eſt: & ab ea quæ Genus in partes deducit,] cuiuſmodi eſt Differentia [forma] & ♀ pulchritudine, tam animæ cuiuſmodi eſt Virtus, quàm corporis,] ex ♈ quib⁹ verbis ſatis liquet, Porphyrium non formam illam, ex qua res dependet, cuiuſmodi eſt anima, quæ rationis opibus vtitur, ſed aduentitiam intellexiſſe,] [ex quo illud] vetus prouerbium [primum quidem,] ſic in ♑ textu Græco & apud Boëtium primum legitur, non Priami, licet Auerrois Priami non primum legit,] [Species] .i. pulchritudo, forma, venuſtas, decor, hinc eos appellare ſolemus, qui vel corporis vel animi præſtantia plus cæteris emineãt, ſpecioſos, [digna eſt imperet,] ♈ Atq; hunc verſum Euripidis eſſe ſcribit Athaneus & Stobæus. In ‡ principibus enim viris, maximè Antiqui corporis formam requirebãt, eo quòd animi virtutes, quibus principes viri præcipuè excellere deberent, cum corporis dignitate conſentire exiſtimabant.] ♀ Corporis enim compoſitione veluti iudicio quodã, naturæ inſignis ad virtutem & fœlicitatis actus mõſtratur diſpoſitio. Eſt enim, vt Auerrois ait, Omnis diuerſitas, quę in corpore eſt, ſecundum membrorum compoſitionem proueniens, ex potentiarum diuerſitate, quæ ſunt in anima. ♈ Atq; Species Logica cũ hac ſignificatione ſimilitudinem habet. Vt enim illa ſui ſubiecti pulchritudinẽ cõplectitur, ſic & Species apud Philoſophos Generis cõfuſioni & imperfectioni ornatum addit, & ſiquidem infima fuerit, totam ſuorum indiuiduorum continet eſſentiam.] Ita ♑ enim rem habere, vel animalis exemplum nos docet, cuius ne tenuem quidem imaginem & intelligentiam concipere poſſumus, niſi vel ad hominem, vel ad equum vel ad aſinum (verbi gratia) quæ certè quædam eius Species ſunt, quiſpiam mentem reuocarit. Atq; ad hunc modum Rodolphus Speciem, ait ſibi dictam eſſe videri, vel vt Cicero, formam, quod confuſũ & informe genus expoliat, & ſpeciendum, ſic enim Veteres loquebantur, nobis exhibeat,] [Vocatur autem id Species] ſubiecta. Eſt enim ‡ triplex ſpecies, vel quę tantum ſubeſt, eiuſmodi eſt animal, & quoduis Genus interiectum,] licet enim animal, non tantùm corpori ſubijciatur, ſed etiam rebus ſubiectis accommodetur: animal tamen vt ſpecies eſt, ſemper generi ſubeſſe ſolet, cùm enim formas ſub ſe comprehenſas reſpicit, non ſpeciei, ſed generis nomen accipit. ♀ Altera, quæ tantùm enunciatur, non autem ſubijcitur, vt rationis particeps, cum ad ſua indiuidua quæ ſunt, hoc & illud rationis particeps cõparatur. Tertia, quæ tanquã ſpecies, & rebus ſingulis aptatur, & ſub Genere continetur, vt homo,] inter has autem ſpecies, prima ſpeciei ſignificatio hoc in loco eſt accipienda, [quod ſubeſt Generi] ♈ directè, vt reijciantur differentiæ, quæ indirectè in Categorijs reponuntur.] ♑ Speciem Generi ſubijci, nihil aliud eſt, niſi Genus de ſpecie dici in oratione quæ appoſitè reſpondetur, ad interrogationem per quid inſtitutam: ſic homo ſubijcitur animali, quia animal aptè reſpondetur, quã do quid homo ſit, quæritur.] Qua verò ratione indiuiduum Generi ſubeſſe dicatur, ſuperiori capite ſatis explicatum arbitror. ‡ Quod ſi te forſan perturbet, cur indiuiduum definitum & certum, cuiuſmodi eſt Socrates, ſpeciei conditionem non accipiat, cùm indiuiduo quod eſt

♀ *Burlæus.* ♈ *Comentator Aquinatis.* ♑ *Louanienſ. Boetius. Auerrois.* ♈ *Nicolaus Gruchius Athaneus lib. xiij. Stobæus in ſermone de pulchritudine.* ‡ *Mathiſius.* Antiquorum mos in principibus eligẽdis. ♀ *Lonanien.* ♈ *Paul Vene. Hunæus.* Speciem eſſe Generi ornamento. ♑ *Mathiſius.* *Rod. Agric. lib. 1. cap. vi.* ‡ *Louanienſ. Hunæus.* Triplex eſt Species. ♀ *Louanien. Hunæus.* ♈ *Iauellus.* ♑ *Hunæus.* Quid ſit ſpeciem generi ſubijci. Obiectio. ‡ *Iauell cap. de genere.*

Vagum

Solutio. Vagum & incertum appellant, ſubijciatur? Reſpondebis Speciem in Genere tanquam ſuperiùs in inferiori poni, in eóque rationem non valere, cùm Indiuiduum illud Certum, Vago Indiuiduo non tãquam inferiori, ſed veluti incertæ naturæ ſingulari ſubeſſe concedatur. [Hic ſoliti ſumus dicere, hominem Speciẽ [eſſe] ſubiectam [animalis, quod animal [Genus eſt,] hominis [& candorem coloris Speciem, & triangulum figuræ] Speciem. ¶ Porphyrius non ſolius Subſtantiæ dedit exemplum, ſed etiam Accidentis, quòd dixit [& candorẽ coloris Speciem], vt nobis apertè monſtraret Genera & Species in omnium Categoriarum rationibus inueniri:] ¶ potiùſque Quantitatẽ & Qualitatem, quàm reliquas Categorias aduentitias in exemplum dedit: quia Quantitas & Qualitas abſolutã habent in ſe naturam, maximeq; ad ſimilitudinem Subſtantię accedunt, quæ inter omnia ea, quæ in rerũ natura conſtant, præſtantiſſima habetur.] Si figuram Trianguli Genus conſtituamus, neceſſe habemus § ipſam figuram in tres ſignificationes diſtribuere: primũ enim id denotat, quod vno vel multis terminis clauditur: & ita eſt in Categoria Quãtitatis. Deíde ſumitur pro forma extrinſecus adueniente, quæ quadam inopia formæ ad rei Subſtantiam pertinẽtis, alteri introducitur, & ea ratione in Qualitate reponitur. Poſtremò conſideratur, quemadmodum ordo quidam partium inter ſe & locũ ſignificatur, eoq; modo ſub ſitu cõtinetur. Triangulus etiã dupliciter dicitur, vno modo pro partibus ex quib⁹ linea conficitur: & ita Quãtitatis vim & naturam induit: alterà pro ipſa germana & genuina Trianguli natura, qua ſignificatione naturã ſuam ſub quarta Qualitatis Specie repoſitam habet.]

¶ Arboreus.

¶ Colon. dubio vi ſpeciei.

Comentator Aquinatis.

§ Commenta. Aquinatis.

Figura tribus modis ſumitur

Triangulus dicitur dupliciter.

Quòd ſi Speciei fecimus mentionem, cum Generis vim definiendo explicaremus, hoc modo, quod de multis Specie autem differentibus in quæſtione, qua quæritur quid ſit, dicitur: & Generis, cum Speciem definirem⁹ his verbis: Species eſt quod ſubeſt Generi, nemo repræhendat. Illud enim intelligendum eſt, quoniam Genus alicuius, Genus eſt, & Species alicuius Species, vtendũ fuiſſe neceſſariò vtroque nomine, cum vis & natura vtriuſque definiendo aperiretur à nobis. Speciem etiam definiunt hoc modo, Species id eſt quod Generi ſubijcitur, & de qua Genus in quæſtione qua quæritur quid ſit, dicitur.

Excuſat ſeipſum, quod in definitione Generis & Formæ, ſit verborum vſus circuitu, id eſt vnius ex altero naturam indagarit. Et quid eſſet Genus, ex Forma, ſimilitérque ex Genere Formã explicaret: eſt enim illud in his quæ cum aliquo conferuntur obſeruandum, vt alterum alterius rei vim & facultatem exprimat, quod fit in his, ſiquidem, & Genus eſt alicuius formæ Genus, & Forma Generis forma. Sed hoc in loco quæri, idque iure poteſt, quid per Speciem & Genus intelligat Porphyrius: an nudas artis voces, vel res vocabulis ſubſtratas: cum Genus & Speciem ad ſe inuicem referri admittat: ſi velit quiſpiam

Relatiua quomodo definienda.

Obiectio.

23229

quíſpiam voces iſtas íntelligi, neceſſum erit definitiones illas, vocabulis tantùm, non autem rebus applicare. Atq; tum animal de formis minimè dici, hominem minimè Generi ſubeſſe, ſed hæc omnia nominibus tribuenda eſſe neceſſariò erit confitendum, quo nihil eſſet abſurdius, nihil ad deſtruendam Dialecticorum authoritatem effitacius. Quod ſi voces quis reiecerit eáſq; minimè his definitionibus voluerit explicari, omnino in hoc quoque magnus erit error. Cùm enim ea definiantur à Porphyrio quæ ſe inuicem reſpiciunt, eaq; omnia quę Generis naturam ſubeant, minimè quidem habent vim & facultatem aliquam mutuam, ac ſibi inuicem reſponde ntem: non enim (verbi cauſa) animal cum homine comparatur. conſequens eſt igitur, neque res ipſas, neque rerum vocabula in his eſſe, quæ cum aliquo conferuntur. Hinc eſt quod nonnulli nimis fracto animo & debilitato, quaſi penitus exacti negent omnino, ϒ Genus & Formam inter ſe referri, ſed potiùs abſurdum non eſſe in ipſis etiam naturis abſolutis, idem eſſe notius & ignotius ratione eiuſdem rei, ſi modò diuerſa cognitionis genera animo reuoluamus: idem enim ad noſtrum ſenſum & intelligentiam accõmodatius eſſe poteſt quod naturæ ignotius habetur, vel cõtra. Genus enim eſt nobis notius Specie, cum communiora nobis notiora eſſe dicantur. Natura verò citius Speciem quàm Genus cognitam & perſpectam habet. Non eſt igitur incõueniens, & Generis per Speciem, & Speciei per Genus naturam definiendo aperiri.] Sed hæc interpretatio in ſumma veritatis ignoratione verſatur: non enim diuerſa illa cognitionis Genera, ſed reſpectum quendam inter Genus & formam Porphyrium intelligere, interpretes vno veluti ore prædicant. Puto igitur dicendum, Genus & Speciem non nuda tantùm vocabula, ſed res etiam vocabulis illis ſubiecta ſignificare. Cùm nullum ſit Genus, ſiue in abſolutis aut in reſpicientibus Categoriis continetur, quod non ad Speciem refertur ea ratione, qua naturam Generis ſortitur: quod de animali intelligi poteſt. licet enim eſſentia animalis cum nulla alia natura conferatur, animal tamen vt Genus eſt, ad partes illi ſubiectas, neceſſario comparatur. Et vt ſubſtantia, Nicomachi qui filius eſt, in rerum natura cohærere poteſt, abſq; eſſentia ſui patris Ariſtotelis: & vt Nicomachus filij appellationem nunquam obtinet niſi ad patrem Ariſtotelem referatur: ita licet natura animalis ad hominem & Brutum non referatur, quatenus tamen eſt Genus, nunquã abſq; formis eſſe poteſt. Quoduis igitur Genus ſiue aut abſolutã aut reſpicientem naturam habeat, ea ratione qua Gen⁹ eſt, ſemper eſt aliquarum formarum Genus: formas autem intelligo, vt Generi ſubſũt, non vt rebus ſingulis attribuuntur. Nam prædicabilem Speciem inferius definiendo demonſtrabit Porphyrius, interim vt nullam de Genere mentionem faciat. Atq; Boëtium ad hãc opinionem veniſſe, ſatis euidenter oſtendit Arboreus: [Quod ſi Speciei fecimus mẽtionem, cũ Generis] Dialectici [vim definiendo explicaremus, hoc modo quod de multis Specie autem differentibus in rei natura quærenda dicitur. &] ſi [Generis] mentionem fecimus [cùm Speciem] ſubiectam [definieremus his verbis: Species eſt quod ſubeſt Generi, nemo reprehendat]. i. nemo in his definitionibus aliquid eſſe mendoſum arbitretur, quòd

ϒ Commẽtator Aquinatis.

Solutio 2.

Quomodo intelligẽdũ ſit vnumquodq; Genus ad Speciem referri.

Quæ Species debet per Genus definiri.

Boëtius. Arboreus.

quod in eiſdem circulis adhibetur. ¶ Circulus verò in definitionibus eſſe ſolet, quando illud per quod alterum definitum eſt, viciſſim definitur per ipſum: vt ſi quis dicat, ea nomina in es breue deſinere, quæ mittunt genitiuum in itis: & rurſum, genitiuum mittere in itis, quæ ſunt in es breue.] Hanc autem obiectionem ſubſequẽtibus verbis diluit. [Illud enim intelligendum eſt, quoniam Genus alicuius] Speciei ſubiectę [Genꝰ eſt, & Species] ſubiecta [alicuius] generis [Speciꝭ:] ac ſi diceret, quia Genus & Species ſubiecta inter ſe referuntur, [vtẽdum fuiſſe neceſſario vtroq; nomine] Generis & Speciei ſubiectæ, vt autor eſt Ariſtoteles, [cum vis & natura vtriusq;] hoc eſt, Generis & Formæ, [definiẽdo aperiretur à nobis:] ¥ in definitionibꝰ enim Relatiuorum naturam eorum inter ſe relationem explicantibus, nõ eſt prohibitus circulus. Sed in hac re fallit nos rerum abſolutarum conſideratio, quarum natura per definitionem explanari non poteſt, niſi ipſa definitio ſit natura definito notior, id quod in his quæ cum aliquo cõferũtur locũ nõ habet.] [Speciem etiã definiunt] Veteres [hoc modo: Species, id eſt q̃ Generi ſubiicitur, & de qua Genus in quæſtione qua quid quicq; ſit quæritur, dicitur.] ǂ In qua definitione duo ſunt obſeruanda, ordo & enuntiatio. Ordo quidem quando ſub ſuo Genere ponitur: enunciatio verò, qua quid dicitur. Prima autem pars eſt cauſa ſecundæ: ideò enim de Specie Genus dicitur, quia Species Generi directè ſubiicitur.] ‡ Neq; nos oportet admirari, quod in hac ſecũda ſpeciei definitione, prima continetur, eo modo quo partem in toto ineſſe dicimus, quoniam ex variis Peripateticorum fragmentis, Porphyrius huiuſmodi definitiones parùm dilucidè explicatas, vno veluti vinculo colligauit.] Eſt enim ipſe de ſe teſtis locupletiſſimus, cũ dicat, [Speciem definiunt] veteres illi, à quibus hanc ſpeciei definitionem accepit.

¶ *Louanien.* Quid ſit circulus in definitione.

Ariſt. lib. vi top. cap. iij.

¥ *Louanien.*

ǂ *Willichius. Caſparus Rodolphus.* Duo in Speciei definitione obſeruanda.

Obiectio.

‡ *Caietanus.* Solutio.

Porphyrium veteres ſequi philoſophos.

Rurſus etiam hoc modo. Species eſt quod de multis numero differẽtibus dicitur, in quæſtione qua rei natura exquiritur. Quãquam Speciei vltimæ, quæque tantummodo Species eſt, non etiam Genus, hæc propria Definitio eſt: aliæ ad eas etiam omnes pertinent, quæ non ſunt vltimæ.

INter omnes definitiones Speciei à veteribus philoſophis ſumptas, atq; à Porphyrio in ordinem redactas, nulla definitio melius, nulla ad ipſam formæ vim explicandam propiùs accedit, quã quæ eſt in hoc loco poſita. Quod cum ita ſit, in illius explanatione paulò ardentius verſari, atq; longiorem orationis curſum ponere, non abs re fore arbitramur. Ne autẽ noſtra diſputatio aliqua ſit obſcuritate inuoluta, eam in duas partes diſtribuendã eſſe ducimus. Primùm enim exponemus, qua ratione Species de multis, quæ numero differunt, dicatur. Deinde quo pacto in natura rei, de rebus ſingulis efferri intelligatur. Atque vt hæc omnia altè & veluti à capite repetamus, illud in primis ſumamus oportet, ¶ vnumquodq; tribus modis differre ac diſcrepare: vel Genere, vel Specie, vel Numero. Genere differunt, quę ſunt vel diuerſa genera, vel ſub diuerſis generibus reponuntur.] Diuerſa autem illa Genera

¶ *Petrus Hiſpanus cap de genere.* Aliquid tripliciter differt.

Differre generis quid

23229

nera conſtituo, quorum vnum ab altero non continetur, vt Subſtantia & Quantitas, Habitus & Naturalis potentia. Specie verò ea ante differre poſuimus, quæ ſunt vel diuerſæ Species vel diuerſarum Formarum Indiuidua. ♈ Quamuis enim homo & equus Specie quodammodo coueniant, quòd vterque Speciei naturam accipiat: nihilominus tamen Specie differre dicuntur, quòd inter ſe ſint diuerſæ & ſeparatæ Formæ. Illa enim propriè & principaliter Specie conueniunt, quæ tanquam indiuidua ſub vna eademq; Specie collocantur. Qua de cauſa homo & equus (vt in eodem exemplo permaneamus) in eandem Speciem non coguntur, licet horum vterq; candore circũſcribatur, cùm non in candorem tanquam res ſingulas in Specie, ſed tanquam ſubiecta in natura fortuita & aduentitia congruere dicantur. ♈ Aliqua verò numero bifariam differre dicuntur, Communiter, & Propriè. Ea communiter numero differunt, quorum vnum non eſt alterum, ſiue eiuſdem fuerint Speciei ſiue non:] ♉ vel quæcunq; diuerſum numerum conſtituunt.] ♯ Propriè verò numero differre dicuntur diuerſa Indiuidua, quæ ſub eadem Specie continentur,] ♌ & eandem naturam participant:] vt Iohannes & Petrus, ♈ qui proprietatibus Materiæ à ſe inuicem ſecernuntur ac diſcrepant. Nam Socrates habet has & illas carnes atq; Plato penit⁹ ab eiſdem diuerſas.] Quod ſi vrgeas: qui numerus ſit intelligendus cum Species in multis, quæ numero differunt, cerni dicatur? Reſponderi poteſt, ♉ numerum ſumi pro re numerata, id eſt quæ cum alio numerum conſtituit. Omnia enim quæ numero differre dicuntur, aliqua re numerata differunt. verbi gratia: Iohannes differt à Petro re numerata, quæ eſt ſua anima. Ipſa autem anima Iohannis ab alia anima differt ſe ipſa, vel per ſuam differentiam ſingularem, quæcunq; ſit illa.] ♯ Differre igitur numero hoc loco dicuntur, non ea quæ diuerſum conſtituunt numerum, vt binarius, ternarius, ſed quæ per ſe exiſtunt & diuerſa ſunt, vt Indiuidua Speciei ſubiecta. Quibus verbis facilè Ammonij obiectionem diluere poſſum⁹: homo dicitur de Cicerone & Marcello: Cicero vnus eſt, Marcellus vnus eſt: ſed vnum non differt ab vno numero, nam vnitas non eſt numerus, ergò Cicero & Marcellus non differunt numero.] Sed de hac parte ſatis multa, alteram videamus. Illud in primis adnotandum videtur, vocabulum [quid] naturam & eſſentiam alicuius rei ſignificare, ♌ hinc quidditas, ſi hoc verbo nobis per grãmaticos vti liceat, pro definitione alicuius rei accipi ſolet.] Quęcunq; ergò in natura rei dicuntur, in quid efferuntur. Cũ ergò Definitio, Gen⁹, Species, Differentia, ſunt ex eſſentia rei, ſeu definitio potiùs tota rei definitę natura, nihil abſurdi euenire puto, ſi hęc omnia in quid dici affirmem⁹, diuerſa tamẽ ratione: definitio enim tãq; oratio perfectè in quid dicitur, Genus tãquam ſimplex in quid Materiale, Differentia in quid Formam ſignificãs, enũtiatur. Cũ enim dicimus differentiã in quid efferri, tum exploratum habemus eam eſſe ex eſſentia ſui inferioris: cùm vero additur [in quale,] Formam intelligimus: Genus enim Materiæ, differentia vero Formæ ſimilitudinẽ & proportionẽ habet. ♈ Ait enim Ariſtoteles, illa omnia in quid dici, quę locũ habent in definitione: cũ itaq; differẽtia in definitione locũ habeat, in quid effertur, quod

Specie differre

♌ *Petri Hiſp. cõmenta. cap. de genere.*

Quæ propriè dicũtur ſpecie conuenire.

♈ *Louanienſ.* Numero bifariã res differre.

♉ *Margarita Philoſophica.*

♯ *Louanien.*

♌ *Hunæus.*

♈ *Caietanus.*

Obiectio.

Qui numerus intelligẽd⁹ ſit in ſpeciei definitione.

♉ *Louanienſ.*

♯ *Raianus in explic. Cæſarij tract. 1. cap. ij. Ammonius.*

Obiectio.

♌ *Rod. Agri. lib. ij. cap. xij.*

Differentiam in quid dici.

♈ *Raianus in prædi. Cæſarij in cõmu. & differ. quinq; vocum.*

Differẽtia cur in quale dicitur.

verum eſt, in quid enim dicitur, quia rei eſſentiam indicat: in quale autem effertur, quia per eam rectè ad quæſtionem factam per quale reſpondemus.] At verò ⁋ Species in quid compoſitum, ſeu ex Genere & Differentia conſtitutum dici ſolet.] Quod de Specie ſubiecta intelligi debet. Forma enim quæ omnino non ſubeſt Generi, ex Genere & Differentia non perficitur: vel dici poteſt ‡ idcirco Genus in quid dici, qui conceptum confuſum, qui tamen à confuſione deduci poteſt, ſignificat. Differentia verò conceptum qui confuſum certum, indeterminatum, definitum reddere ſolet, indicat: ideoq; in rei Qualitate dicitur, Species verò cõceptum diſtinctum ac determinatum prę ſe fert: atq; hanc ob cauſam, in naturæ quæſtione affirmatur. Definitio autem in quæſtione qua qualitas rei inueſtigatur, non omnino debet dici, propterea quòd enuntiandi rationem à ſuis partibus non accipiat, ſed ideo in quid dicitur, quod integram Speciei naturam explicet.] Quãuis autem Genus & Species in quid dicantur, hoc tamen differunt, quod Genus incompletè, Species verò perfectè in quæſtione naturæ dicatur. Sola ergò definitio non explicat quid ſit res, quamuis tuto ſatis dari poſſit, vniuſcuiuſq; naturam ratione definitionis perfectè explicari. Vult enim Ariſtoteles definitionem eſſe orationem, rei naturam perfectè explicantem: non tantùm voluit id eſſe Definitionem quæ explicat perfectè naturam rei, ſed addit orationem, vt illas res ſimplices ſecluderemus, quæ naturam rei perfectè demonſtrare videntur. Quod ſi omne illud, quod naturam rei completè explicaret, Definitio haberetur, minimè opus haberemus addere, Definitionem eſſe orationem, niſi aliquid redundans in Definitione poſitum eſſe arbitremur: neque velim ſibi quiſque perſuadeat hæc eſſe ex noſtro ingenio deprompta, atque non optimorum interpretum autoritate munita, & teſtimonijs armata. Hæc enim innumeris grauiſſimorum autorum teſtimonijs intelligi poſſunt, ego tamen breuitatis gratia tribus ero contentus: Primum igitur Hoſpinianum audiamus, cui placet, Speciem eſſe nomen commune, quod de Indiuiduis dicitur, in quæſtione qua quæri ſolet, quid ſit res, vt homo. Nam de Antonio, de Cicerone, deque alijs ſingulis hominibus dicitur, vt naturam eorum completam explicet.] Eiuſdem autem Generis etiam illud eſt, quod ſcriptum reliquit Daniel Barbarus: ¥ Cum quid ſit res quæritur, nihil aliud quæritur, niſi rei ſubiectæ natura, ex ea parte quatenus ſubſiſtit. Sed quoniam vel natura vniuerſa quæritur, vel pars eius: ideò priori modo Species, poſteriori modo Genus efficitur: nam nihil eſt in natura & eſſentia Indiuidui, quod non ſit in natura & eſſentia Speciei. Quare Species vniuerſam rei ſubiectæ naturam declarat, Genus verò partem: quoniam præter Genus aliæ ſunt partes, quæ ſubiectam rem conſtituunt.] Apertius etiam in hanc ſententiam alio loco ſcribit: Cum ⁋ Genus in quid dicatur perinde ac Species, eſtne diſcrimen aliquod inter vtramque dicendi rationem? Reſpondeo: quod Genus in quocumque eſt per participationem, in eo eſt Quid: eſt enim primum ſubiectum, quod differentijs Speciem efficientibus determinatur, & vniuerſam innuit eſſentiam

⁋ *Verſor in prædica. Porphyrij.*

‡ *Paul. Ven. cap. de differ.*

Definitio in quale non dicitur.

Genus & Species ratione prædicandi differunt.

Sola definitio nõ explicat rei naturam.

Ariſtot. lib. 2. top. cap. iiij.

¶ *Hoſpinianus* Species rei naturam perfectè explicat.

¥ *Daniel Barbarus cõmẽt. noua.*

Genus nõ explicat totam naturã ſpeciei

⁋ *Daniel Bar.* Obiectio.

Solutio.

23229

essentiam Speciei, imperfectam tamen & inchoatam. Sed Speciei vis, ratio, & natura, perfectè in suis ineſt singularibus, quòd in definiendis rebus in promptu est. Nam Genus pars est Speciei: quandoquidem præter Genus, quod in ratione definitioneque Speciei continetur, adsit quoque differentia oportet, quæ rationem & naturam efficit Speciei. Sed Indiuiduum nihil amplius continet, vltra Speciem, quod ad eius naturam pertineat, quia Species est vniuersa Indiuidui definitio,] sed cum dicimus Speciem totam Indiuiduorum naturam opprimere, illud ita non est accipiendum, quasi Indiuiduum nullam aliam haberet naturam, præter illam quam in sua Specie acciperet, hoc enim cum veritate pugnat. ‡ Species enim & Indiuiduum Categoriæ Substantia dupliciter sumuntur, vel Physica vel Dialectica ratione: verbi gratia, homo potest in alicuius cogitationem cadere, vel vt ex Materia & Forma ac primis qualitatibus efficitur, eoq; modo homo præter naturam animalis, quasdam habet extrinsecus aduenientes & aliunde petitas dispositiones, vel vt sola Dialectica illius natura animo comprehenditur: qua etiam ratione, Differentiæ causa, cuiusmodi est rationis particeps, animal quod illius Genus est, separare solet, cùm plus quam animal in sua natura complectatur. Similiter binos potest Socrates respectus obtinere: Physicum, quo modo ex singulari Materia & Forma componitur, vna cum proprietatibus aduentitijs: & ita proprietatibus illis hominem superat, quæ re ipsa, tam à Socrate quam ab homine differunt: vel Dialecticum, hoc est vt tantùm ex Specie & natura singulari constituitur, atque illa natura singulari Speciem superat: ita tamen, vt illa natura, non re vera sed ratione solùm vel à Socrate, vel ab homine seiungatur. Quemadmodum ergò, quæuis Species, cuiuscunque fuerit Categoriæ, ratione alicuius Differentiæ Genus vincit, ita quoduis Indiuiduum ratione naturæ singularis, quæ efficit, vt Indiuiduum in nullo nisi in se ipso dicatur, Speciem superare admittitur.] Ex quo planum fit, Speciem ? confusam Indiuidui naturam explicatam reddere, ea ratione, qua alijs eiusdem Speciei rebus singulis conuenit, non autem eo modo, quo ab alijs singularibus sub eadem Specie comprehensis seiungitur ac separatur.] Quod si dixeris nos in nostro decreto fluctuare, cùm superius affirmaremus, Speciem completam & tam rerum singularum naturam indicare: hoc autem in loco, perinde ac si à sententia desisteremus, Speciem confusam Indiuiduorum naturam tantum commonstrare? Respondemus formas certam Indiuiduorum naturam Dialecticam, non autem Physicam exprimere: at verò Genus ideò confusa quadam conditione inuolutum esse dicitur, quod integram Dialecticam Formarum naturam, nõ nisi ratione Differentiæ aperiat & demonstret. His igitur proba & alta quadam consideratione intellectis, ad ipsius Porphyrij verba gradum faciamus. [Rursꝰ etiam hoc modo] definiunt veteres Speciem; [Species est] attributũ [quod de multis numero] solũ differentibꝰ] & actu & potentia solum [dicitur,] ϒ quod vocabulum, nõ tam actum & potentiam, quàm aptitudinem significat. Aptitudo autem & potentia, inter se differre dicuntur, quod hęc materiam, illa verò formam respicere

‡ *Paul. Ven.* Species Categoriæ substãtiæ dupliciter sumitur.

Indiuiduum Substãtię bifariam considerari.

Species superat genus, Indiuiduum species.

? *Petrus de Bruxellis.*

Obiectio.

Solutio.

Genus quo pacto dicendum est cõfusum.

ϒ *Comment. Petri Hispa.* Aptitudo & potentia quibus modis differunt.

ſoleat. Præterea potentia, quæ in actum non aliquando venit, tota eſt inanis, friuola, & vana: non autem neceſſitate vlla cogitur aptitudo, vt ad actum perducatur. Qui enim oculis eſt captus, videndi aptitudine non priuatur, quamuis actu & re ipſa, oculorum officio nũquam fũgatur.] [In quæſtione qua quæritur quid ſit,] qua clauſula à Differẽtia, Naturali propenſione & Accidente ſeparatur forma, quia hęc in quale, non in quid efferuntur. Huic definitioni, lectorem admonitum velim, particulam (ſolum) bis fuiſſe adiectam, quod neceſſarium eſſe duxi, quia ſi hoc eſſet in definitione prætermiſſum, non eſſet vndique apta, atq; perfecta, expletáq; omnibus ſuis numeris. Alterutro ϛ enim omiſſo, accidet definitionem alteri à definito conuenire: vt animali & alicui generi. Verum enim eſt, animal de pluribus ſolo differentibus numero, in quid dici, vt de Vergilio & Horatio: verum etiam eſt, animal tantùm differentibus numero, in eo quod quid eſt applicari, quia omnia, in quibus cernitur animal, numero differũt, ſaltim generatim.] ‡ Quæcunq; enim ſpecie differunt, (numero ſeu) ſingulatim differũt.] Sed ♀ falſum eſt, animal tantùm his quæ ſolo numero differunt, accõmodari.] [Quanquam ſpeciei vltimæ, quæ tantummodo ſpecies eſt, non etiam Genus, hæc propria definitio eſt,] quia ei tantum conuenit, [aliæ] duæ ſuperiores ſpeciei, quæ generi ſubeſt, definitiones [ad eas omnes] ſubiectas ſpecies [pertinent, quæ non ſunt vltimæ:] & infimæ etiam ſpeciei cõpetunt, ſed non vt propriæ, quia ei tantùm nõ cõueniunt. Species enim interiectæ, æque atq; infimæ Species Generi ſubijciuntur: neq; etiam neceſſe eſt, vnamquamq; Speciem infimam Generi ſubeſſe, quod de vnione & puncto facile perſpici licet. Illud autem ſilentio latere non debet, ϒ Speciem duobus modis intelligi: vno modo, quemadmodum reſpicit Genus, quod item dupliciter contingere ſolet, vel vt à genere conſtituatur, & ita generi ſubeſt, vel vt ordinem quendam naturalem inter ſeipſam & genus, quod actu in ſua natura comprehenſum habet, reſpicere ſolet, eoq; modo de forma genus dicitur: altero vt ad res ſingulas refertur, de quibus affirmatur, qua ſignificatione inter attributa collocatur.] ϛ Species enim vt generi ſubeſt, nullo modo ſub vniuerſa notione cõprehenditur, cùm ab eius ratione prorſus alienum ſit generi ſubeſſe, vtpote quæ ſuperiora reſpiciat, & non inferiora.] ‡ Vnde colligitur, tres illas definitiones à Porphyrio traditas, inter ſe diſcrepare. Prima enim formæ accommodatur, vt à genere conficitur. Secunda, vt eſt quidam ordo naturalis inter genus & formam conſtitutus. Tertia verò, Speciei attribuitur, vt ad ſua individua comparatur.] Sed hoc in loco quidam ex interpretibus ita firmiter & enixè ſuis confidunt ſententijs, ſibiq; quodammodo blandiuntur, vt aut ipſius Porphyrij autoritatem, qui ab illis totus eſt diuerſus, frangant & repudient, vel eum contortis & adulterinis quibuſdã interpretationibus in abſurdam ſentẽtiam, etiam velit, nolit, falſò deducant. Cùm enim dicat Porphyrius, vltimam illam Formæ definitionem infimæ tantùm ſpeciei conuenire, Bricot non acutiſſimus certè huius loci (quod pace eius dixerim) interpres, aſſerit Porphyrium noluiſſe illam definitionem, infimæ ſolùm formæ accommodari: ſed in illam Speciẽ quadrare, quæ tantùm eſt Species non etiam Genus. Ad hanc

Cur particula ſolum bis ſit adiecta formæ definitioni.

ϛ *Louanienſ.*

‡ *Rod. Agri. lib. 1. de inuẽ. cap. xxvij.*

Alexãd. Aphrodiſeus li. 1. topicorum.

♀ *Louanienſ.*

Vna quæque ſpecies infima Generi non ſubeſt.

ϒ *Iohannes de lapide.*

Species duob' modis conſideratur.

ϛ *Louanienſ.*

Species ſubiecta nõ eſt notio vniuerſalis.

‡ *Iohannes lapide.*

Bricot.

23229

hanc etiam ſententiam reuoluitur Paulus Venetus: & ? licet poſtrema Definitio præcipuè in infimam Speciem cadat, nihilominus tamen a lijs formis quadam ex parte conuenire putat: eſt enim falſum omnino Speciem tantùm de numero differentibus enuntiari, cùm formis interiectis hoc minimè competat. Attamen rationi conſentaneum eſt, Speciem ea ratione, qua eſt Species, ſiue ſit vel intermedia, de numero tantùm differentibus dici.] ? Paul. Ven.

[? Animal enim, & Generis & Formæ cõditionem ſubit, aliam tamen ſuſcipit rationem, ea ex parte qua Genus eſt, & ea ratione qua Forma dicitur: ſiquidem vt Formę nomen habet, de numero ſolum differentibus dicitur: vt autem eſt Genus, diuerſis Formis attribuitur. Non eſt igitur verum quod vulgo dici ſolet: Porphyrium vltimam definitionem, infimæ tantùm Formæ accommodaſſe. Sed quemadmodũ definitio Generis à Porphyrio data, æquè in ſummum ac interiectum Genus valet, ita Speciem definitione explicat, ea ratione qua Formam tam infimam, quàm intermediam ſub ſuo ambitu complectitur.] Eà quæ Bricot adfert, vt falſiſſima & à vero remotiſſima, tacitus prætereo: ac contra Paulum Venetum aliquamdiu mecomparabo, eo præcipuè nomine, quòd illius oratio, licet prorſus ſit falſa, argumentis tamen & certis quibuſdam rationibus confirmetur. Vult itaq; Paulus, animal cum ad Indiuidua refertur, Speciei modum induere, acutè quidem. ſed quæ tandem erit Species? Num infima? atq; hoc omnino dari non poteſt. Cum Porphyrius infimam Speciem, nunquam Generis rationem ſuſcipere, verbis innuat apertiſſimis. Quemadmodum enim primum Genus nulla ratione Formæ naturam ſubire poteſt, ita nec infima Species vllatenus Generis conditionem capit. Cum ergo Genera interiecta interdum Genera, nonnunquam etiam Formæ dicantur, idcirco cùm ad res ſingulas comparãtur, infimę Species eſſe nulla ratione valent. Quod ſi velit Paulus Venetus, animal, cùm Indiuidua reſpicit, Speciem eſſe ſubiectam, ipſa verbi vis ac etymologia eundem iugulabit. Subiecta enim Species dicitur, non quod in rebus dicatur, ſed quòd Generi ſuperiori ſubijciatur: ideóque Porphyrius paulò inferius commemorabit, Genera intermedia duas habere comparationes ſeu affectiones: vnam, qua ſuperiora: alteram, qua inferiora reſpiciunt, ita tamen, vt comparatione ſuperiorum Species, comparatione inferiorum Genera, nominentur. Ad hæc quæro, an cum Subſtantia de Platone dicitur, ſit enuntiatio Formæ tribuenda? Hoc ſi concedat Paulus Venetus, concedat autem opus eſt, modo ſi rectè tueri, & ſuam cauſam defendere velit, extemplo conuincam, Subſtantiam, quæ primum Genus vocatur, Formæ rationem ſubire, quo nihil eſſe poteſt ab ei⁹ vi & natura magis alienũ. Pręterea, ſi quam is propoſuit opinionem, eandem nos probare deceat, continuò (id quod eſt quoque mendoſum) ſex eſſe numero attributa, neceſſe eſt vt concedamus. Nam cùm animal rebus ſingulis accomodatur, in attributis ponitur: hæc enim nemo ſanæ mentis pernegabit, ſed ratione rerum ſingularum nec Genus eſt, ſi Paulo Veneto fidem tribuamus, neque ſecundum attributum, quia non eſt infima Species, neque Differentia, Proprium aut Accidens: ſexta igitur erit à nobis conſtituẽda communis notio. Quod autem in ſuam defenſionem ad-

[*Paul. Ven. cap. de genere*

Bricot.

Pauli Veneti opinio refellitur.

Species infima nunquã gen⁹ eſſe poteſt, neq; genera interiecta poſſunt eſſe Species infimæ.

Subiecta Species vnde dicitur.

Interiecta Genera duas habent comparationes.

Obiectio.

ducat Porphyrium illius animo sedisse infimam & interiectam Formã æquè ac Genus primum & intermedium vna definitione continere.

Aquinatis commentator.

¶ Respondemus eandem rationem in vtrisq; minimè esse requirendã, quia in quæstione naturæ dici, & suam naturam varijs formis imparti, perinde summo ac interiecto Generi conuenit, at tantùm rerũ singularum naturam idq; perfectè explicare, in infima tantùm Forma, nõ in interiecta cernitur.] Quia interiecta Species de nullis non affirmatur, sed Generi subijcitur. Non video igitur animal q̃ modo dici possit Species, cùm ad Indiuidua refertur: si enim diuersarum Formarum Indiuidua intelligat Paulus Venetus, cuiusmodi est Plato, hic Asinus, hic Leo: animal horum cõparatione Genus esse omnibus est confitẽdum: cum his tanquam Specie differentibus, in quæstione naturæ attribuatur: Indiuidua enim diuersarum formarum æquè Specie ac ipsi Formæ diuersæ differre dicuntur. Si verò Indiuidua sub eodem Genere posita consideret, etiam horum respectu animal quoddam Genus esse innominatum, quosdam asseruisse scribunt Louanienses. Quocunque ergo nos conuertamus, animal respectu rerum subiectarum, Genus necessariò appellabitur. Quare si communem interpretum opinionem defendere, Porphyrio adhærere, veritatem tueri, absurda euitare velimus, audacter, reiecta omnium hæsitatione, cum Porphyrio dicamus, tertiam Speciei definitionem infimis tantùm, & non intermedijs Formis couenire.

Animal cum indiuidua respicit, non est Species.

Louanienses.

Quod hinc sciri potest, quia in quaque Categoria quiddam primum est, & quiddam vltimum: inter quæ duo, alia interiecta sunt, quæ eadem & Genera sunt & Species. Est autem primum Genus, supra quod aliud Genus esse nullum potest: vltimum verò, sub quo nulla Species subiicitur. Inter primum autem & vltimum alia interiecta sunt, quæ eadem & Genera sunt & Species: sed si cum alio alióque conferãtur, idque in vna Categoria perspici potest: substantia enim Genus est illa quidem, quæ corpus cõplectitur: & corpus, corpus animatum: corpus animatum, animal: animal, animal rationis particeps: animal rationis particeps, hominem: homo, Socratem, Platonem, & singulos homines: ita tamen vt eorum omnium primum genus sit Substantia, solúmque Genus: homo verò Species vltima, & modo Species: corpus autem & substantiæ Species & animati corporis sit Gen^{9}: itémque animatum corpus, Species corporis est, Genúsque animantis. Rursum, animal Species est animanti corporis, Genus ratione vtẽtis animantis: & animal ratione vtens, Species animalis est, & Genus hominis. At verò homo animalis, ratione vtentis est ille quidem Species, sed hominum singulorum est Species tantummodo, non etiam Genus. Ita quicquid ante Indiuidua proximè dicitur, id omne non Generis, sed modo Speciei nomen obtinet. Vt igitur Substantia

23229

ſtantia quæ in ſummo ſita eſt, propterea ſummum Genus habetur, quod Genus eſt nullum ea antiquius: ſic homo, quia Species eſt, qua nulla ſit poſterior, & quia non eſt natura, quæ in Species & formas diuidi queat, ſed in ſola Indiuidua (Indiuiduum enim eſt Socrates itémque Plato, & hoc quod album eſt) ob eam cauſam in Speciei numero modo, & vltimæ, atque, vt diximus, infimæ nō etiam Generis habetur. At verò quæ in medio locata ſunt ſuperiorum Species & Formæ, poſteriorum Genera dicuntur. Itaque duæ ex his comparationes affectionéſque ducuntur: vna, qua ad ſuperiora affecta ſunt, ex qua eorum Formæ Speciéſque appellantur: altera qua ad inferiora, ex qua eorum Genera nominantur. Summa autem & extrema vno modo ſolum comparantur. Genus enim maximè generale, cùm ſit ſummum omnium, ad ea affectum eſt, quæ complectitur: ad ea autem quæ eo antiquiora ſunt, quoniam ſummum eſt primúmque principium, atque id, vt diximus, cuius nullum eſſe Genus vllo modo poteſt, ad ea, inquam, nullo modo effectum eſt, atque etiam infima Species vnam comparationem habet, eam qua ſuperiora & priora reſpicit, quorum Species eſt: itémque eam, qua cum inferioribus confertur nō diuerſam, ſiquidem Indiuiduorum etiam Species nominatur. Sed Indiuiduorum propterea Species dicitur, quod ea complectitur: eorum autem quæ ſuperiora ſunt, Species etiam dicitur, ſed quod eam illa continent.

VIm & energiam exemplorum ſecum perpendēs Porphyrius eam eſſe, vt obſcura, aperta reddere poſſint, explicat exemplo ex categoria Subſtantiæ præcipuè deducto, ‡ cum hęc ſit reliquarum Categoriarum prima & maxima,]qua ratione & Genera de formis dicūtur, & formæ Generibus ſubijciuntur. [Quod hinc ſcire poteſt, quia in quauis Categoria quiddam primum eſt,] quod Genus ſupremum nuncupatur: [& quiddam vltimū,]quod infima Species vocatur, ϒ hęc enim omnium vniuerſalium in Categorijs vltima: Indiuidua verò ſūt iuniora, quorum nulla præcipuè hic ratio habetur, [inter quę duo] hoc eſt, inter quod ſupremum Genus, & infimam Speciem [alia interiecta ſunt, quæ & Genera ſunt] reſpectu inferiorum, [& Species] comparatione ſuperiorum. [Eſt autem primū Genus ſupra quod aliud Genus eſſe] nec aliqua comparatione [poteſt. Vltimū verò,]id eſt illud quod eſt in Categorijs vltimum, [eſt Species] infima, [quam nulla alia Species ſequitur,]quia tantûm de Indiuiduis dicitur. [Inter primā autem & vltimam] .i. inter ſupremum Genus & infimam Speciem [alia interiecta ſunt, quæ eadem & Genera ſunt & Species,] non vno eodemq; reſpectu, [ſed ſi cū alio, alióque conferantur:] collatione enim ſuperiorum, ſunt Species, comparatione inferiorum ſunt Genera, [idq;] id eſt, ſupremum eſſe Genus, & infimam Speciem, & Genera eſſe

‡ *Commētator Aquinatis.*

ϒ *Mathiſius.*

intermedia [in vna Categoria perſpici poteſt. Subſtantia enim Genus eſt illa quidem, quę Corpus cõplectitur, & Corpus] continet [Corp⁹ animatum, Corpus animatũ Animal,] ſed non tantùm animal, ſed etiam Plantam complectitur. Omnes enim qui vel mediocrem in Philoſophiæ cognitione curam poſuerunt, vna mente conſentiunt, tres eſſe ϒ animæ partes: vnam quæ tantum viget, eamq; habent plantæ: alteram quæ & viget & ſentiendi officio fungitur, quæ in belluas cadit: tertiam, quę mente & ratione vtitur, quæq; vim & facultatem tam vigendi, quàm ſentiendi in ſua natura comprehendit, atq; hæc homini tantùm attribuitur.] [Animal] cõtinet [Animal rationis particeps, hominem] complectitur, [homo] comprehendit [Socratem, Platonem, & ſingulos,] id eſt omnes ſingulares [homines. Ita tamen vt eorum omnium,] hoc eſt, corporis animati. Non enim ϛ verum eſt, Subſtantiam eſſe primum Genus in ordine ad omnia iam dicta, cùm reſpectu ſui ipſius non ſit ſupremum Genus:] [primum Genus ſit Subſtantia, ſolúmque Genus:] ſupremum enim Genus Species eſſe nunquam poteſt, [homo verò Species vltima, & modo Species,] nõ enim poteſt eſſe Genus, [corpus autem & SubſtantiæSpecies] ſubiecta, [& animati corporis ſit Genus: itemq; animatum corpus] quemadmodũ eſt ſimplex, re & nõ coniunctum ſeu complexum, hoc eſt, vt Speciem nobis incognitam ſignificat. ‡ Nam ob verborũ inopiam, ſępenumero pluribus pro vno vti cogimur, ita vt tametſi voces ſunt plures, intellectus tamen ſit ſimplex, & res quæ ſignificatur vna: exempli gratia, Corp⁹ animatum, licet vox ſit complexa, Genus tamen eſt vnum: ſic & Quantitas coniuncta & diſiuncta.] [Species] ſubiecta [corporis eſt, Genuſq;] eſt [animantis.] Sed huic loco paulíſper inſiſtendum erit, & an corpus animatum ſit Genus nec ne, paulò altiùs diſcutiendum. Ac ne verbi ambiguitas aliquam videatur obſcuritatem efferre. ϒ volumus illud Corpus Subſtantiam eſſe, quod longum eſt, latum & profundum: illud autem Corpus quod ſub Quantitate continetur, ipſam eſſe longitudinem, latitudinem & craſſitudinem,] ideoq; duo illa corpora, re inter ſe differre, nomine tantùm conuenire, in prima ſignificatione noſtra verſabitur oratio, quod quidem corpus nomen Generis non habere luculenter ſatis probat Ariſtoteles. ϒ Fallunt nos interdum ij qui totum ad partem transferunt, veluti animal ad corpus animatum: atque pars in toto nullo modo dicitur, non eſt igitur corpus Genus animalis, quandoquidem pars eius eſt.] Denegat igitur Ariſtoteles, corpus Genus eſſe animalis. Sunt qui reſpondent de ϛ parte integrali intelligendum eſſe Ariſtotelis teſtimonium, & corpus non eſſe partem animalis integralem, ſed huiuſmodi ex qua vis & facultas animalis] effluit. Hoc tamen omni ex parte Ariſtotelis ſenſum (vt mea fert opinio) non attingit. Hoc autem libenter damus, partem integralem intelligendam eſſe: ſed an corpus inter illas partes, quas integrales vocant, annumeretur necne, mihi videtur de eo poſſe quæri. Quemadmodum enim animam, ſic & corpus eſſe partem hominis affirmamus: cùm homo ex corpore & anima, tanquam ex partibus conſtituatur. Quemadmodum igitur dicendi conſuetudo

ϒ *Velcurio li. iiij. cap. ij.* Tres ſunt animæ partes.

ϛ *Louanien.*

Corp⁹ animatũ, quopacto Genus & Species dicatur.

‡ *Murmell. in prædica. regula prima.*

An corpus ſit Genus.

ϒ *Commẽtator Aquinatis.*

Corp⁹ duplex.

Obiectio.

ϒ *Ariſt. lib. iiij. top. cap. v.*

Solutio.

ϛ *Schola Ven. lib. iiij. topic.*

23229

consuetudo non patitur, vt hominem non animam, sed potiùs animatum esse dicamus; ita forsan vult eo in loco Aristoteles, nos non posse asserere animal esse corpus, sed potiùs corporeum seu Substantiam corpoream. Atq; hac vel illa simili ratione commoti Louanienses, asserunt ‡ Porphyrium corpus animatum accepisse, vt animalis sit Genus: sic enim penuria verborum quod deest, circumloquimur,] cui opinioni suffragatur Nyphus, ♀ Porphyrium idq; forsan penuria vocabulorum corpus animalis Genus constituisse: non enim est facile inuentu nomen illi communi notioni accommodatum, quæ Genus animalium, plantarum & elementorum habetur. Quo circa Porphyrius vocabulorum penuria coactus, in eam venit sententiam, vt corp⁹ Genus animalium & inanimorum poneret.] Quapropter verisimili⁹ est Aristotelem per corpus, potiùs partem animalis integralem, quàm Dialecticam significãdam voluisse: proinde hoc ausim affirmare, eum necessarium differentiam positurum inter corpus illud, quod cum anima, animal seu hominem constituit, & illud corpus, quod de animali effertur, qui corp⁹ animalis Gen⁹ esse affirmabit. Illud etiam opinor, ϒ corpus ab Aristotele pro corpore illo cui anima ineſt, & non pro cõposito sumi, ideò forsitan Argyropilus, quod significatio Aristotelis non esset pro corpore animato, plerũq; Viuens vsurpauit.] [Rursũ animal Species est animati corporis, Genus ratione vtentis animalis: & animal ratione vtens, Species animalis est, & Genus hominis,] vt ϛ Gentiles & Stoïci existimabãt, qui arbitrati erãt, præter incorporeas Substantias, quas intelligentias seu Spiritus vocamus, alios quosdam Deos terrestres, Cererem, Æsculapium, & inferos, Plutonem & Vulcanum cum alijs pluribus Dæmonijs, esse animalia quędam, rationem habentia, immortalia, quemadmodum postea cùm de differentijs agit apertè testatur: & Poëtæ nõ modò Faunos & Satyros, aliáq; siluestria numina, quæ Semideos vocabant, corpora fecerunt, sed & ipsos suos cælicolas Deos, vt ex eorum scriptis facilè colligitur. Verũ hæc à Peripateticis pro figmentis habita sunt, reuera ergo animal rationis particeps, non est Genus hominis.] [At verò homo animalis ratione vtentis, est ille quidem Species [vt placet Stoïcis, [sed hominum singulorum] .i. singularium [est Species tãtummodo,] quia est infima Species [non etiam Genus.] Nã infima Species, non potest Generis nomen habere. [Ita quicquid ante Indiuidua] perfecta & in Categorijs posita [proximè dicitur, id omne] quod proximè de Indiuiduis in natura rei affirmatur, [non Generis] nomen, [sed modo] .i. tantũ [Speciei nomen] atque definitionẽ [obtinebit]. Per ‡ Indiuidua hoc in loco perfecta, & quæ Categorijs continentur sunt intelligenda, vt excludantur iuxta quorundam opinionem, Genera ad sua Indiuidua cõparata, vt sunt hoc animal, & illud respectu animalis, aut quæ Indiuidua Vaga dici solent. Nunquam enim Genus quomodocumq; comparetur, infimæ Formæ recipit rationem: deinde etiam, vt excludantur Species illæ, quæ tantùm de rebus efferũtur & nulli subijciuntur, vt punctus. Non enim putamus esse infimas formas, aut prima Genera, aut interiecta apud Porphyrium, quæ extra ordinem sunt decem Categoriarum, licet oppositum fortasse nõ difficile fuerit sustentare.

Quare dicat Porphyrius corpus animatũ esse genus.

‡ *Louanienſ. lib. iiij. topico.*

♀ *Auguſtin. Niphus libro iiij. top. lo. vi.*

ϒ *Louanienſ. lib. iiij. top. Stapulianſis eodem libro. Argikopilus*

ϛ *Louanen. Arboreus.*

Stoicorum opinio.


Animal rationis particeps, non est Genus hominis.

‡ *Louanien.*

Sed

Sed hęc incompleta Categoriæ ſubſtantiæ ſeries, quę â ſummo ad vnã tantum infimam ſpeciem per omnia intermedia procedit, vnà cũ differentijs, vtrũq; ad latus appoſitis, ſubiecta ad oculum mõſtrat figura.]

Figura Categoriæ ſubſtantiæ, ex Louanienſium ſchola & Boëtio deducta.



¥ Liſtrius.

NVgatores hic comparant hanc ſeriem Categoriæ ſubſtantiæ arbori. In eaq; re tanquam magna, mirum quàm homines ſudent, cũ in ea & radices & truncum eſſe oſtendunt, cùm Porphyrius hanc ſeriem nũquam arborem vocarit.] Diximus in figura Rationis expers, cõſtituiſſe Brutum, quamuis hoc vocabulum olim nõ erat vſu, neque hominibus cognitum & exploratum, & idcirco Tartaretus brutũ Genꝰ eſſe negat, ſed eius rationem, vt obſcuritate inuolutam, prætermitto. Certum autem eſt, ¶ tempore Ariſtotelis, hoc nomen Brutum, quod apud ipſum ἄλογον eſt, impoſitum non fuiſſe: quare homo & leo, ſub animali proximè Genere erant.] Nam inter ǂ animal & eius formas, nullum eſt Genus interiectum: & ſi brutum, aut beſtia, aut bipes, aut quadrupes, genera eſſe dicantur, hoc ex vulgi tantùm opinione depẽdet. Quamuis enim hæc de multis, quę Specie differunt, efferantur, nõ tamen Genera erunt, quia nullũ illorum in quæſtione naturæ dicitur.] Sunt autem qui brutum Genus eſſe volunt, atq; inferiora Genera ſub animali

An brutum ſit genus.

Tartaret. cap. de ſubſtantia

¶ *Rasanus cap. ij. prædicab. Caſarij.*

ǂ *Paul. Ven. lib. ij. de demõſtra. cap. xiij. tracta ij.*

23229

animali reperiri, contra quos Paulus Venetus multum disseruit. Sed vtraq; opinio satis probabiliter defendi potest. Quocirca hoc iudicio lectoris relinquatur. [Vt igitur Substantia, quæ in summo sita est, propterea summum Genus habetur, quòd Genus est nullum ea antiquius: sic homo, quia Species est, qua nulla sit posterior, & quia non est natura, quæ in species & formas] forma & ‡Species eandem habent significationem: sed cum formam pro Specie vsurpamus, pro tota natura, quæ ex materia & forma conflatur, eam intelligi conueniet. Alioqui enim partis nomen tantum est, de quo Physici agunt, id quod idem cũ nostra Specie minimè valet:] [diuidi queat,] quia in ♀ differẽtias à forma profluentes diuidi nequit, [sed in sola indiuidua,] quæ diuisio ex materia constat. [Indiuiduum enim] determinatum [est Socrates, item q; Plato, & hoc album,] quod est indiuiduum demonstratiuũ, [ob eam causam] .i. quia non diuiditur in formas, sed tantùm indiuidua [in Speciei numero modò & vltimæ, atq; vt diximus infimæ, non etiam Generis habetur: at verò quæ in medio locata sunt,].i. quæ sunt interiecta Genera, [superiorum Species & formæ] subiectæ [posteriorũ] id est inferiorum, [Genera dicuntur: itaq; duæ ex his] Generibus interiectis, [comparationes affectionesq; ducuntur, vna ex qua ad superiora] Genera [affecta sunt, ex qua] comparatione [eorum formę speciesq;] subiectæ [appellãtur, [altera qua ad inferiora] .i. ad inferiores suas species referuntur: [ex qua] affectione, vel ex quo respectu, [eorum] inferiorum [Genera nominantur,] vt animal ad diuersa comparatum, diuersos habet respectus, seu, vt autor est Arboreus, licet non verè, diuersas enuntiãdi denominationes, respectu superiorũ est Species, cùm ad inferiora comparatur, est Genus: vnam igitur obtinet enuntiandi rationẽ. ♀ Neq; nos solicitos habeat Aristotelẽ idem ad plura referri negasse, & idcirco intermedia hæc Genera duas affectiones obtinere non posse, cùm intelligat ille idem ad diuersa, vna eadémque comparatione, & ad priores & posteriores naturas affectas non esse.] [Summa autem Genera,] cuiusmodi sunt Substãtia, Quantitas, Qualitas, &c. [& extrema,] .i. extremæ seu infimæ Species, [vno modo solum comparantur. Genus enim principale, cùm sit summum omniũ] aliorum Generũ, formarúmq; quæ in illius categoria collocantur, [ad ea affectum est,] .i. ea respicit, [quæ complectitur] sub se, cuiusmodi sunt omnia sua inferiora, [ad ea autem quæ eo antiquiora sunt, quoniã summum] Gen⁹ [est, primúmque principium, atq; vt diximus,] paulò ante, [cuius nullum esse Gen⁹ vllo modo] aut aliquo respectu [potest, ad ea inq;] antiquiora [nullo modo affectum est.] Non est ignorãdum, esse quædam, quæ sunt ipsis summis Generibus antiquiora, quod in nouem illis fortuitis categorijs facile potest perspici. ♀ Substãtia enim, vt inquit Aristoteles, prior est accidente, natura, cognitione & tempore.] Attamen nouem illa aduentitia Genera, ea ratione qua Genera appellantur, tantum sua inferiora respiciunt, quatenus verò accidentium rationem habent, ad substantiam tanquam ad subiecta & fundamenta sua comparantur. ‡ Quamuis etiam supremum Genus ad trãscendentia, quæ latissimè patent, & per omnem rerum eunt naturam, cuiusmodi sunt, id quod est, bonum & aliquid: sit affectum, minimè tamen

‡ *Matthisius* Forma quãdo speciem significat.

♀ *Verſor in prædicab. Petri Hispani.*

Arboreus.

Obiectio.

♀ *Colonienſ. Ariſt. lib. v. metaphyſic.* Solutio.

Quedam sunt antiquiora supremis generibus.

♀ *Raianus cap. de ſubſtantia. Ariſt. lib vi. metap. cap. i.*

‡ *Commẽtator Aquinatis.* Supremũ Genus vnã habet cõparationem

tamen dicitur duas comparationes obtinere, cum ad hæc nō tanquam ad ſuperiora, ſed tāquam ad communia quędam Analoga referatur. [Atq; etiam infima Species vnam comparationem habet, qua] comparatione [ſuperiora reſpicit, quorum Species] ſubiecta [eſt: itemq; eam, qua cum inferioribus confertur, non diuerſam, ſi quidem Indiuiduorum etiam Species,] vt ita dicam, prædicabilis [nominatur. Sed Indiuiduorum propterea Species dicitur, quòd ea] Indiuidua [complectitur] poteſtate vel in Categorijs. ϒ Genera enim poteſtate Speciem continent, ſic Species Indiuidua: contra autem actu & in Indiuiduis Species, & in formis Genera inſunt.] [Eorum autem quæ Superiora ſunt, Species etiam] ſubiecta [dicitur,] non quia de ſuperioribus directè & in rei natura affirmatur, [ſed quòd eam] Speciem [illa] ſuperiora Genera [continent] ϒ latenter. Itaq; ipſe Porphyrius ſoluit, infimam Formam, præter eam qua ſuperiora reſpicit, etiam ad Indiuidua comparationem habere, dicens illam affectionem, qua infima Species Indiuidua reſpicit, non eſſe vnā ex his de quibus loquimur, quam uis eodem nomine ambiguè ſignificet: vt ſit ſenſus, vltimam Speciem ad Indiuidua non habere alteram ex duabus comparationibus ſuperiùs commemoratis: vel dici poteſt, ϛ infimam Speciem reſpectu ſuperiorum & inferiorum vnam habere comparationem, hoc eſt nomē, quamuis ambiguè hoc eueniat. Eſt enim Species non ſolùm cùm ſuperiora, ſed etiam cùm inferiora reſpicit, ita tamen vt reſpectu ſuperiorum ſit Species ſubiecta, ratione verò inferiorum Species quę in multis cernitur.] Non incommodè etiam hæc Porphyrij verba interpretantur alij, qui aſſerunt ‡ quippiam alia ratione Speciem, alia ratione infimam Speciem appellari. Appellatur enim Species, quia Generi ſubeſt: Infima verò, non quòd ſub Genere cōtinetur, ſed quia integra & completa eius natura in quouis Indiuiduo reperitur.] ϙ Nam cū dico Speciem, non continuò ſequitur, vt ad Indiuidua referatur, ſed idcirco eſt Species, quoniam refertur ad Genus. Homo enim quatenus eſt Species, quàmprimum & vi ſua ſub animali collocatur: quatenus autem eſt vniuerſa notio, ſingularia intuetur.] Nonnulli volunt, quēadmodum antea Louanienſes, ϒ Porphyrium non omnino negaſſe, Speciem comparationem ad ſuperiora & inferiora habere, ſed Speciem infimam non eſſe Genus comparatione rerum ſingularum, ſed potiùs Speciei conditionem obtinere: quod idem de Formis interiectis neutiquam eſt dicendum, cùm reſpectu inferiorum, Generum, nō Formarum rationem habeant.]

ϒ *Mathiſius.*

ϙ *Louanienſ. Quomodo accipiendū ſit, ſpeciem infimam vnā tantum habere cōparationem*

ϛ *Martinus Pollichius.*

‡ *Verſor in prædica. Porphyrij.*

ϙ *Daniel Barbarus.*

ϒ *Antonius Andreas.*

Primum quidem Genus definiunt hoc modo: quod cùm Genus ſit, non eſt Species. Item hoc modo, Cuius Genus aliud eſſe nullum poteſt. Speciem autem vltimam hoc modo, Quod ſic Species eſt, vt non etiam Genus ſit. Item, Quod ita Species eſt, vt in Species diuidi nullo modo queat. Item hoc modo, Quod de multis, ĩſque numero differentibus dicitur, cum rei natura quærendo inueſtigatur. Quæ autem inter extrema interiecta ſunt, ὑπάλληλα Genera ac Species nominant, vnumquodque eorum ponunt eſſe

Genus

23229

Genus & Speciem, ſed ſi ad aliud & aliud comparetur. Nam ea omnia quæ ſuperiora ſunt & antiquiora vltima Specie, aſcendẽdo vſque ad ſummũ Gen⁹, ὑπάλλα Genera & Species vocãtur, vt Agamemnon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & extremum Iouis. At in ortus quidem & familiarum deſcriptione, ad vnum ferè initium & quaſi caput, verbi gratia, ad Iouem cætera referuntur.

VBi in ſingulis Categoriis quiddam Primum & Vltimum eſſe diceret, vt manifeſtiùs & explicatiùs horum vocabulorum ſignificationes expediret, vtrumq; quid ſit, breuiter aperit. Gen⁹ in Summũ & Interiectũ genus diſtribuit, ac ſimiliter Formam & in Imam & Intermediam. ⁑ Quæ quidem diuiſio, aut ſubiecti in Accidencia cenſenda eſt, propterea quòd Genus non ex propria vi & facultate, ſed extrinſecus vtriuſque ſortitur appellationem:] ‡ aut Analogi in ſua analogata, quia Generis nomen prius de ſummo Genere, tum deinceps de interiecto dicitur.] Primum quidem Genus definiunt] veteres philoſophi, [quod cùm Genus ſit, non eſt,] nec eſſe poteſt vlla ratione aut comparatione [Species] ſubiecta. ⁋ Ita enim hoc in loco Species accipi debet, non vt Speciem, quæ de reb⁹ effertur, deſignet, ita enim definitio animali, quod eſt abſurdum, conueniret.] Animal enim nullo pacto poteſt tanquam Species de inferioribus dici, neq; aliquod interiectum Genus, licet Speciei Interiectæ nomen habere poſſit. ⁋ Hęc definitio primi Generis à Zenone ſumpta eſt, vt indicat Diogenes, ſic & prima vltimæ Speciei, quæ infra ſubjicitur, apud eundem eſt.] [Itemq; hoc modo] Genus ſummum definiunt veteres Philoſophi, [cuius Genus aliud eſſe nullum poteſt] vllo reſpectu: atque ita reijciuntur ab illa definitione ea omnia, quæ ſunt Genera interiecta. ⁑ Quamuis enim animal quatenus ſit Genus, non eſt Species, tamen poteſt in Speciei naturam atq; conditionem deſcendere.] Non eſt ergò quorundam ridicula interpretatio admittenda, quibus videtur, Genus ſummum ea ratione qua dicitur eſſe Genus ſupremum, Speciei naturam ſuſcipere non poſſe, cùm nemo ſit, qui exploratum non habet, ipſa Genera intermedia, hanc ſibi pariter conditionem aſſumere, vt quatenus Genera ſunt, eatenus in formis ſubiectis minimè reperiri debeant. Neq; eſt cur tam limatè & acutè, quemadmodum perſuadet ſibi Titilmannus, interiores Supremi Generis receſſus & meatus intueatur, vt eius definitioni illud quoq; adjiciendum putet, Supremum Gen⁹ in ſua Categoria, Genus aliud ſe antiquius aut prius non habere: quaſi quod eſſet in vna Categoria ſupremum, id potuiſſet aliquando ſub altera contineri, niſi cum illo diceremus, ⁋ Actionem & Paſſionem, æquè eſſe in his quæ cum aliquo conferuntur, ac patrem & filium,] quod quidem à verò longè abeſt. Quare illud non cunctanter adjiciam, Supremum Genus, nulla ratione, nullo reſprectu, vel in ſua Categoria, vel in alia (quandoquidem in alia reponi nequit) rationem Speciei intermediæ obtinere. Quemadmodum enim infima Species nulla comparatione Genus eſſe poteſt, ita primum Genus nullo reſpectu Speciei vim &

Albertus. Daniel Barb. Colonienſes.

Auguſtin. Hunæus.

Matthiſius. Diogenes Laertius. lib. vij.

Arboreus.

Ridicula ſupremi generis. Definitionis interptetatio.

Titilmãnus.

Titilman. in categ. actionis & paſſionis.

Supremũ Genus nullo reſpectu Species vel infimæ, vel intermedia eſſe poteſt.

naturam capit. [Speciem autem infimam hoc modo] definiunt vete-
ϒ *Louanienſes* res Philoſophi. ϒ Non enim ſuas ſed aliorum recitat definitiones.]
Species infima quid. [Quod ſic Species eſt, vt non etiam Genus] aliquo reſpectu[ſit.] Di-
cit Speciem infimam ita eſſe Speciem, vt non etiam Genus ſit. Non e-
nim vult illud omne Speciem eſſe, quod nequit eſſe Genus: nam tum
figmenta Poëtarum, quia non poſſunt eſſe Species, Generis appella-
tionem haberent, ſed ita Speciem eſſe, vt nulla ratione Genus eſſe
ʒ *Aquinatis cõmentator.* queat. ʒ Hinc colligitur, deſcriptionem hanc omnino ex negationib⁹
non eſſe confectam.] [Item] hac ratione definitur: Species infima eſt
huiuſmodi attributũ, [quod ita Species ſit, vt in Species diuidi nullo
‡ *Verſor in Petrũ Hiſpa.* modo queat.] ‡ Diuiditur enim Species diuiſione non à Forma, ſed à
Materia proueniente. Diuiſio ex Forma conſtans eſt, cùm Genus per
Diuiſio eſt duplex. diuerſas differentias à Forma manantes diuiditur, vt animal per ra-
tionis particeps & inops, in hominem & brutum tanquam in partes
conſumitur. Diuiſio ex materia conflata contingere ſolet, cùm infima
Species diuiditur huiuſmodi differentijs, quæ à materia originem du-
cunt, & in res ſingulas cadunt.] [Item hoc modo] definitur: Spe-
cies vltima eſt attributum, [quod de multis ijſque numero] tantùm
[differentibus dicitur, cum rei natura quærendo inueſtigatur.] Cæ-
terum qua ratione hæc definitio interpretanda ſit, antea ſatis expli-
Obiectio. catum arbitror. Illud interim docebo, an ea quæ dicuntur Nume-
Solutio. ro differre, ratione Materiæ diſcrepent, an Formæ? Ad cuius rei
ϙ Paul. Ven. lib. i. phyſic. com. xxiiij. difficultatem ϙ triplicem rerum Materiam conſtitui dicimus. Aliam,
quæ ſenſu percipitur: alteram, quæ ſub intelligentiam cadit: Ter-
Triplex eſt rerum materia. tiam verò, quæ rationis Materia appellatur. Materia quæ ſenſu
percipitur eſt ſubiectum Phyſicæ tranſmutationis: Materia, quæ
intelligentia continetur, eſt Quantitas, quæ abſque Materia ſenſi-
bus ſubiecta, conſideratur. Materia rationis, eſt Indiuiduum vel ra-
tio rei ſingularis. Dicimus itaque omnia quæ Numero differunt,
ſiue numerum excedentem ſiue non tranſcendentem, intellígamus
hiſce tribus materiis diſcrepare. Duæ namque Quantitates vel Qua-
litates in duabus Materiis repoſitæ, numero, ratione materiæ ſen-
ſibus apprehenſæ differre ſolent. Duo verò Angeli, ſeu duæ Formæ
Hæcceitas. in eodem ſubiecto poſitæ, per Materiam rationis, hoc eſt, per ratio-
nem naturæ ſingularis diſcrepare dicuntur, quæ ratio hæcceitas (lí-
Obiectio 2. cet minus latine) nominatur.] Altera quæſtiuncula eſt, quid ſit in
cauſa, cur non definiat Porphyrius Speciem per Genus? cùm an-
tea dixerit, Speciem per Genus & Genus per Speciem eſſe defini-
Solutio. endum, quia inter ſe referuntur. Cui reſpondendum eſt, ϒ Speciem
ϒ Bricot. interiectam ad Genus comparari, non autem illam quæ inferio-
ra reſpicit, de qua Specie præſens definitio eſt intelligdenda.][Quæ
autem inter extrema interiecta ſunt, ὑπάλλαγα] id eſt, Intermedia
ſeu interiecta [Genera ac Species nominant] veteres Philoſophi,
[vnumquodque eorum ponunt eſſe Genus & Speciem,] non vna ra-
tione, [ſed ſi ad aliud & aliud cõparetur. Nam ea omnia quę ſuperiora
ſunt & antiquiora] ordine naturę [vltima Specie, aſcendendo vſq; ad
ſummum Genus ὑπάλλαγα Genera, & Species vocãtur, vt] in familiis
[Agamemnon]

23229

[Agamemnon] ♀ est tantum filius,] [Atrides, Pelopides, Tãtalides,] ♀ *Caietanus.*
sunt diuerso respectu nati & genitores [& extremum Iouis,] hoc est,
quemadmodum Iupiter est tantùm pater & non filius, (‡ missum e- ‡ *Louanien.*
nim fecit Saturnum Iouis patrem, qui regno pulsus à filio in exilio vi- *Colonienses.*
tam agere coactus est in Latio:) sic in vna quauis Categoria est vnum
Genus summum, quod tantummodo est Gen⁹, infima etiam Species,
quæ modo Species est. Interiecta verò sunt Genera & Species, alia at-
q; alia ratione sumpta ac considerata. [At in ortus quidem descriptio-
ne ad vnum ferè initium & quasi caput, verbi gratia ad Iouem cætera
referuntur.] ♈ Hoc profert & dicit propter diuersas Philosophorum ♈ *Louanienſ.*
opiniones, qui re vera arbitrantur, in diuersis terræ partibus, in qui-
bus homines habitare possũt, ac longinquis insulis, diuersos fuisse pri
mos parentes, ac iuxta Auicennæ sententiam, dicentis hominem & e- *Auicenna.*
quum, aliaq; huiusmodi animalia, sicut mures & vermiculos, exputre-
factione posse generari. Reuera omnes familiæ ad vnum communem
parentem reducuntur, videlicet Adam: sed hoc Porphyrium latebat.]

Generum autem & Formarum non est eadem ratio. Propterea quod Id quod est, non est commune Genus omnium: nec omnia quæ sunt, vt placet Aristoteli, ad vnum primum Genus capútque referuntur: sed ponenda sunt, vt ipse in Categoriis docet, decem prima Genera, quasi decem initia & capita rerum. Nam si quis omnia esse dicat, ambiguè (inquit) non vna ratione appellabit. Si enim Id quod est, commune Genus esset omnium rerum, vna ratione ac modo esse dicerentur. Cùm verò sint decem prima, nominis est solùm, non etiam rationis, quæ nomini constituta est societas & communio. Ac prima quidem decem sunt: Formarum autem infimarum certus est numerus, non infinitus: Indiuiduorũ, quæ Formas vltimas sequuntur, infinitior. Quocirca iubebat Plato, eos qui à summis Generibus ad infimas Species descendissent, insistere: descendere autem per media iis differentiis, quæ Speciem complent, diuidendo: Indiuidua verò omittere omnino, quòd scientia comprehendi nullo modo possent. Ac eos quidem, qui descendunt, ad infimas Species, necesse est multitudinem dispertiendo decurrere: qui autem ad summa nituntur Genera, in vnũ multitudinem concludant necesse est. Nam cùm Species, tũ Genus vel multo etiam magis, multa in vnam naturam colligit. Singulæ autem res contrà vnum in multa partiuntur. Nam & Speciei communione ac societate vnum efficitur ex multis: & singulorum natura, ex vna & communi re multæ fiunt: vt enim res singulæ diuidendi, sic quod commune est vim comprehendendi efficiendique vnum habet.

Exposita familiæ & Categoriarum conuenientia, quo pacto inter

ſe differunt, paucis explicare contendit. Quamuis enim vna in re parem habeant conuenientiam, non tamen inde efficitur, familias & Categorias inter ſe omni ex parte conuenire: ϒ cum nulla ſimilitudo ſit, quę ab omni parte ſimilis habeatur.] [Generum autem & Formarũ,] quæ in diuerſis Categorijs ponuntur, [non eſt eadem ratio] quæ in familijs eſt, ξ hoc eſt, quemadmodum plures familiæ ad vnum patrem veluti ad vnum principium reducuntur (plures enim à Ioue manantes & effluentes familiæ, eundem varijs modis patrem habent, in quo omnes conuenire dicuntur) ita plures Categoriæ ab vno capite prouenire nequeunt, quod & Genᵒ & principium huiuſmodi Categoriarũ appellari poſſit. Si enim haberent aliquod commune Genus, tum id quod eſt, ſiue Ens illud munus obtineret: ſed id quod eſt, non habet eam conditionem,] [Propterea id quod eſt]. i. Ens, [non eſt commune Genus omnium] Categoriarum [nec omnia quæ ſunt, vt placet Ariſtoteli, ad vnum primum Genus capútque] Dialecticum [referuntur.] Ariſtotelis verba ita ſeſe habent: ‡ Id quod eſt, dicitur multis modis, quemadmodum paulo antè in ijs, in quibus quot quicqꝫ modis diceretur, expoſuimus. Significat enim aliud id quod aliquid eſt, & quod certum quiddam eſt: aliud aliquid quod quale eſt, aut quod quantum, aut vnumquodqꝫ aliorum quæ ita dicuntur. Cùm autem id quod eſt, tot dicatur modis, perſpicuum eſt ex his primum quod eſt id eſſe, quo res aliquid eſſe dicitur, quod quidem eſſentiam declarat.] Quod ſi hęc Ariſtotelis verba tam clarè & perſpicuè à Porphyrij partibus ſtare videantur, quid de Tartareto dicam nõ habeo: qui Porphyrium, neſcio qua fronte, mendacij inſimulauit, ? quòd falſò Ariſtotelis teſtimonium adducat, cùm nuſquam reperiatur, vbi huiuſmodi ſententiam Ariſtoteles ſcriptam reliquerit. Porphyrij itaqꝫ autoritate minimè acquieſcere debemus, cum eam habeat opinionem, quæ ab Ariſtotelis ſententia & mente quàm longiſſimè videtur aberrare.] Imò tua potiùs autoritas (Tartarete) eſt reijcienda, cùm tibi velut ex diametro Ariſtoteles aduerſetur & repugnet. Quare abſurdum eſt aſſerere, id quod eſt, ambiguè non dici: negant enim hoc Interpretes, qui totos annos in re Dialectica conſumpſerũt. Nec verò Tartareti aliorúmqꝫ hominum inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero quæ à Louanienſibus dicũtur. ϒ Si quis certis rationibus adducitur, vt Ens credat eſſe Vniuocum, liberè à Porphyrij ſententia recedat, neqꝫ tantùm tribuimus Porphyrio, neqꝫ ſic in illius verba iurauimᵘ, quin ab eo deficere audeamᵘ, ſicubi non rectè ſenſiſſe conuincitur, aut ratione, aut grauioris alicuiᵘ Philoſophi, qualis eſt Ariſtoteles, autoritate. In magnam adducor admirationem, quam ob cauſam Louanienſes ita à Porphyrij autoritate recedunt, vt aut Porphyrium mendacij coarguant, aut Ariſtotelem minimè ſibi ipſi conſtare faciant: horum enim alterutrum neceſſario erit confitendum, ſi modo noſmet ipſos Louanienſium opinioni conſecrare velimus. Nam Porphyrius, Id quod eſt, ambiguè dici, ex Ariſtotelis ſententia dixit: quod ſi velint Louanienſes, Ariſtotelem cum Porphyrio hac in re diſſidere, ratio fateri cogit, aut Porphyrium ſibi à mendacio non temperaſſe, aut Ariſtoteli inconſtantiæ infamiam inurendam eſſe. Neque tamen hæc quæ dico ita accipi velim, quaſi mihi tantum arrogarem

Axioma in ſimilitudine obſeruandũ.

ϒ *Matthiſius.*

ξ *Caietanus.*

Ens non eſt commune genus omnium categoriarum.

‡ *Ariſt. li. vi metap. cap. i.*

? *Tartaretus cap. de ſpecie. dub. ij. in ſolutione argumẽti primi.*

ϒ *Louanienſ.*

23229

arrogarem, atq; ita mihi placerem, vt illorum autoritatem in re Dialectica contemnendam iudicarem, sed tantùm admiratione quadam moueri, cur lectoris animum ita in ancipiti pendentem relinquant, vt cui parti Aristoteles adhæreat, eos penitus fugiat. Fateor equidem, idq; libenter hanc rem inter omnes non satis conuenire, atque inter Aquinatis & Scoti adstipulatores, maximam cõtrouersiam de ea quę stione agitari, quorum argutias, quibus quodcunque velint prosequuntur, in medium afferre, non est huius instituti. Hoc vnum aduertendum ducimus, nos, si modò Porphyrium hac in re sequuti fuerimus, non multum ab Aristotele discessuros. Quod si loco Aristotelis nos vrgeas, ‡ Id quod est, dici quidem multis modis: sed ad vnam & vnam quandam naturam non ambiguè:] ‡ Ad illum Aristotelis locũ paucis dicendum est: Ens, vt ibi sumitur, neque omnino vno modo, neque ambiguè, sed secundum analogiam & proportionem dici.] ♀ Licet autem Ens possit esse, sitque re uera Vniuocum, egrediẽs Categoriarum fines, aliâs tamen non est Vniuocum circumscriptum & finitum. Ens ergò vniuocum poterit esse omnibus Categorijs, habet enim suapte vi rationem vnam excitandæ ac terminandæ intelligentiæ: sed tamen non est Vniuocum ratione circumscriptionis & finis, eo modo, quo vniuoca illa sunt, quæ traduntur à Porphyrio.] [Sed ponenda sunt, vt ipse] Aristoteles [in Categorijs docet, decem prima Genera, quasi decem initia & capita rerum:] ibi enim inquit Aristoteles: ϒ Quæ simplicia sunt, ea vel Substantiam significare, vel Quantitatem, vel Qualitatem, vel Quæ cum aliquo comparantur, vel Locum, vel Tempus, vel Situm, vel Habere, vel Facere, vel Pati.] [Nam si quis omnia esse dicat,] hoc est, si quis dicat Ens enuntiari de omnibus rebus, [ambiguè inquit, non vna ratione appellabit. Si enim id quod est commune, Genus esset omnium rerum, vna ratione ac modo esse dicerentur:] id est, Ens de his vna ratione diceretur. [Cum verò sunt decem prima] Genera tantùm, vt Substantia, Quantitas, &c. [nominis est solum,] id est cõceptus, quo ea esse dicuntur, [non etiam rationis, quæ nomini constituta est, societas & communio.] ‡ Est enim Ens, autore Trapezuntio, vel quod per se subsistit, vel alteri inhæret. Per se subsistere ad Substantiam, alteri inhærere ad accidens referendum est.] Porphyrio hac in re apertè assentitur Aristoteles, qui Ens in numero Generum reponi varijs in locis negauit. Proinde illi certè peccare videntur, qui Id quod est, in numero Generum collocarunt. Quod Iohannem Maiorem Scotum asserere, sed non efficere videmus. At verò si quis illum Maioris locum paulò velit acutiùs introspicere, is continuò videbit, cum varias aduersus eam ipsam, quam nunc defendit opinionem, rationes attulerit, eisdem satisfacere eum minimè conari. [Ac primum quidem decem sunt,] id est tantùm sunt decem suprema Genera, [Formarum autem infimarum certus est numerus, non infinitus:] loquitur tantùm de Formis Categoriæ Substantiæ, si fidem Louanienſibus tribuamus. ‡ Nam numerorum, Figurarum, atque relationum Species, sunt infinitæ, tam quoad naturam, quàm quoad nos.] ♀ Duplex est natura: natura prima & infinita, hoc est ipse Deus, Naturæ, Fati, omniúmque rerũ creator &

Thomistæ. Scotistæ.

Obiectio.

‡ *Arist. lib. ij. metaphysi. capite ij.*

Solutio.

‡ *Raianus cap. de genere*

♀ *Daniel Barbarus.*

Ens qua significatione est vniuocũ.

ϒ *Arist. in antepradica.*

Quid sit Ens.

‡ *Raianus in prædicab. Cæsarij capite de genere.*

Trapezũtius. Arist. lib. ij. de demõst. ca. vij. li. iiij. top. cap. v. lib. iij. metaphysic. cap. iij.

Iohãnes Maioris Scotus in prædicab. Petri Hispani in solutio. argumenti xiij.

‡ *Louanien.* Natura duplex.

♀ *Velcurio li. i. cõmen physic. cap. vi.*

Ouidius. ator & Dominus, quem Ouidius meliorem naturam, alij naturam naturantẽ vocant, id eſt, qui omnia facit per ſe, vel per cauſas ſecundas. Alia eſt natura finita, eaq; Phyſica nuncupatur.] Si infinitam naturam intelligamus, ei nihil erit infinitum. Quod quidem Louanienſes ipſi quodammodo demonſtrant. ϒ Omnium infimarum Formarum Categoriæ Subſtantiæ numerus ſecundum naturam finitus eſt ac certus, quia ſimpliciter augeri vel minui nõ poteſt. Harũ autẽ infimarũ Formarum numerum, non putamus vlli cognitum ac exploratum eſſe, niſi ſoli Deo, ac ſpiritibus incorporeis, quem quidem Deum, vt abſolutiſſimum architectum, proprium opus latere non poteſt. Ac ob id, vltimarum formarum multitudo, licet non quo ad naturam, nobis tamen infinita rectè dici poterit, qui eius finem & menſuram ignoramus.] Aliam verò naturam docet Auguſtinus Niphus. Nam ϛ cùm dicitur naturam dediſſe hominibus duos pedes, per naturam intelligitur agens naturale directum, ab intelligentia non errante, vt dicebat Themiſtius. Agens enim naturale omnia præbet ſuo effectui, quæ conueniunt in ordine ad finem, non tamen directum à ſe, cùm non intelligat finem, ad quem ordinata ſunt membra, ſed directum à diuina prouidentia, quæ cũcta dirigit in finẽ.] Naturã verò Deũ ſignificare poſſe, ſatis euidẽter his verbis monſtrat Seneca: ǂ Inſita ſunt omnium artium nobis ſemina, magiſtérq; ex occulto Deus producit ingenia. Natura, inquit, hoc mihi præſtat, non intellígis te, cùm dícis mutare nomen Deo. Quid enim eſt aliud natura? quam Deꝰ, & diuina ratio toti mundo & partibus eiꝰ inſerta? Ergo nihil agis ingratiſſime mortalium, quia te negas Deo debere, ſed naturæ. Quia nihil natura ſine Deo eſt, nec Deus ſine natura. Sed idem eſt vterque, nec diſtat officio.] Quare ſcitè Verſor ſcripſit, ϔ ſuprema Genera æquè naturę, ac nobis eſſe cognita, infimas Species minimè nobis eſſe cognitas, naturæ verò tam actu quàm potentia ſatis eſſe explicatas.] ϒ Quemadmodũ enim ingẽs exercitus in numerũ nõ redactꝰ, certo ac definito hominũ numero terminatur, quãquam inſpicientibus id minimè quidem appareat: ſic Formæ finito numero, licet nobis non explorato, continentur.] ϛ Species igitur rerum nobis quidẽ indeterminatę, propterea quòd magna ex parte eas ignoramus, verùm quo ad naturam ſunt definitæ, & certo numero cõprehenſę, quia nihil infinitum natura cognoſcit,] [Indiuiduorũ quę Formas vltimas ſequuntur] .i. quę infimis Formis ſubijciũtur, [infinitior] eſt numerus. Nam ǂ quo magis ad ſingulas partes declinamus, eò ad infinita magis accedimus: contra autem, quò magis ad res vniuerſas aſcendimus, hoc ad ſimplicem definitámq; naturam magis appropinquamus.] ϔ Duplices verò in categoria Subſtantiæ ſpecies reperiuntur. Quædam ſunt, quarum eſſentia in vnico indiuiduo ſaluatur & durat, eò quòd illud indiuiduum ortui & interitui non eſt obnoxium, vt ſunt, ſol, luna, & huiuſmodi. Item & ſubſtantiarũ, quæ corporis ſunt expertes, Species. Huiuſmodi formarum indiuidua, ſecundum naturam finita ſunt, vt nonnunquam etiam quo ad nos, vt vnicus ſol, vnica luna. Aliæ ſunt ſpecies, quæ in vno indiuiduo non tantùm conſeruari queunt: quales ſunt Species omnium rerum quæ oriri & interire ac cadere poſſunt. Cuiuſlibet talis Speciei Indiuidua actu exiſtentia, ſecundum

ϒ *Louanienſes*

ϛ *Auguſtin. Niphus libro* ϛ. *metaphyſi. capite* ϛ. *Themiſtius.*

Natura Deum ſignificat.

ǂ *Seneca lib. de benefi. capi.* vi. vij. & viij

ϔ *Verſor.*

ϒ *Caietanus.*

ϛ *Mathiſius.*

ǂ *Ariſt. lib. i. de demonſtr. capite xx.*

ϔ *Louanienſes Georgius Pachymerius in tractat. de indiuiduo.*

23229

eundum naturam numero finita ſunt, nobis tamen plerumq; incerta: ſecundum verò naturę potentiam, propter eorum continuum ortũ, & nobis & ſecundum naturam ſunt infinita, neq; tot aut facta ſunt aut fient, quin adhuc plura produci poſſint. Sequimur hic Ariſtotelis ſententiam, qui arbitratur mundum nec principium accepiſſe, nec finem habiturum, aut eorum qui mundum creatum quidem, ſed perpetuô in ea conditione, quam nunc inſpicimus, duraturum argumentabantur, ſicut Platoni viſum eſt: de hiſce ergo Indiuiduis intelligendũ eſt quod à Porphyrio dicitur.] Sed hanc ego ſententiam omni ex parte ſtare nõ arbitror, cùm natura (quemadmodum eſt ſuperiùs explicatum) nihil infinitum agnoſcat. Quacunq; igitur ratione Indiuidua reſpiciamus, ſiue perennem & continuam eorum motionem, ſiue vt exiſtunt actu & poteſtate, conſideremus, ea tamen naturę incerta & infinita eſſe minimè concedendum credo. Potiùs idcirco dicendum erit, ϒ ideò Species definitas, res verô ſingulas infinitas appellari, quòd hæ, ſi ad earũ potentiam mentis noſtrę aſpectum conuertamus, ſint in ſe ipſis infinitæ, illæ verò neq; actu neque potentia in ſe ipſis infinitæ eſſe queant.] Quare nolumus Indiuidua naturæ eſſe incerta, ſed in ſe ipſis infinita. Vel dicendum eſt, ideò numerum Indiuiduorum infinitiorem eſſe, nõ quòd natura eadem ipſa ignoret, ſed quia materia illorum diuidi & commutari poteſt: atq; hanc rationem adducit Daniel Barbarus, licet aduerſam ſententiam tueatur. [Quocirca iubebat Plato] in Philebo, [eos qui à ſummis Generibus ad infimas Species] ϒ eorum Indiuiduorum quæ ortui & interitui ſunt ſubiecta (nam in ſolis his probatio ex Platone deducta locũ habet,) deſcendiſſent, inſiſtere.] ϗ Eſt autẽ Deſcendere nihil aliud, quàm continuæ quædam enumerationes, quę ſũt inter vltimas formas & ipſum Genus ſupremum, inchoando à ſummo Genere ad infimas Species producẽdo, non omiſſis interim Differentijs vltimarum Formarum. Atq; hinc alia ratio colligi poteſt, cur in infimis Formis ſit quieſcendum: quia ſub his nullæ inueniũtur Formarum differentiæ, per quas diuiderentur.] [Deſcendere autem per media ijs differentijs quæ Speciem complent] & conſtituunt [diuidẽdo: Indiuidua verò] ‡ quæ oriri & interiri poſſunt: nã de alijs forſan quæſtio eſt] [omittere omnino, quod ſcientia comprehendi nullo modo poſſunt:] ♀ ſunt enim ſingularia à diſciplinis reiecta.] ϒ Eorum etiam quæ fluxa & caduca ſunt, nulla neque Demonſtratio neq; ſcientia, niſi fortè incerta quædam & quaſi fortuita, eſſe poteſt.] ϗ Qua ſunt etiam res infinitæ, hac ſub ſcientiam minimè cadunt: qua verò finitæ ſunt, ea ſcientiæ ſubijciuntur. Res igitur ipſæ magis hoc ipſo quòd vniuerſæ ſunt, ſub ſcientiam cadent quàm cùm in parte ſpectantur.] Illud verò non eſt omittendum, ‡ res ſingulas vt naturas vniuerſas conſiderantur habere, definitas eſſe, atq; ſub ſcientiam gratia rerum vniuerſarum contineri, non tamen eſſe ſubiectum ſeu materiam alicuius ſcientiæ. At verò cum eo ſe ferant mentes noſtræ, vnde illorum proprietates (ſunt autem proprietates rerum ſingularum, *Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus*) hauriuntur: tũ dico eſſe infinitas & penitº ab arte remouẽdas:] neq; tamẽ velim hoc ita capi, quaſi dicerem eaſdem ipſas actu & reuera non poteſtate infinitas eſſe: nam

Mundus Ariſtotelis ſentẽtia eſt ęternus

Naturæ nihil eſt finitum.

ϒ *Caietanus.*

Indiuiduorũ cur infinitior ſit numerus. *Daniel Barb.*

ϒ *Louanien.*

ϗ *Louanienſ.* Deſcendere

‡ *Louanien.*

♀ *Niphus lib. vj. topicorũ.*

Indiuidua ſunt ab arte remota.

ϒ *Ariſt. lib. i. de demõſt. cap. vij.*

ϗ *Ariſt. lib. i. de demõſt. capite. ij.*

‡ *Petri Hiſp. cõmentator. Aegidius Romanus lib. i. de demõſt. in explicat. cap. vij.*

Qua ratione indiuiduaſub arte comprehendantur. *Paulus Ven. lib. i. de demõſt. cap. vij.*

† *Aristotel. iij. physicorũ.* Infinitum nõ est in rerum natura.

quanto † nihil quod est actu infinitum, in rerũ natura constare potest:] tanto minus hoc posset à me dici, contra communem Peripateticę disciplinæ familiam vel durius vel difficilius. [Ac ij quidem qui descendunt ad infimas Species, necesse est, multitudinem dispertiẽdo,] id est diuidendo, decurrere: qui autem ad summa nituntur Genera, in vnũ Genus [multitudinem] Formarum [concludant necesse est: nam cùm Species tum Genus vel multò etiam magis multa in vnam naturam colligit,] quia est communius Specie: ¥ licet enim Forma plura in sua natura comprehendat, Genus tamen multò plura potestate sua complectitur.] Quęcumq; enim Species, ea omnia Genus colligit, quamuis hoc vicissim non commeat: Species enim tantùm Indiuidua, Gen⁹ verò & Indiuidua & Formas ipsas vndequaq; dispersas, in vnã quandam naturam cogit. [Nam & Speciei communione & societate vnum efficitur ex multis:] vt communione hominis, plures singulares homines sunt vnus homo: verbi causa, ‡ Petrus, Paulus, Iohannes, vnũ sunt in homine, quemadmodum homo Species est.] Nam ‡ communione & societate Speciei vnum ex multis effici, nihil aliud est quàm Indiuidua Formæ naturam obtinere.] [Vt enim res singulæ diuidendi] vim habent, [sic quòd commune est, vim compræhendi efficiendiq;] multa, [vnum habet.] Quapropter cũ & Genus & Forma sint pariter voces communes, hanc quoque necessario vim & conditionem obtinere debent.

¥ *Caietanus.* Genus plura cõtinet potestate quàm Species.

§ *Colonienses xxvij. dubio Speciei. Albertus.* ‡ *Burlæus.*

Sed cùm quid Gen⁹ esset, quid Species, explicatum sit à nobis, cúmque vnum Genus sit, Species multæ, (semper enim in multas partes Gen⁹ diuiditur) Genus quidem semper de Specie dicitur, & superiora omnia de inferioribus: Species autem neque de Genere proximo, neque de superioribus vllis dicitur, quòd non reciprocetur. Aut enim paria de paribus dici oportet: vt quod ad hinniendum aptum est, de equo: aut maiora de minoribus, vt de homine, animal: at minora de maioribus dici, non conuenit. Neque enim vt hominem esse animal dicis, sic animal esse hominem rectè possis dicere. In quibus autem Species dicitur, in iis etiam Speciei Genus, & Generis Genus, ad primum vsque dicetur necessariò. Si enim verè dicitur, Socrates esse homo, & homo animal, animálque Substantia, verè etiam Socrates dicetur esse animal & Substãtia. Quando enim superiora de inferioribus dicuntur, & Species de Indiuiduo, & Genus de Specie Indiuiduóque dicetur. Summũ etiam Genus tum de Genere dicitur, aut de Generibus, si multa sunt media, tum de Specie, tum de Indiuiduo. Nam & summum Genus de omnibus Generibus, Formis, Indiuiduisque, quæ ei subiecta sunt, dicitur: & Genus, quod infima Specie prius antiquiúsque est, de omnibus Formis infimis & Indiuiduis. Quæ autẽ Species est, modò de Indiuiduis omnibus, & Indiuiduum de vno solùm

23229

lum ſingulorum Indiuiduum autẽ Socrates dicitur, & hoc quod album eſt, & hic qui accedit Sophroniſci filius: Si modo ſocratẽ ſolum filium habeat. Quæ Indiuidua nominantur ex eo, quòd ex proprietatibus ſuis quicquè conſtat, quæ omnes in alio eædem eſſe nullo modo poſſunt: at hominis communis & vniuerſi proprietates, eædem eſſe poſſunt in multis, aut potiùs in omnib⁹ ſingulis, quia homines ſunt. Quare & Indiuiduum à Specie, & Species à Genere continetur: quippe cum Genus quiddam totum ſit, pars Indiuiduum: Species partim pars, partim totum: ita tamen, vt pars ſit alterius, totum non alterius, ſed in aliis ſit, ſiquidem totum in partib⁹ ineſt. Ac de Genere quidem & Specie, quidque ſit ſummum Genus, quid infima Species, quæque eadẽ Genera ſint & Species, quæ Indiuidua, quotque modis Genus & Species dicantur, diximus.

H ᵠ Actenus fusè quomodo Species ſub Genus ſubiecta ſit, docuit: nunc quo modo Genus de eadem iuxtà ac Indiuiduis dicatur, exponit, idq; vt earum Finitionum, quæ poſteriori loco à dicendi habitu ducebantur, ratio eluceat.] [Sed cùm quid Genus ſit, quid Species, explicatum ſit à nobis, cúmque vnum Genus ſit] ſupremum in quauis Categoria, [Species multæ, ſemper enim in multas partes] & Species [Genus diuiditur,] actu vel aptitudine [Gen⁹ quidem ſẽper de Specie dicitur, & ſuperiora omnia de inferioribus: Species autem neque de Genere proximo neque de Superioribus vllis dicitur] ϒ directè, propriè & legitimè,] [quod non reciprocetur,] hoc eſt, quia Species cum Genere proximo vel cum ſuperioribus conuerſim non dicitur: neque enim vt animal eſſe hominem, ſic hominem eſſe animal rectè poſſis dicere. [Aut enim paria de paribus dici oportet, vt quod ad hinniendum aptũ eſt de equo,] tanquam par de pari dicitur, [aut maiora de minoribus.] Quid ſit (Maius, Minus) quidque (Par) explicat Caietan⁹: illud enim Par eſſe dicit, ϛ quod non plura vel pauciora cõtinet quàm alterum. Maius autẽ, quod omne illud & plus etiam continet, quàm alterum complecti ſolet. Minus, quod non vniuerſam alicuius amplitudinem compræhendit. Primam definitionẽ probo, quod ſatis latè ſeipſam extendat, ſed illæ duæ mihi poſtremæ Definitiones non admodum placent: propterea quod ita in anguſtum agantur, vt non in ea omnia valeant, in quæ vocabula Mai⁹ & Minus. Siquidem cùm dicimus hominem eſſe candidum, minori id quod eſt, maius attribuimus, cum nihilominus ipſum ea minimè complectatur omnia, quæ ſub homine continentur. Eſt enim nemo tam demẽs & à ſua mẽte diſcedens, quin is facilè videat vnumquemq; hominem non eſſe candore perfuſum. Quare concludo, hoc verbum (Maius) omnia ea ſignificare attributa, quæ non conuerſim efferuntur, ſiue ſint ſuperiora ſiue aduentitia: atq; ea de cauſa cùm aptum ad riſum, duobus tamen Indiuiduis accommodatur, cuiuſmodi ſunt Plato & Socrates, non eſt enũtiatio Paris de Pari, ſed Maioris de Minori: cum aptũ eſſe ad riſum, cũ

ᵠ *Mathiſius.*

ϒ *Burleius.*

Quid ſit Par.

ϛ *Caietanus.*

Quid maius.

Quid minus.

Maius quid.

his

‡ *Louanienſ. cap. de propr.*

his non retrocommeat. Conſtat autem ferè inter omnes ‡ ridendi facultatem ſub quarto Attributo cõtineri, etiã cùm ad res ſingulas comparationem habeat:] de qua re alio loco explicatiùs erit diſputandum. Illud verò eſt enuntiatio paris de pari, cum vtraq; inter ſe reciprocantur. Omnis ergo differentia & propria paſſio, comparatione Speciei, ut rationis & riſus compos, reſpectu hominis, & omne proprium Accidens, hoc eſt, quod cum ſubiecto conuerſim dicitur, vt coloratum cũ corpore concreto, enuntiationes paris de pari efficiunt. Rationis verò & riſus particeps, de Platone & Socrate, non tanquam paria de paribus, ſed vt maiora de minoribus efferuntur: Latiùs enim ſe extendunt quàm Socrates & Plato. Simili etiam modo de colorato dicendum erit, quod de corpore ex elementis concreto & conflato enuntiatur, tãquam par de pari, de homine verò & de bruto, tanquam maius de minori. Non enim tantùm homo & brutum colore inficiuntur, præſertim cùm corporibus etiam inanimis color attribuatur. Id tamẽ eſt cautè præuidendum, quod tametſi omnem Enuntiationem ordinatã alicui attributi, neceſſe eſt, aut maioris eſſe de minori, aut paris de pari, non tamen è diuerſo oportet, omnem huiuſmodi enuntiationem legitimam eſſe, aut alicuius attributi, vt conſtat de iſtis, aptum ad riſum eſt aptum ad fletum, rationis particeps eſt ſubſtantia.] [At minora de maioribus dici non conuenit] directè & conuenienter: [neq; enim vt hominem eſſe animal dicis, ſic animal eſſe hominem rectè poſſis dicere.] ergo Species de Genere non legitimè dicitur, [in quibus,] hoc eſt, de quibus [autem Species dicitur, in ijs etiam Speciei Genus & Generis Genus ad primum,] & ſupremum Genus [vſque dicetur neceſſario:]

§ *Louanien.*

Inferiora de ſuperioribus non dici.

¥ *Ariſtot. in categorijs regula. i.*

¥ Cùm enim alterum de altero', tanquam de ſubiecto dicitur, quicquid de Prędicato dicitur, id omne de ſubiecto quoq; dicetur.] [Si enim verè dicitur, Socrates eſſe homo, & homo animal, animalq; Subſtantia, verè etiam Socrates dicetur eſſe animal & Subſtantia. Quando enim ſuperiora de inferioribus dicuntur, & Species de Indiuiduo, & Genus de Specie Indiuiduoq; dicetur.] Genus enim plus quàm Species continere dicitur, quia tam Formam, quàm Indiuiduum cõplectitur. Species res ſingulas tantùm comprehendit. [Summum autem Genus tum de genere] interiecto [dicitur, aut de Generibus, ſi multa ſint media] Genera ſub ſupremo Genere contenta, quę nobis quãdoq; ſunt ignota, [tum de Specie, tũ de Indiuiduo. Nam & ſummũ Genus de omnibus Generibus, Formis, Indiuiduis, quæ ei ſubiecta ſunt, dicitur: & Genus quod infima Specie prius antiquiusq; eſt,] ordine naturæ [de omnibus Formis infimis & Indiuiduis] affirmatur. Genus ſummum de omnibus Generibus in categoria ſua contentis dicitur, ſed non ea cõparatione qua ſũt Genera, ſed vt Formarũ, quę ſubijciuntur, naturã præ ſe ferũt. Cùm dicat igitur Porphyrius, Genus ſupremũ omnibus Generibus intermedijs accõmodari, nihil aliud vult, quàm primũ Genus de his, quæ ſunt Genera interiecta affirmari. [Quæ autem Species eſt modò] atq; tantùm, cuiuſmodi eſt infima Species [de Indiuiduis omnibus] Formæ ſubiectis, [& Indiuiduum] ȝ quemadmodũ ſignificat res ſubſtratas, nõ vt eſt vocabulum Artis & Secundæ impoſitionis,] [de vno ſingulorum,] hoc eſt, de ſeipſo dicitur, vt Plato eſt Plato.

Genus ſummum de Generib⁹ vt ſunt genera non dicitur.

ȝ *Burlæus.*

23229

to. ‡ Quare hæc nomina, Chriſtianus, Ciceronianus, Louanienſis, nequaquam ſunt Indiuidua, quia non vni ſoli cõueniũt, licet interim principale ſignificatum fortaſſis vnum ſit & ſingulare.] Nonnulli hãc Indiuidui definitionem quadam ex parte reclamant, ♀ partim quòd nõ verbis aientibus, ſed negantibus definiri debeat, quemadmodum ab Ariſtotele factitatum videmus: ♈ Singulare eſt, quod non eſt natum de pluribus enunciari.] Partim, quia hæc Indiuidui deſcriptio, quam nobis prębet Porphyrius, non verè in rerum ſingularum naturã quadrat: quia in quoduis Indiuiduum non valet, ſed ſolùm in Accidentium Indiuidua, quæ ſubiectis & fundamentis quibus nituntur, quandam denominationem & appellationem præbent: vt cùm dicitur, Socratem hoc ſingulari candore candidũ appellari. Indiuidua verò, quæ in categoria Subſtantiæ collocantur, neq; in natura rei, neq; fortuita enũtiatione de aliquo affirmantur.] ♑ Ex prima enim ſubſtantia, quoniã de ſubiecto nullo dicitur, nulla dicendi dicitur ratio.] Sed prima pars huius rationis Porphyrij ſententiam non labefactat. Quamuis enim nullum Indiuiduum multis aptari poſſit, non idcirco efficitur, Indiuiduum de vno tantùm non dici. ‡ Qui enim negat, Singulare de pluribus natũ eſſe dici, admittere videtur eum de vno poſſe affirmari.] Neque noſtras partes infirmant ea, quæ ex Ariſtotele adducit Auerrois, cùm nos Indiuidua de nullis legitimè dici concedamus. Caietanus autem patrocinium Porphyrij ſuſcipiens, duplicem conſtituit Enuntiãdi rationẽ, ♀ vnam Artis, alteram Naturæ. Enuntiationẽ artis eam eſſe, cuius vi & facultate, ignota cognita, obſcura aperta redduntur, vt homo eſt animal, homo aptum habet animum ad riſum, eamq; enuntiationem Ariſtotelem in categorijs intellexiſſe. Naturæ verò enuntiationem eam appellari, à qua id quod obſcurum & abditum, ac tenebris circũfuſum eſt, nihil lucis accipere ſolet: vt homo eſt homo: quem Enuntiandi modum ita approbat Boëtius, vt eam inter cæteras dicendi rationes, verum præcipuè attingere exiſtimet, non quòd ſit illa debita, iuſta, ac legitima dicẽdi ratio, eo modo, quo aut Genus de Formis, aut Formę & Species de rebus ſingulis dicũtur, ſed quòd, ſi rem ipſam ſpectemus, maximam veritatis notam habeat.] Quid enim veriùs dici poteſt, quàm Platonem eſſe Platonem? Sed dices forſan, ea propriè & legitimè de rebus dici, quæ naturam rei explicant: ſed Indiuiduum, in natura rei dicitur. Nam ♈ ſiue idem de ſe dicatur, ſiue Gen⁹ de eodem, naturam ſubſtãtiamq; declarat.] Quare ſi Plato de ſeipſo dicatur, ſuiipſius naturam demonſtrat. Hunc ſcrupulum paruo labore, nullóque errore remouebimus, ſi modò Ariſtotelis verba ita interpretari velimus: ♑ Siue idem de ſe, hoc eſt, ſiue Species de Indiuiduo dicatur, ſiue Genus de eodem, id eſt, ſiue Genus de Specie, naturam ſubſtantiamq; declarat.] [Indiuiduum autem] Determinatũ [Socrates dicitur,] ‡ eſt autem Indiuiduum determinatum, quod rem certam ſignificat, ſeu potius omne illud quod proprium habet nomen, Determinatum Indiuiduum appellatur, vt Plato, Bucephalus: [& hoc quod albũ eſt] .i. hoc albũ, quod ineſt huic ſubiecto, per quod indiuiduum Demonſtratiuũ ſignificatur. ♀ Ex Demõſtratione verò indiuiduum erit, cùm terminus communis cum pronomine demonſtratiuo ſumitur, vt hic homo.] Eſt tamen

‡ *Louanienſes.*

♀ *Auer. cap. de ſubſtantia pr. i.*

♈ *Ariſt. lib. i. de interpre.*

♑ *Ariſtot. in categorijs cap. de ſubſtantia, prop. i.*

‡ *Louanienſ.*

Duplex prędicatio.

♀ *Caietanus.*

Boëtius.

Obiectio.

♈ *Ariſt. lib. i. top cap. vij.*

Solutio.

♑ *Niphus & Alexander Aphrodyſeus lib. i. topicorũ.*

Indiuiduũ determinatum quid.

‡ *Raianus in prædicab. Caſ. cap. de indiui.*

Indiuiduũ demonſtatiuum quid.

♀ *Raian. cap. de indiuiduo.*

γ *Titilm. cap. de indiuiduo.*

tamen aduertendum, γ non omnia indifferẽter demonſtratiua pronomina Indiuidua ex Demonſtratione facere, ſed tãtùm ea quę ſunt Primitiuæ ſpeciei: quę enim ab alijs Primitiuis deriuata ſunt, nequaquam Indiuidua componunt, cùm terminis communibus adiungãtur. Cùm enim dico, veſtis mea, hortus meus, communia ſunt hæc, quia de multis ſecundum vnam eandemq; ſignificationem dicuntur, non autem ſingularia aut Indiuidua hanc conditionem ſuſcipere poſſunt. Illud etiam de natura Pronominis Demonſtratiui ſatis admiratione dignum videtur, quod tantæ potentiæ & efficatiæ ad conſtringendum & contrahendum eſt, vt tam facilè & nihil min⁹ Singulare efficiat, additum ſummo Generi, quàm ſi adhibueris infimæ cuilibet Speciei. Verbi gratia: tam eſt ſingulare & Indiuiduum, quod dico, hæc ſubſtantia, quàm ſi dicam, hic homo.][Et hic qui accidit Sophroniſci fili⁹, ſi modò Socratem ſolum filium habeat,]

ζ *Raianus in prædicab. Caſ. cap. de indiu.*

ζ Hoc verò Indiuidui genus ex Hypotheſi Indiuiduum nuncupatur, quod per ſe eſt cõmune nomen, ſed facta ſuppoſitione, de vno tantùm dicitur, vt Nicomachus, filius Ariſtotelis, ſi fingamus eum vnicum filium Ariſtotelis fuiſſe.] Eſt & aliud Indiuidui gen⁹, quod vulgò Vagum dicitur, ‡ aggregatum ex ſigno particulari & termino communi, circumlocutione quadam, vt quibuſdam viſum eſt, acceptum, ad aliquam rem ſingularem vago atque interminato modo ſignificandam, quæcunque illa fuerit, vt aliquis homo, quidam color.]

Indiuiduum Vagum.

‡ *Louanienſ.*

η *Petri Hiſp. cõmentator.*

Indiuiduum Vagum vnde dictum.

γ Dicitur autem Indiuiduum Vagum, partim quòd per omnes categorias vagetur, partim quòd ex impoſitione quoduis indiuiduum incertè ſignificet, partim quòd naturam præ ſe ferat re ipſa contractam, nobis tamen minimè exploratam.] Quare eſt in aperto, γ Indiuiduum non propter ſuam naturam (quæ eſt quibuſdam veluti limitibus terminata) Vagum appellari, ſed quod noſter intellectus illius ſignificationem non certò cognoſcat. Huiuſmodi autem indiuidui, quatuor ſunt genera. Aliud enim eſt tranſcendentis, vt aliquod Ens: aliud ſupremi Generis, vt quædam ſubſtantia: aliud interiecti, vt quoddam animal: aliud verò infimæ Speciei, vt aliquis homo.] Sed ξ huiuſmodi indiuiduorum non meminit Porphyrius, vtitur autem crebrò Ariſtoteles. Thomas autem & Caietanus cenſent huiuſmodi Vaga indiuidua ſub hac Porphyrij definitione non contineri, imò nec proprie indiuidua eſſe, cùm de multis vniuocè dicantur.] Atque Caietanus tantam enuntiandi poteſtatem huiuſmodi Indiuiduis ineſſe dicit, vt ea inter Attributa reponere nõ ita multùm hæſitet. Quod tamen non eſt admittendum: ſiue enim Vagantia illa indiuidua animo noſtro perluſtremus, ‡ quemadmodum æquè pro natura communi, ac ſingulari ſumuntur, non erunt inter Attributa collocanda, quia ſunt complexa. Quod ſi illorum ſignificationem conſideremus, à notionibus etiam vniverſis ſecludentur, quòd res ſingulas, licet à noſtra cognitione abhorrentes, præ ſe ferant. Atque hoc poſtremo modo ſub Porphyriana definitione comprehendi poſſunt.] [Quæ Indiuidua nominantur, ex eo quod ex proprietatibus ſuis] quæ ſunt, *Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus, Hæc ſeptem propria continet omnis homo.*] Quicque conſtat,] γ Conſtare hoc in loco non idem valet, quod conſiſtere, vel componi, cùm fieri omninò

Indiuidui Vagi quatuor ſunt genera.

ξ *Louanien. Ariſtotel. in categorijs cap. de ſubſtãtia.*

Thomas Aquinas.

Caietanus.

Indiuiduũ vagũ impropriè eſſe idiuiduũ.

Indiuiduũ vagum non eſt Vniuerſale.

‡ *Petri Hiſp. commentator.*

¶ *Louanienſ.*

γ *Louanienſes*

Cõſtare, quo-

23229

omnino non possit, Substantiam aliquam siue communem, siue singularem, ex huiusmodi proprietatibus, quarum plæraque pars Accidentia sunt, constitui:] licet ȝ vi & facultate intelligendi Indiuidua ex his Accidentibus constituta esse arbitremur, ob id quod hisce Accidentibus, quę in res singulas cadunt, vnum singulare ab alio separam⁹.] Aut ‡ cõstare ex proprietatibus, erit proprietates habere, quæ sunt nõ Accidentia aut propria, sed omnia siue cõmunia siue propria, quę quomodolibet vel intrinsecùs vel extrinsec⁹, de re quapiã dicuntur, non quemadmodũ intellectu, sed in rerũ natura reperiũtur. Proinde hominis cõmunis Proprietates sunt Substãtia, Corpus, Animal rationis, Risus & disciplinæ capax, aliæque passiones ex eius essentia manantes. Item habere neruos, ossa, caput, teste Aquinate & Caietano. Socratis itaque Proprietates sunt esse Caluum, ventrosum, deformem, Sophronisci Marmorij & Phanaretæ filium, &c. Est autem obseruandum, ⁹ Accidentia singularia proprietates has superiùs cõmemoratas non habere, sed potiùs aliorum Indiuiduorum proprietates dici.] [Quæ omnes] Proprietates [in alio] Indiuiduo [eædem] numero [esse nullo modò possunt,] licet eædem Specie esse possunt. Proinde non tam longa eget explicatione præsens definitio, quàm Louanienses in eadem sunt vsi. Nam cum dicant, superiùs vel in Materia, vel in Forma intelligi, negare equidem non possum: non tamẽ hanc distinctionem adeò necessariam puto, cùm non inficias eat Porphyrius, Proprietates illas in superioribus reperiri, sed in alio Indiuiduo non cerni. Quanquam etiam quædam ex his Proprietatibus alijs rebus singulis possint conuenire, vt vel eodem parente procreentur, idem habeant natale solum, & eodem nomine consignentur, non tamen omnes illæ vel eædem numero proprietates diuersis Indiuiduis vlla ratione possunt applicari. ϒ Vnde non possumus non mirari principem rerum Deum, qui in tam numerosa hominum copia, nunquam duo Indiuidua per omnia sibi similia effinxit.] Sed hoc in loco idq; merito quæri potest, an ipsa Indiuidua à Porphyrio definiantur? vel potiùs vox ipsa? Cui respõdendũ est, ȝ vocem definiri, vt res subiectas respicit, adeò vt aliud sit quod definitur, aliud cui definitio attribuitur.][At hominis communis & vniuersi proprietates,]cuiusmodi sunt Risus, fletus, & disciplinæ capax, [eędem esse possunt in multis: aut potiùs in omnibus singulis,]hominib⁹, [quia homines sũt,]Plato enim est ad risum procliuis, quoniam homo est. Hactenus breuiter & Laconicè Porphyrius pauca de Indiuiduo disseruit, ‡ vel eo præcipuè nomine, vt definitionem Speciei superius adhibitam apertiorem redderet. Nam in Speciei definitione ea quæ numero differunt, per quod Indiuidua significantur, collòcata erant.] [Quare & Indiuiduũ à Specie]potestate nõ actu, [& Species]etiã potestate[à Genere cõtinetur, quippe cũ gen⁹ quiddã totũ sit,]vniuersale[pars]subiecta[Indiuiduũ, Species partim pars]subiecta[partim totũ]Vniuersale. [Ita tamẽ vt] Species [pars sit] subiecta[alterius,] hoc est, Generis[totũ non alteri⁹] .i. ⁹ nõ est totũ vni⁹ tantũ Indiuidui, sed omniũ.] ȝ Satis namq; est Speciei, vt partis rationẽ subeat, si ad vnũ aliquid cõparetur, quanquã ipsa interim cũ alio sumatur: sed Species nõ induit plenã toti⁹ rationẽ, nisi

modo in Indiuidui definitione accipiendum.

ȝ *Antonius Andreas.*

‡ *Louanien.*

Aquinas.

Caietanus.

⁹ *Burleus.*

Louanienses.

ϒ *Raianus in prædi. Cæsarij cap. de indiui.*

Obiectio.

Solutio.

ȝ *Colonienses.*

‡ *Cõment. Petri Hispani.*

⁹ *Paul. Ven.*

ȝ *Louanien.*

Quomodo Species nõ sit totũ alterius.

nisi ad multa comparata, cùm totum non nisi ex multis constare possit, præcipuè si sit totum vniuersale cuiusmodi est Species. Nam necessario requiritur naturam communem ad multa comparari. Quemadmodum igitur Species vniuersæ notionis naturam subit, nõ ad vnum tantùm sed ad plura Indiuidua refertur. Illud verò non est omittendum ‡ duplicem esse partem: vnam quæ subest, alteram quæ pars integralis appellatur. Pars subiecta est, de qua quippiam directè & legitimè effertur, vt cum Indiuiduum ad Formam, Forma seu Species ad Genus comparatur. Pars integralis est principium, quod physicam alicuius constitutionem ingreditur, vt lapides & ligna in domus ædificatione. Pari ratione, duplex est Totum, vniuersale & integrale. Totum Vniuersale est, quod multis attribui potest. Integrale verò, quod ex huiusmodi partibus, quæ re ipsa & à toto & à seipsis differre solēt, naturaliter constituitur. Vniuersale totum ab integrali differt, quod totum Vniuersale in recto casu, integrale in obliquo de suis partibus affirmetur. Non enim aptè dici potest, lapides esse domum, sed potiùs in domo collocari. Est tàmen accommodata dicendi ratio, Socratem esse hominem. Vnde planè colligitur, partem subiectam & integralem, vnam esse eandemq; rem. Manus enim est pars, quæ corpori animato subijcitur, & hominis pars integralis nominatur. Simili etiam modo idem conditionem & totius Integralis, & Vniuersalis recipit. Nam domus est totum Vniuersale comparatione huius & illius domus, & totum est integrale, si ad lapides & ligna referatur. Vnde concluditur, idem ratione eiusdem, partis & totius conditionem habere. Genus enim totum Vniuersale & pars essentialis Speciei nuncupatur.] [Sed in alijs sit, siquidem totum] Vniuersale [in partibus inest. Ac de Genere quidem & Specie, quidque supremum Genus, quid infima Species, quęque eadem sunt & Genera & Species, quæ Indiuidua, quotq; modis Genus & Species dicantur, diximus.] ‡ Ex quibus verbis apparet, Porphyrium Genus & Speciem sub vno tantùm capite reposuisse.

‡ *Paul. Ven.* Pars duplex.

Totũ duplex.

Dubitari potest, an manus quatenus pars est, corpori animato subijciatur.

Genus, totum & pars appellatur.

‡ *Caietanus.*

An infimæ Formæ definitio rectè sit à Porphyrio statuta?

CAPVT VIII. QVAESTIO V.

QVanquam per se liquido sanè constat, Porphyrium in explicanda Formæ natura, omnes neruos & industriam cõtulisse, ita vt nihil in ea supersesse, nihil abesse videretur: non à re tamen, tyronum, ac eorum, qui in hac arte sunt mediocriter exercitati fore credo, si quemadmodum in nostri sermonis cursu de Genere fecimus, ad Formæ quoque vim & facultatem locupletius illuminandam, in vtramq; partem aliquandiu disputemus. Inducamus igitur illum qui contra dicit, ac illum qui respondet, disputantes, atq; ab illo qui contra disputat, sermo oriatur.

23229

tur.

Opponens.

Homo eſt Species, qui tamen non ſolùm de ſingulis hominibus, ſed etiam de anima dicitur: omnis igitur Species, non tantùm ſingulis rebus attribuitur. Aſſumptum hoc modo confirmatur: Quodcunque eſt rationis particeps, illud ipſum eſt homo: eſt autem anima rationis particeps, homo igitur eſt.

Reſpondens.

Argumentatio eſt fallax, ob id quòd à Subiecto completo ad Subordinatum deducitur. Nam cum dicimus, omne quod rationis eſt particeps, hominem eſſe, per hominem non tantùm totum compſitum, ſed etiam partem ſubordinatam (cuiuſmodi eſt anima) intelligere debemus. Quicquid igitur rationem habet, eſt homo uel pars hominis: vt cùm dico, ſolũ hominem eſſe diſciplinæ capacem, particula [Solum] animam non excludit, cùm anima etiam diſciplinæ ſit capax, vt ſapienter ait Hunæus. Aduerſo item modo fallaces concluſiones à parte ad totum duci ſolent, vt exempli cauſa: oculus tantùm videndi facultatem habet, homo igitur non videt, quiá non eſt oculus: cum vocabulum [tantum] totum compoſitum excludere minimè valeat.

Solutio.

Auguſtinus Hunæus cap. de proprio.

Opponens.

Aut homo vniuerſus eſt Species, aut Singularis: non Vniuerſus, nam de multis non dicitur, cùm enim Platonem hominem eſſe aſſero, illum non Vniuerſum eſſe hominem, ſed potiùs ſingularem volo: aut ergo dicendum eſt, hominem ſingularem Speciem eſſe, quod eſt impoſſibile, aut Speciem de multis non dici, quod non eſt ueriſimile.

Obiectio.

Reſpondens.

Homo Species eſt, atque in multis ille quidem cernitur, non tamen vt in ſua confuſa natura conſideratur, ſed vt quibuſdam differentijs è materia manantibus reſtringitur, & coarctatur. Poſtquam enim mens appræhendit naturam hominis eandem in multis, quæ numero tantùm differũt, reperiri, tum homini Speciei notionem attribuit: homo igitur eſt Species in re (vt ita dicam) quòd de rebus ſingulis efferatur: ſed homo Vniuerſus, eſt Species poſt rem, Forma ab intellectu excogitata, atque ex omnibus rebus ſingulis deducta. Non ergò in eo non probandus Paulus Venetus, quòd hominem communem (ſi modò propriè ac Dialectícè loqui velimus) eſſe Speciem neget, ſed potiùs hominem, Speciei conditionem accipere. Non enim eſt ex natura Platonis, vt ſit homo vniuerſus: homo igitur communis, vt eſt cõmunis, de multis non dicitur, ſed vt eius natura contracta redditur.

Solutio.

Paulus Vene. in cõmunitat. & differetijs omnium prædicabilium.

Opponentis replicatio.

Homo eſt animal vniuerſum, ergô Plato eſt homo communis; vt enim Genus ad Speciem eſt affectum, ſic Species ad Indiuidua.

Replicatio.

Reſpondentis dilutio.

Neganda eſt ratio, cùm ſit ex ambigua vniuerſi animalis ſigni-

Dilutio.

ficatione deducta. Cum enim dicitur, hominem animal esse vniuersum, postrema pars illius Enuntiationis, in duo significata deduci potest: vel vt sit animal cõfusũ, cuiꝰ natura ad diuersas Species peruenire potest, & ita hominem vniuersum esse animal inficiamur: vel vt essẽtiam tantummodo in rebus singulis repertam significet, atque ea ratione hominem vniuersum esse animal concedimus. Cum ergo concluditur, hominem cõmunem de Indiuiduis efferri, quòd animal vniuersum homini applicetur, rationem firmam esse concederemus, si modò homo esset animal illud vniuersum, quod sub suo ambitu varias Formas comprehenderet. Quare cùm homo sit commune animal, non quia de eo animal dicitur, sed quia hominis natura multis est attributa, idcirco neque Plato erit communis homo, licet sit homo, quoniam Platonis essentia tantùm de Platone dicitur.

Opponens.

Obiectio. Homo est Species, non tamen solum multis quæ numero differunt accommodatur, cùm de viro & vxore dicatur: non est igitur Speciei descriptio satis apta.

Respondens.

Solutio. Non est, in quo multùm Interpretes hic reprehendi possunt, cùm ea quæ respondent, non ita sunt à veritate remota, quin & tuto satis à quouis Dialectico admitti, & probabiliter admodum ab vnoquoque Peripatetico defendi possint. Illorum tantùm obscuritatem accusamus, qui in conclusione nulla difficultate inuoluta, tam obscurè se ipsos interpretantur, vt in ea dissoluenda suis rationibus lucem eriperent, & quasi noctem quandam offunderent. Nos verò ea, quæ ab his confusè disputata erant, explicatiùs & vberiùs, quoad fieri potest, enodabimus. Proinde virum & fœminam & vnumquodque accidens, quod subiecto, cui inhæret, appellationem tribuit, in duas distribuimus significationes: vnam, qua suas naturas: alteram, qua subiecta significant, cui nituntur. Quibus (vt euidentior futura sit disputatio) exempla adiungam: candidum igitur & atrum, aut nudas qualitates, aut subiectum (cuiusmodi est homo) cui insunt, præ se ferre possunt. Quod & de viro & muliere est opinandum. Cùm itaque candidum, atrum, vir & fœmina homines esse dicuntur, non est illud ita accipiendum, quasi aduentitiæ illæ naturæ, hominis naturam haberent, sed potiùs ipsæ res, quibus hæc inhærent, hominem significare putantur. Hominem igitur candore perfusum, non ipsum candidum & atrum hominem esse statuimus. Vt igitur admittam, candidum & atrum, virum & fœminam differre Specie, tamen subiecta Specie non differũt: homo verò de subiectis & non de naturis illis fortuitis, quæ Specie differunt, effertur.

Replicatio opponentis.

Replicatio. ꝙ Vir & mulier magis differunt quàm duo viri, sed duo viri nu-
ꝙ *Cõment. Petri Hispani.* mero inter se separantur, ergò vir & mulier Specie.

Respondentis

23229

Reſpondentis dilutio.

Ratio non eſt aptè concluſa, quandoquidem illa, quorum eſſentiæ pluſquam numero differunt, Specie diſcrepare iure dicuntur: non autem ea, quæ fortuito & ratione accidentium ab inuicem ſeparantur.] At verò vir & mulier æquè in eandem naturam ac duo viri coguntur, licet ſexus illorum ſit diuerſus & diſcrepans. ϒ Nam cum Species vi & facultate, non Materię, ſed Formę ſeiungantur, vir & fœmina, licet ſunt paſſiones quędam ab animali profluentes, non tamen in numero differentiarum habentur, earum præſertim, quę à Forma manare dicũtur: ſunt igitur aut Differentiæ, quæ à materia proueniunt, aut Accidentia, quæ gratia materiæ homini inhærent.] Dilutio. ϒ *Paul. Ven. in epitom. metaphyſic.*

Opponens.

ϛ Res ſingulæ Naturam non habent: Species igitur in Naturæ quæſtione de illis minimè dicitur. Obiectio. ϛ *Cõmentator Petri Hiſp.*

Reſpondens.

Res ſingulæ bifariam conſiderari poſſunt: vno modo quemadmodum ſunt res ſingulares, quæ fluxum naturæ communis & vniuerſæ quibuſdam terminis claudunt, & ita de illis enuntiatur Species, cuius natura donantur: altero, vt proprijs & proximis naturæ ſingularis principijs in ſua eſſentia cõſtituuntur, eoq; modo res ſingulas in Formæ natura comprehendi, non conſideramus.] Solutio.

Opponens.

ϒ Quod nequit interire, de eo quod interitui eſt obnoxium non dicitur, ſed Species ad interitum perduci non poteſt, Indiuidua verò poſſunt: ergò Species de Indiuiduis non affirmatur. Obiectio. *Antonius Andreas.*

Reſpondens.

Species, vt eſt in rebus ſingulis, ad interitum venire ſolet, quamuis vi ſua ſit ęterna, quia continuatione quadam in diuerſis Indiuiduis ſub Specie ſubiecta, ſemper & perpetuò remanet.] Solutio.

Opponens.

‡ In hac enuntiatione [Socrates eſt homo,] Species de vno ſolo, puta de Socrate dicitur: ea igitur neceſſitate Species non eſt aſtricta, vt multis accommodetur. Obiectio. ‡ *Comment. Petri Hiſp.*

Reſpondens.

Damus hominem de vno tantùm dici, cum illam habeat potentiam, vt in omnibus rebus ſingulis ſub Forma comprehenſis repertatur. Solutio.

Opponentis replicatio.

Species actu de vno ſolo effertur, ergo & potentia: ab actu enim ad potentiam, apta ducitur concluſio: namq; rectè ſequitur, Socrates tenet lapidem, lapidem idcirco tenere poteſt. Replicatio.

Respondentis dilutio.

Dilutio. Argumentatio ab actu ad potentiã deducta, in Pronuntiatis Aientibus non in Negantib⁹, vires suas exercet: proinde præsens argumẽtum Axiomate illo, non omnino debet confirmari, cum in ratione, hęc vox [Solum] negationem in se inclusam habeat.]

Opponens.

Obiectio. ♀ Caput est Species infima, quod nihilominus de multis, quę Specie differunt, dicitur, de capite nempe humano, & equino: id circo vltima Species, non tantùm in rebus singulis cernitur.

♀ *Ioãnes Maioris Scotus.*

Respondens.

Solutio. Caput est Species intermedia, non postrema, sub quo caput humanum, & reliqua capita continentur, quę in numero Formarum infimarum habentur: & quamuis caput Asini, sit caput hominis, non tamen est caput humanum, ex quo efficitur, vt caput humanum de pluribus Specie differentibus non dicatur.]

Aliquid est caput hominis, quod non est caput humanum.

Opponens.

♀ *Colonien.* ♀ Quicquid est & per se subsistit in sua potestate, non habet vt propriam naturam multis tribuat, est autem Species huiusmodi: in nullis igitur indiuiduis reponitur.

Respondens.

Solutio. Quamuis Species sit absoluta & perfecta gratia Formæ, non tamẽ vi & facultate materiæ: cùm per hanc in multas partes diuidi atq; distribui valeat, per illam nõ possit: vel occurrere licebit, assumptum esse veritatis expers, cùm non ita completè, absolutè, ac perfectè, vt Indiuiduum, subsistat.]

Opponens.

Obiectio. Homo est Species, attamen de multis quæ Specie differunt, dicitur: ergo Species non tantùm his quę numero solo discrepãt, attribuitur. assumptio probatur, dicitur de homine viuo ac de homine cæco: sed homo viuus & homo cæcus differunt Specie, ergo de Specie differentibus enuntiatur. Assumptum corroboratur: homo mortuus differt ab homine viuo Specie, sed homo cæcus est mortuus, ergò à viuo natura discrepat. Confirmo Minorem: homo qui aspectum habet est in vita, cæcus igitur est morte deletus: nam si habitus sequatur habitum, & priuatio priuationem. ♀ Quemadmodum enim aspectum sensus sequitur, sic cæcitatem sensus priuatio.]

♀ *Arist. lib. xx. top. cap. ij*

Respondens.

Solutio. ♃ Aristotelis verba tum locum habent, cum res subiecta Habitum & ei⁹ Priuationem non sequitur, quapropter cum vita in argumẽtatione non minus sequatur aspectus priuationem, quàm aspectũ, minimè debet illud ex Philosophi loco concludi.] Nam vt sequitur, hominem idcirco vitæ cursum aliquem retinere, quia aspectum habet, ita consequens

♃ *Niphus lib. ij. top. cap. iij.*

23229

quens eſt, hominem eam ob cauſam, vita & ſpiritu frui, quòd illum oculorum ſenſu orbatum eſſe dicimus. ‡ Quo enim tempore in vita non manet Socrates vtrũq; falſum eſt, & aſpicere eum & cęcũ eſſe.]

‡ *Ariſtot. in categor. cap. de contrarijs.*

Opponens.

ꝙ Linea eſt infima Species, quę tamen vt [Ariſtoteli placet] Genꝰ eſt rectæ & curuæ lineæ: vltima igitur Species, de multis quæ Specie diuiduntur, enuntiatur.

Obiectio. ꝙ *Paul. Ven. Ariſtot. lib. vij. phyſicorũ.*

Reſpondens.

Cùm dicat Ariſtoteles Lineam eſſe Genus lineæ rectæ & curuæ, non vult lineam Genus eſſe Dialecticum, ſed Phyſicum, ſeu naturale, eo modo quo ſcribit libro ſeptimo primæ Phyloſophiæ, Superficiem genus eſſe coloris, non quod de colore dicatur, ſed quod color ſuperficiei inhæreat: pari ratione linea naturale Genus lineę rectæ & curuę appellatur, quemadmodum rectum & curuũ in linea, tanquam in ſubiecto, reponuntur. Quicquid enim aliquam formam in ſe recipit, Genus naturale, eo loci ab Ariſtotele vocatur; adeò vt non ſolum illud, quod eſt multorum efficiens principium, cuiuſmodi ſunt Iupiter & Tantalus, ſed etiam ſubiectum quòd primo in ſe multa recipit, Genus naturale nũcupatur, qualis eſt materia prima, cum ad Formas eas, quę in numero Subſtantiarum habentur, & ſuperficies ad colorem, & linea ad rectum & curuum, comparatur.

Solutio.

Opponens.

Si Species de Indiuiduis diceretur, aut ambiguè aut vno modo, ſed non ambiguè, quia diuerſis rationibus in res ſingulas minimè deſcendit: neq; item vno modo, quod hac ratione perſpici licet. Qualem habet Genus ad Formas affectionem, eandem habet Forma ad res Singulas, ſed Genus ὁμωνύμως, de ſubiectis Formis enuntiatur (ꝙ Genus enim non eſt vnum quiddam, ob eámque cauſam multas latebras habet). Species igitur de Indiuiduis ambiguè] dicitur.

Obiectio. ꝙ *Ariſt. lib. vij. phy. ca. iiij.*

Reſpondens.

Ariſtoteles eo loci, varias eſſe ambiguitates meminit: ϒ alias quæ ſolo nomine conueniant, nullamq; vnitatem propemodum habeant: vt quæ Æquiuoca caſu dicuntur, vt nomina quædam, quibus ijſdem montes, flumina, ciuitatéſq; ſępe appellantur. Alias verò eſſe, quæ aliqua teneantur ſimilitudine, vt vocabulum Canis, aut Lupus, quod ob aliquam ſimilitudinem, terreſtre animal, & aquatile ſignificat. Animal etiam de viuo & picto ob ſimilitudinem dicitur. Alias rurſus ait eſſe, quæ Genere, aut Analogia, habeant propinquitatem: Genere, ut Generum omnium, quorum aliqua eſt ambiguitas, quia naturam vnã, vt Speciei, (hæc enim tantum Generi negatur, non omnino vna natura) non habet. Has ambiguitates, quæ aut Genere, aut Analogia, propinquæ ſunt, nõ videri ambiguitates, ob huiuſmodi propinquitatem Ariſtoteles inquit. Genera enim omnino Vniuoca nobis videntur, atq; etiam ipſa Analoga.]

Solutio. ϒ *Vico Mercatus lib. vij. phyſicorum.*

An Summi & interiecti Generis definitiones & diuiſiones, legitimè à Porphyrio explicentur?

CAPVT IX. QVAESTIO VI.

QVid ſit Genus Supremum, quid Interiectum, quid item intermedia & vltima Species, ſatis explicatè ſuprà cum monſtrauit Porphyrius. Cùm autem illæ definitiones, communi Dialecticorum ſcholæ admodum placeant, non eſt quòd in illarum enodatione, vel commentatione aliquam operam ponamus, ſed vt argumenta in vtramq; partem, ea qua poſſimus breuitate, afferamus.

Opponens.

Obiectio. ‡ *Colonienſ. Commentator Petri Hiſpani*

‡ Contraria in vnam rem cadere nequeunt, ſed Genus & Species ſibi inuicem repugnant: interiectis igitur Generibus minimè valent conuenire.

Reſpondens.

Solutio. Cùm Genus & Species nudas voces ſignificant, inter contrarias & repugnantes naturas locantur: hæc enim vox [Genus] Species non eſt, ſed cum ad res ſubſtratas ſignificandas imponuntur, vnum idemq; diuerſa comparatione & Generis & Speciei nomen continebit.

Opponentis replicatio.

Replicatio. Genus & Formæ ſunt duæ Species diſiunctæ atq; ſeparatæ notionis vniuerſæ, vt homo & aſinus quæ ſub animali ponuntur, inter ſe diſcrepant: ſed homo aſinus eſſe non poteſt, ergò nec Forma Genus.]

Reſpondentis dilutio.

Dilutio. Genus & Species infima, quæ de Indiuiduis effertur, ſunt ſeparatæ Species vniuerſæ notionis, quod non eſt verum, ſi ſubiectam Speciem intelligas: ſunt autem interiecta Genera, Species non vltimæ ſed quæ Generi ſubſunt.]

Opponens.

Obiectio. ‡ *Boëtius in li. 1 de diuiſi.* § *Colonienſes*

‡ Vnumquodq; Genus per oppoſitas Differentias, in diuerſas Formas diuidi ſolet:] § ergo Genus ſummum & intermedium differentijs, quæ Gen⁹ primum & interiectum efficiunt, diuidi neceſſe eſt. Sed quicquid ſub Genere differentijs conſtituitur, eſt Species, illa igitur Generis in Formas eſt appellanda diſtributio, quod abſurdum alienúmq; videtur.

Reſpondens.

Solutio. Boëtij Axioma vires ſuas habet, in res, quæ propriè ſunt Genera, non cùm Generis vocabulum diuiditur, vt in hac diuiſione, in qua noſtra verſatur oratio, facile licebit perſpicere.]

Opponens.

Obiectio Quicquid habet ſuperius Genus, non eſt ſupremum Genus, at decem

23229

cem prima Genera à Porphyrio commemorata, Superiora Genera habent, non erunt igitur Genera summa. Ac vt confirmem Minorem, noster sermo de Substantia erit. Quæro igitur an Substantia habeat nec ne Essentiam aliquam? Habet inquis, alioqui non esset Genus: deinde peto, an à seipsa habeat? Respondebis, idq; verè, à seipsa illam Essentiam minimè posse accipere, cùm [g] nihil sibi ipsi naturam impartiri possit.] Foret enim eo modo idem seipso Prius & Posterius. Nam quod Essentiam ab aliquo accipit, eo, à quo illam habet, est necessariò Posterius. Ad extremum peto, an ex nihilo habeat? Quòd si in eam sententiam velis descendere, profectò in id ipsum te iudices, quod ne adumbratam quidem veritatis notam in se continet: cùm [r] communis eorum, qui de natura disseruerint, sit sentẽtia, ex nihilo nihil fieri.] Ab alio idcirco suam accipere naturam est Consequens, & efficitur: hoc autem posito & concesso, hunc in modum concludo: Quicquid naturam Dialecticam alicui accommodat, est vel Definitio, vel Genus, vel Species, vel Differentia eius rei, cui illam essentiam tribuit. Si concedamus, Substantiam habere definitionem, tum sub Genere superiori ac Differentia comprehendetur: [s] quandoquidem omnis Definitio ex Genere & Differentia constet.] At Species Supremo Generi naturam ullam attribuere nequit, cùm tantùm in rebus singulis dicatur: nec Differentiam habet constituentem, quoniã omnis Differentia superius genus diuidit: ergo necessariò relinquitur Superiori alicui generi substantiam suam essentiam acceptam ferre, quod est falsum: aut illam naturæ ac essentiæ prorsus esse expertem, quod non est verum.

[g] *Valerius in physi. institut. cap. de mũdo.*

[r] *Arist. lib. i. phy. cap. iij.*

[s] *Porphy. cap. de differetia.*

Respondens.

Sunt qui rationem esse concedendam volunt, substantiamq; superiùs Genus habere, naturæ perspectum licet nostram cognitionem fugiat: proinde statuunt illi Substantiam ex nostra tantùm notitia dependere, vt inter prima Genera reponatur. Sed huiusmodi homines, se ipsos in argumentis soluendis non multum perturbare decreuerũt, atq; prestantiùs esse duxerunt, potiùs quicquid in buccas venerit proferre, quàm in veritate inuestiganda, aliquid laboris insumere. Quod si esset aliquod Genus superius Substantia, quod nulla probabili ratione nititur, tamen vis & essentia rationis adhuc remaneret: cùm quęri idq; probabiliter potuisset, à quo superiùs illud Genus naturæ tantummodo perspectum suam haberet naturam? an à seipso, an ex nihilo, aut alio? Alij respondent, Substãtiam nihil aliud esse, quàm omnia sua inferiora, ideoq; eam quam habet naturam, ex rebus subiectis accipere. Sed hæc solutio mihi non admodum placet, quamuis enim re ipsa supremum Genus, ab omnibus suis inferioribus, tamen intelligendi vi & facultate, ab illis discrepat: vt illud etiam interim silentio committatur, supremum Genus suis inferioribus posterius fore, si modò ab illis suam naturam deduceret. Sed remotis his commentitijs futilibusq; sententijs, acutissimis oculis naturæ bonitatem nostris animis lustremus, quę omni qua possit ratione contendit, vt finitam naturam rebus assignet, atq; tam capitali odio ab Infinito dissidet, vt nullũ nõ mouere soleat lapidem, quò infinitum è rerũ natura funditùs euellat,

ob eamq;

Arist. lib. iij. physicorum. ob eámque cauſam, Infinitum eſſe in rerum natura negat Ariſtoteles. Ne ergò naturæ, ſeu capita vniuſcuiuſq; Categoriæ, in immenſum & infinitum progredi viderentur, impoſuit natura vnicuiq; Categoriæ quoddam caput & finem, quo nullam aliam eſſentiam ſuperiorem eſſe voluit. Atque idcirco mens noſtra naturam ipſam primis Generibus eſſentiam impartiri conſiderat, quæ eſſentia, cum ex Genere & Differentia non oriatur, pura ac ſimplex appellatur. Cum autem dicitur, illud omne eſſe ex eſſentia eius rei, cui naturam tribuit, reſpondemus enuntiationem illam non eſſe vniuerſam, nec in omnibus veritatem continere. Differentię enim [vt Porphyrio placet] ſuam deducunt naturam ex Genere: attamen Genus illorum eſſentia non eſt dicenda, cum de illis neutiquam efferatur. Quod ſi hoc pronuntiatum non eſſet falſum, non tamen in his locum haberet, quæ naturam alicui extra Genus attribuunt, quod in Subſtantia perſpici poteſt, cui natura impartitur eſſentiam non tanquam res in Genere, ſed extra Gen°. Sed de his ſatis ferme dictum puto.

Porphyri. cap. de differentia

An Sol, Luna, Mundus, Phœnix, Gabriel, ſub infimæ Formæ definitione contineantur?

CAPVT X. QVAESTIO VII.

‡ *Arboreus.* RESpondet ‡ Arboreus, voces illas Species non eſſe, nec ſimpliciter Indiuidua, licet dicantur ex Suppoſitione Indiuidua, cùm rem vnaquæq; illarum ſingularem & Indiuiduam habeat. Partim conueniunt cum Indiuiduis: nam vnicam rem habent, & ſingularem, & rem ipſam conſiderando, de vno ſolo, vt Indiuidua prædicantur. Partim diſconueniunt, quia rationem habent communem. Partim etiam cum Formis conſpirant, nam rationem habent communem, ſecundum quam eas Boëtius in Species reuocat. Partim diſſentiunt, quia plura non habent Indiuidua de quibus prædicantur, & ſecundum hanc conſiderationem in Indiuidua reuocantur.] ♀ Quatenus tales naturæ conſiderantur, vt Forma cum Materia copulata eſt, quia ſic aſpectabiles ſunt, non poſſunt non ad Indiuidua referri. Quatenus verò ipſarum Forma per ſe concipitur, ab aſpectabili Materia cogitatione auulſa, Species quædam ſunt ac Formæ, quæ tametſi in rebus ſingulis inhærent, apta tamen ſunt, quæ pluribus alijs communicentur. Ita de hac quæſtione Ariſtoteles ſtatuit. Ad hunc modum & de Phœnice ſtatuendum eſt, quæ vnica Arabiæ auis eſt, è cuius crematæ cinere, aliam Phœnicẽ excitari authores tradunt: de quo Ouidius & Lactantius in Carmine quod Phœnix inſcribitur,] atq; in Matthiſii ſententia eſt maxima pars ſcholæ Peripateticæ, quæ Solem & lunam, cæteraſq; illas naturas ex eo Species eſſe probat, quòd de his, quę numero & ſigillatim differũt, enuntiandi facultatẽ habent. ♀ Licet enim Sol, vno tantùm Indiuiduo ſuam naturam communicet, non tamen idem eſt ad Solem atque hunc Solem, orationem accommodare:] ♀ neque ſuam Sol amittit aptitudinem, quia multis ſuam naturam accommodet, ita vt ſolis naturam minimè commutare, illique nouam eſſentiam importere non neceſſum

Arboreum.

♀ *Matthiſius*

Arist. lib. i. de cœlo. cap. ix Item lib. vij. metaphyſic. cap. xv.

Ouidius libro xv. metamor.

Lactantius.

♀ *Cõmentator Petri Hiſpani*

Petrus de Bruxellis.

Caietanus.

♀ *Iohãnes Maioris Scotus.*

23229

necessum haberemus, si modò plures in rerum natura Soles constarent.] ⁑ Impedimenti enim nihil est in Solis forma, sed materia, cui repugnat plures in rerum natura Soles consistere.] Quòd si ad res huiusmodi adhibeas orationem, te quoduis Indiuiduum in Formarum numero poni comprobaturum, ‡ quandoquidem si ⁘ plures essent, (vt ita dicam) Socrates, tum de illis Socrates diceretur.] Respondemus argumentationem non omninò esse similem, cùm nunquã Socrates in multis dici possit, nisi interim eius quoq; vis & natura penitus immutetur, & ab ea in qua nunc est singulari natura ad alterã, hoc est, vniuersam transferatur: quod tamen de sole intelligi nequit, quandoquidem illius natura tam latè se extẽdit, vt si soles essent varij, absque illius naturæ commutatione, vno eodémque modo de illis diceretur.] ⁘ Quamuis igitur ob defectum rerum, non possunt fortasse huiusmodi Species de pluribus verè prædicari, ipsa tamen vocabula secundum significationem, quã habent, apta sunt, vt de pluribus Indiuiduis efferantur. Nam nomen (Sol) cùm planetam (quem poëta elegantissimè mundi oculum appellauit,) non est, vt hic Sol, significet, sed quatenus in tali Specie constitutus, hoc est, quatenus est sol, sicut homo Iohannem significat, non vt est Iohannes (sic enim non potest etiam de Petro dici) sed quatenus est homo, atq; ideò terminus ex sua significatione potentiam habere dicitur, vt de multis dici possit. Neque dicenda est huiusmodi aptitudo esse frustra, quamuis non possit fortè vnquam ad actum reduci. Satis enim est, vt aptitudo sit frustra, ipsam in simili secundum Speciem, aut Genus vnde profluit & originem ducit, ad actum non reduci. Alioqui frustra & inaniter poneremus in cęco aptitudinem ad uidendum, licet alij ϒ Axioma illud non in aptitudine, sed potestate vires obtinere velint, cùm potentia sit ordo quidam ad actũ cõparatus, aptitudo non sit.] Suprà ⁑ diximus (fortè) quia nõ in omnibus enumeratis, impossibile est illam aptitudinem reduci ad actum, cũ Phœnix de pluribus actu possit prædicari, licet non vno tempore, sed successione quadam.] ‡ Natura enim (vt Aristoteli visum est) eodem tempore plures esse Phœnices non patitur: cõplures tamen successione, ex alterius interitu oriuntur. Nam Phœnix (si Isidoro fidem tribuere velimus) cum annos suæ vitæ quingentos agat, collectis aromatum virgulis, rogum sibi struit, & conuersa ad solis radios, ex alarum concussione, data opera & sponte sua incendiũ nutrit, & se ipsam combustione illa ad interitum perducit, è cuius cinere altera oritur, ex quo nascitur illud: Sitne masculus, vel fœmina? Ad quod dicitur, vtriusq; sexus expertem esse, ob id, quòd seminis propagatione nec alias procreat, neq; item procreatur. Quapropter nõ habet quæ ad procreationem in cæteris animantibus ordinantur instrumenta, siquidem natura nihil frustra facit. Alij tamen Phœnicem masculum, alij fœminam esse arbitrantur.] Quòd si Solem, mundum, & alias item formas ⁘ intelligamus, facilè quis defenderet, eam etiam ad actũ reduci posse, dicendo: hic sol est sol, ille sol est sol, demonstrato in secunda enuntiatione per intellectum alio quodam sole, qui nec est, nec per naturam esse potest.] Quod ad Angelos autem, (cuiusmodi sunt Michaël, Gabriel) spectet, an in Formarum numero habeantur, necne? in magnam contro-

⁑ Cõmẽt. Aquinatis & Petri Hispani
‡ Iohannes de Calaya. cap de termino sing. Solutio.
⁘ Iohãnes Maioris Scotus.
⁘ Louanienses
ϒ Petri Hisp. cõmentator.
⁑ Louanien.
‡ Petri Hisp. commentator. Aristoteles de animali.
⁘ Cõmentator Petri Hispa.

Thomistæ. Scotistæ. controuersiam & disceptationem à Thomæ & Scoti familia vocatur. Caietanus tam diligenter ea tuetur quæ à Thoma accepit, vt ab illius finibus minimè possit diuelli. Acerbiùs etiam in Scotũ inuehitur, insectaturq; vehementiùs, quòd duos Angelos in eadem Specie poni cõcederet. Nam cùm † vnaquæuis natura, quæ tanquam notio communis, sub intelligentiam cadit, multis suam naturam communicare possit, æquum esse ait Scotus, vt cùm Angeli mente & cogitatione comprehendantur, varias naturas sub suo ambitu complectantur. [Quam opinionem à veritate plurimùm abhorrere, Thomę testimonio probat Caietanus. Cùm enim Substantiæ incorporeæ ab omni materia sint secretæ ac separatæ, in illis idcirco rerum singularum copiam reperiri nulla conditione potest. Atq; ea de causa, minimè opus esse dicitur, plura Indiuidua à substantijs illis separatis, sub eadem Forma contineri, sed tot esse Species, quot sunt numero indiuidua, cuius rei locupletissimus est Auicenna testis.] ‡ Illas tamen Species de multis dici volumus aptitudine quadam, non Physica, hoc est, vt plura Indiuidua illius formæ simul, vel successione quadam esse valeant, sed vt ad plura comparatur, ea ratione qua mente atque animo apprehenditur, in quibus illius natura aptitudine Dialectica dici mente & intelligentia concipitur.] ‡ Hoc igitur diligenter videndum est, hominem, Solem, Phœnicem, Gabrielem, Chymæram, & Deum, diuersa ratione ad formæ definitionem, affectionem habere: homo Actu, Potentia, & Aptitudine: Sol actu & re vera nunquam, sed sola aptitudine: Phœnix successione quadam: Gabriel aptitudine, ratione intellectus, multis rebus attribuitur. Eó enim cogitationes nostras dirigimus, vt cũ Gabrielem mentibus nostris ac animis comprehendamus, Speciem intelligamus: cùm verò in hac & illa cogitatione versamur, tum notionem quãdam singularem, ratione & intelligentia constrictam, teneamus. Chymæra verò, neq; aptitudine, neq; potentia, neq; actu, sed opinione & imaginatione quadam in multis cernitur. At verò Deus, nulla ratione in Formarum numero reponi poterit, cùm speciei ratio prorsus illi aduersetur.] Sed in hac controuersia longiùs progredi nolo, præsertim cùm in immẽsum ac propè infinitum serperet vtriusq; partis argutias sub vno aspectu atque oratione ponere-

† Scotus. ij. dist. iij. quæst. vij.

† Aquinas lib. de esse & essetia. cap. v.

§ Caietanus.

‡ Commẽtat. Petri Hispani

An Anima sit Genus, vel Species?

CAPVT XI. QVAESTIO VIII.



A est huius quæstionis difficultas & asperitas, atque de ea, tam variæ sunt doctissimorum hominum, & discrepantes sententiæ, ac vtraq; opinio tantùm habet disputationis, vt in quam sententiam ire & descendere debeam, minimè satis constituere possim. At ne multus esse videar, & in hoc certamine multiplex, sententias interpretum, quam quod id potest fieri breuissimè in medio ponam. Sed est nonnihil interim illa nobis impedimento, non tam vetus, quàm adhuc sæpè sub indice iactata controuersia: an tres animæ in homine reperiantur? an tantùm vna? Deinde, an etiam tres illæ potentiæ, quæ sunt Vigendi, Sentiendi,

23229

ſentiendi & ratiocinandi facultates, re inter ſe ſeparẽtur, an ab anima re nec ne diſcrepent? Hæc, inquam, mirum in modũ orationem impediũt, cùm abſq; horum enucleatione, ad pręſentis ſcrupuli veritatẽ nũ quam aſpirare valeamus. Eſt igitur opinio ipſa ratione cõſtituta, manetq; ad vnum omnium firma conſenſio, ♀ hominem tres animas non habere, ſed vnam tantùm, ratiocinãdi vi & facultate imbutam, ♀quæ etiam officijs ſentientis ac vigentis animæ fungi dicitur: neque brutum duas habere animas, ſed tantummodo vnam, nimirum eam, quæ ſenſus eſt compos, quæ partes quoque animæ vigentis ſubire ſolet.] Secundam & tertiam dubitationem inferius diſcutiemus. Cùm autem in controuerſia ponatur, an anima vel Generis, vel Formæ nomen ſibi aſſumet? Reſpondent nonnulli, ♀ animam, vt de ea quæ viget, ſentit ac rationem habet, dicitur, quandam Generis, ſimilitudinem gerere, vt autem pro vna harum accipitur, formam & ſimilitudinem Speciei habere.] Sed hæc ſolutio quæſtioni, quæ nunc in diſceptationem vocatur, non ſatisfacit: cùm non ſtatuat animam, aut verum Genus, aut germanam Speciem eſſe, ſed quandam nunc Generis, nunc ſpeciei formam & ſimilitudinem obtinere. Vt autẽ aliquid certi de hac quęſtione conſtituatur, diligenter intelligi volo, animam quæ viget, quæ ſentit, ac ratione eſt prædita, conſiderari, partim quemadmodum tres illæ potentiæ, inter ſe conglutinatę, homini inſunt, partim vt alię duę facultates bruto conueniunt. In quęſtione igitur vocari poteſt, an tres illæ potentiæ, quę homini inhęrent, re differant, nec ne? de qua re ſumma Philoſophorum diſſenſione certatur. Hoc autem non hæſitante aſſertione, affirmo, vim ſentiendi & vigendi in homine repertam, natura & eſſentia diſcrepare, ab ea ſentiendi, vigendiq; facultate, quæ belluæ ineſt: vigentemq; vim, quæ bruto competit, ab illa quæ plantis inſita differre, licet illud pro maximo abſurdo habeat Occam. Atq; hunc in modum, illud Beneri teſtimonium interpretandum exiſtimo: ♀ Anima (inquit) ſentiens & rationis capax non eidem inſunt, nec de eodem dicũtur: ſunt enim tres diſtinctæ Species animæ Vigens, Senſus & Rationis particeps, quę vtpote Formę naturales diuerſæ, in eadem materia ſimul eſſe nequeunt, quemadmodum, nec idem belluam, arborem, & hominem appellare licet. Efficit autem nominum inopia, vt ijſdem appellationibus facultates animæ deſignentur, vnde maximę ſæpenumero oriuntur obſcuritates, ita enim quicquid intelligit, continuò ſentiens eſſe dicimus, id eſt ſentiendi facultate prædituṁ: & quod ſentit, vigere dicitur, id eſt animæ vigentis viribus inſtructũ: vt hęc non animorum, ſed facultatum ſunt nomina. Ex quibus verbis perſpici poteſt, illum noluiſſe tres illas vires & facultates humanis animis attributas, inter ſe Specie differre. Si enim Specie eſſent diuerſæ, in hominis natura, conſiſterę non potuiſſent. In qua etiam opinione eſt Velcurio. Hoc igitur eſt certum et maioríb⁹ quaſi Theatris ꝓpoſitum, animam non eſſe Genus, cùm ad illas potentias refertur, quę homini accommodantur. Nũc dabimus operam commonſtrare, an ſit Genus comparatione animæ vigentis, ſentientis, & ratione vtentis, vt rationandi facultas homini, ſentiendi belluæ, vigendi plantis inhæret? Volumus igitur animam etiam hac ratione non eſſe Genus,

♀ *Velcur. lib. iiij. cõm. phy. cap. iij. Item Benerus li. ij. de anima cap. ij. & Titilm. lib. viij. phy. cap. xx.*

♀ *Aquinatis commentator.*

Occam lib. ij. de anima ca. ij.

♀ *Benerus li. ij. cap. ij.*

Velcu. lib. iiij. cõmẽt. phyſic. cap. iij.

quod partim authoritate, partim ratione, verum esse potest effici. Lo-
‡ Louanienses li. vi. top. cap. xvij. loco. i. ab aquiuocatione
uanienſium teſtimonium habemus, qui affirmant ‡ vulgatam esse Maximam, & ex Aristotelis verbis forsitã depromptam, animam esse ambiguam trium animarum collatione, nempe ratione prædite, sentientis, & vigentis.] Quod si ratione pugnabimus, animam à Generis finitione nullo cum labore secludemus. Nam cùm sit ab omnibus Peripateticis decretum, vt Genus de multis dicendi facultatem habeat, anima harum facultatum collatione, Generis nomen attingere nequit. Non enim dicimus ratiocinandi, sentiendi, vigendi vires, animas esse, sed potiùs, animas illis potentijs instructas, animæ nomen idque ambigue habere: eo modo quo dicimus hominem ad risum aptum, & eum qui in fletum duci potest, homines esse, non tamen illis ridendi & flendi facultatibus hominis nomen impositum esse. Neq; authoritate alicuius interpretis, qui animam Genus esse statuat, premi velimus: cùm in huius quæstionis vestibulo, hominum opiniones de hac
¶ Cicero libro iij. de natura Deorum.
controuersia varias esse, & inter se dissidentes diximus. ¶ Non enim tam authoritates in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt.] Cum id præsertim non quæritur, sintne aliqui, qui animam Genus esse putant: anima vtrum Genus sit, necne, quæritur: Sed forsan
Obiectio.
hanc propones quæstionem, an existimem tres illas potentias re ab a-
Solutio.
nima differre nec ne? Cui occurro illas potẽtias ab anima diuisas esse, si modo in eandem cum Paulo Veneto sententiam discessionem faci-
¥ Paul. Ven. lib. ij. de anima, cap. iiij.
mus. ¥ Potentias nempe illas ita animam consequi, vt propriæ passiones suam Formam consequãtur.] Omnes etiam Interpretes ad vnum sentiunt, in ea quæstione quæ in contentione vocatur, an anima sit immortalis, necne? animam esse perennem: at verò illius operationes seu
Titilmã. libro viij. physicorũ Ascul. cap. iij
facultates non esse sempiternas. Quod Titilmannus quoq; visus est dicere. Sed vt orationem tandem ad exitum perducam, animam duplici-ter considerari statuo, vel vt corpori inhæret, vel vt ab eodem separatur. Si consideram⁹ animam esse in corpore, tum dicitur tres illas potentias habere, at verò hac ratione, naturæ communis & vniuersæ rationem subire nequit, cùm sit pars rei constitutæ. Si verò eam auulsam & à corpore separatam intelligas, tum statuas op⁹ est, animam de hac & illa anima tantùm enuntiari: non enim animam separatam à corpore, vel vigere, vel sensus & rationis muneribus fungi, efferri possum⁹. Licet sint qui animis à corpore seiunctis rationem tribuant, quod falsum esse existimo, nisi rationem illam intuentem Substantijs separatis insitam non discurrentem, quæ soli homini competit, intellectam esse
Obiectio Solutio. Caietanus.
velint. Illud etiam aliquid habet quæstionis, an anima sit Species nec ne? Ad quod dicit Caietanus, ‡ animam non esse Speciem: cùm enim Species dicatur de his quæ numero, non quouis, sed completæ & absolutæ naturæ: ideò anima & punctum sub formæ definitione comprehendi nequeunt, cùm non sunt naturæ completæ in Specie, sed perfectarum naturarum principia. Nos autem arbitramur nihil absurdi euenire, si animam separatam Speciem esse, sententiamq; illam Caietani de anima, ea ratione, qua cum corpore cõbinatur, intelligendam esse dicamus. Sed me reprimam, præsertim cùm longius quàm insti-

tueram,

23229

tueram, vel Dialecticorum fines se extendant, progressa sit oratio. Quod si quispiam penituis hanc controuersiam introspiciendi aliquo desiderio teneatur, necessarium habet, vt ea, quæ ab interpretibus, in libris de anima literis commendantur, diligenter animaduertat, & memoria probè complectatur.

Lib ij. de anima. cap. ij. iij. iiij.

AN MATERIA, SIGNATA SIT NATVræ singularis causa & principium?

CAPVT XII. QVAESTIO IX.

QVandoquidem Porphyrius (quod illud ad Speciei naturam aperiendam plurimùm facere iudicaret) in rerum Singularum conditionem enucleandam non nihil operæ contulerit, nobis quidem in optima spe ponimus, nos non frustra laborem suscepturos, si modò rerum singularum originem, breui & angusta oratione erimus prosequuti. De qua quidem Indiuiduorum origine, quatuor sententias ferri animaduertimus. Scotus, illiusq; satellites, naturam quandam ex Materia, Forma ac re cõstituta, ortam, quam illi satis barbarè, incultè, horrideq; Hæcceitatem appellant, rei singularis causam esse statuunt: quam quidem opinionem, grauiter satis & prolixè refutauit Caietanus. ‡ Alij eam volunt Quantitatem esse, vt Ægidius Romanus: quidam Materiam, vt Alberus,] ♀ ita tamen vt Materia sit causa completa ac intrinseca naturæ singularis: quantitas verò sit causa sine qua natura aliqua nequeat singularis reddi.] Nonnulli autem Materiæ signatæ eam vim inesse dicunt. Quæ opinio ab Aquinatæ profecta, à Caietano repetita, ab omnibus Thomę defensoribus est susceptа. Quę cùm (Glareani iudicio) firmior sit, & veri quid similior, in ea explicanda nostra versabitur oratio. Illud igitur primùm in disputatione nostra ponendum esse ducimus, Materiam ϒ signatam nihil aliud esse, quàm Materiam huius quantitatis capacem, ita vt alterius quantitatis non sit. Cùm primum enim semen Materiam cum Forma coniungit, atq; ex illarum combinatione oritur Plato vel Socrates, materia Socratis, quæ est illius pars intrinseca, ita Socrati propria redditur, vt nullam aliam quantitatem recipere possit, præter eam quam Socrates sibi ipsi determinauit. ϛ Quæcunq; enim natura constant, finitam & certam magnitudinis, & augmenti rationem habere dicuntur. Nulla ergo ratione materia differt à materia signata, nisi quod materia signata quantitatem recipere possit. Proinde materia certo alicui Indiuiduo propria, & materia signata, materia item sub certis dimensionibus constituta, eandem vim & significationem habent. Nolumus itaq; materiam signatam, quippiam ex materia & quantitate concretum, sed Materiã in recto, quãtitatẽ in obliquo significare. Neq; hãc Signatã materiã Indiuidui Differentiã statuim⁹. Quemadmodũ enim anima intellectu

Scotus. ij. ser. distinct. iij. quæst. vi.

Scoti Hæcceitas.

Caietanus lib. de esse & essentia. cap ij.

‡ *Glareanus prædic. Cæsarij cap. de indiu. Ægidius Romanus. Albertus.*

♀ *Colonienſ. Tho. Aquin. in lib. de esse & essentia cap. ij. Caietanus in Aquina. lib. de esse & essentia. cap. ij. Glareanus in prad. Cæsarij. ca. de indiui.*

Materia signata quid.

ϒ *Caietan. li. de esse & essentia. cap. ij.*

ϛ *Arist. lib. ij. de anima.*

intellectu imbuta non est ipsa differentia hominis, hoc est, ipsum rationis particeps, sed potiùs illud à quo prouenit illa differentia: ita Materia signata non est ipsa differentia naturæ singularis, sed illud à quo, veluti à quadam interna causa seu fonte, profluit ac emanat. His ita explicatis, dumeta illa Scotistita, quæ ad hanc sententiam refellendam afferuntur, discutiamus.

Opponens.

Obiectio. Quicquid naturali inclinatione ex aliquo dependet, illo à quo dependet, non est prius: alias enim idem & prius & posterius foret, est autem Substantia, prior Quantitate: Quantitas ergo nõ est causa singulæ Substantiæ.

Respondens.

Solutio. Maior omni ex parte nõ est vera. Quod vt clarius perspiciatur, intelligendum est, analogiam, hoc est, proportionem, & comparationem Materiæ Signatę, ad certam & singularem Quantitatem, esse proportionem potentiæ ad proprium actum. Atque vt Materiæ potentia re ipsa à Materia non est diuisa, quæ nihilominus à Forma dependet: ita potentia Materiæ, qua hanc Quantitatem recipere valeat (quæ illius signatio appellatur: hinc enim procreata est illa dicendi formula, qua Materiam vocamus signatam) à Forma dependet, quamuis reuera à Materia non discrepet. Et quoniam potentia ipso actu prior est, & posterior ordine naturę (est enim prior cõparatione Materię, posterior ordine Formę) idcirco signatio illa Materiæ, est prior Quantitate, si Materiam respiciamus, Formæ verò consideratione posterior. Ex quibus liquet, primum illud pronuntiatum nõ omnino verum esse, neq; etiam absonum esse ac absurdum, idem & prius & posterius in diuersis causarum generibus haberi.

Opponens.

Obiectio. Substantia seu Substantiæ significatio, est causa cur Quantitas singularis efficiatur: quicquid enim singulare est, causam habet singularẽ: ergo significatio illa Quãtitatis, nõ est causa Subsțãtię singularis.

Respondens.

Solutio. Ratio & vis conclusionis non valet. Nõ enim inconueniens esse iudicamus, eadem sibi ipsis in diuersis causarum generibus causas existere, quemadmodum in re proposita cernere poterimus. Materia nanq; Signata, est causa Materialis (vt ita dicam) Quantitatis, Quantitas verò est causa Formalis, comparatione Materiæ, eò modo quo actus est collatione potentiæ. Sed quæres qua ratione cõmoti, Quantitatem
Obiectio. potiùs quàm Qualitatẽ materiam efficere signatam dicamus? Quod tamen in quæstionem vocare non est necessum, cùm non solùm Quan-
Solutio. titatem, sed etiam ipsas proprias Qualitates eam obtinere conditionẽ sit in confesso. Materia enim Socratis est ita hãrum qualitatum capax, vt alias habere nequeat. Sed quia sola quantitas proximæ Substantiæ inhæret, idcirco illa vis & facultas quantitati potiùs, quàm qualitati attribuitur.

Opponens

23229

Opponens.

Tota & integra ſeries Categoriæ Subſtantiæ eſt prior cæteris illis fortuitis Categorijs, ſed quædam indiuidua in Subſtantia continentur: neceſſe eſt igitur illas res ſingulas omnibus ſuis partibus completas eſſe, licet ad quantitatem minimè ſint affectæ, cùm quantitas ſit Subſtantia poſterior: non eſt enim rationi conſentaneum, aliquod Indiuiduum ſub aliqua Categoria comprehendi, ratione alicuius rei in alia ſerie poſitæ. Obiectio.

Reſpondens.

Nihil certè minus: nam quamuis Subſtantia vnicuiq; Accidenti ordine naturæ antecedat, non tamen omnino fieri poteſt, aliquam conditionem, ſine qua natura, vt ſingularis eſt, in Categoria Subſtantiæ poni nequeat, eſſe, quæ eadem ipſa Subſtantia poſterior habetur. Damus igitur Socratem, omnem ſuam naturam à ſua Categoria accipere, licet ſub illa Specie, tanquam notio ſingularis, abſq; quantitate neutiquam poſſit contineri.] Alias apud Scotum rationes reperiri licet, quas hic adducerem, niſi interim mihi perſuaderem, in illo negotio laboris eſſe multum, vtilitatis verò parum, tantùm enim habet in ſcribendo obſcuritatis, vt interpres egeat interprete. ‡ Sed illud non eſt obliuione obruendum, hanc quæſtionem de omnibus Indiuiduis non eſſe propoſitam, ſed de his tantùm quæ in Subſtantia reponuntur. Neq; de his omnibus, ſed quę ex Materia conſtant & conficiuntur. ♀ Nam ſimplices & incorporatæ Subſtantiæ, hoc eſt, quæ ſunt ab omni Materia ſecretæ, per Formam ſingulares redduntur. Licet ♈ alij non Formam, aut Formę potentiam, qua Angeli in mundo rerumq; natura cõſtare dicuntur, in Subſtantijs à corpore auulſis ſingularis eſſentiæ cauſam, ac originem eſſe ſtatuant: ſed potiùs Illi quod eſt, cuius facultate Angelus ſubſiſtit, eam vim attribuant: quod ab authore libri cauſarum [Hyliatin,] à Boëtio, [id quod eſt,] ab Ariſtotele [ipſum,] à recẽtibus verò & noſtrę ætatis hominibus [Eſſentia,] nominatur.] In rebus autem fortuitis, ſi ♃ duæ Formæ eidem rei inſunt, vt in lacte candor & dulcitudo, Materia cum primarum qualitatum concretione ſumpta, tanquam cauſa illas Formas ſingulares efficere ſolet. Interdũ etiam cauſa efficiens eſt Indiuiduorum principium, vt luculenter ſatis nos docere poſſunt duo lumina in eodem medio collocata. In rebus verò Mathematicis (vt tandem extremum aliquid habeat oratio) materia, quę ſub intelligentiam cadit, eſt rei ſingularis origo: eſt enim quãtitas cauſa, qua Figuræ ſingulares redduntur, & Materia prima in ſua tantummodo natura conſiderata, efficit, vt quantitas ſingularem naturam induat, ſed hęc hactenus.

Solutio.

Scoti obſcuritas in ſcribẽdo

‡ *Caietanus in lib. de eſſe & eſſentia cap. ij.*

♀ *Paul. Ven.*

♈ *Colonienſ.*

♃ *Paul. Ven.*

CAPVT XIII.



Ifferentia autem communiter, propriè, & maximè propriè dicitur. Aliud enim ab alio differre Cõmuniter dicitur, quod ſumpto vndecunque diſcrimine vel à ſe differt vel ab altero. Nam inter Socratem & Platonem intereſt aliquid: & à ſe ipſo differt Socrates, cùm puer eſt, & cùm media ętate: cùm quid agit, & cùm nihil. Idque genus Differentiæ ſemper in diſcriminibus ſpectatur iis, in quibus rei modus & affectio conſiſtit. Propriè autem inter aliqua intereſt, cùm alia affectio vel Accidens, id quod elui funditus non poteſt, diſſimilitudinem facit. Eſt autẽ affectio quæ ſeparari non poteſt, qualis eſt cæcitas oculorum, naſi aduncitas, aut cicatrix, quæ ex vulnere quaſi callum obduruit. Ea autem maximè propriè inter ſe differunt, quæ Differentia diſtant ea, quæ Speciei eſt efficiens: velut hoc, homo equo præſtat, quòd eſt rationis particeps. Omnino igitur Differẽtia omnis eum in quo ſit, diuerſum ab altero facit.

CVm anteà ſit largiter & prolixè explicatum, quibus rationibus impulſus autor, Differentiæ Speciem præpoſuerit, non opus eſſe arbitramur, rationes ſubijcere & ſupponere, quam ob cauſam ei⁹ ſermo prius in Differentia, quàm in Proprio Accidenteq; verſetur: cûm hæc foris ſint, neq; in natura rei inhæreant, illa verò ita ad Formæ & Speciei eſſentiam pertineat, vt in definienda Specie, non mediocrem, imo præcipuum locum obtineat. Vt igitur ab ordine, tanquam à re quę nihil habet difficultatis & laboris, nos contineamus, eó noſtra reuocanda eſt oratio, vt ea quæ ab ipſo Porphyrio commemorantur, nõ perfunctoriè aperiamus: qui vt omnia aptè, dilucidè, & concluſè dicere videbatur, in ſuæ orationis veſtibulo, Differentiæ ancipites & multiplices ſignificationes, quæ minus diſtinctæ orationem obſcuram reddere potuiſſent, ita diſtinxit & explanauit, vt ea verbi ſignificata, ſicuti in eo quem de Genere & Specie ſermonem habuit, à propria, vera, perfectaq; Differẽtia ſecluderet, atq; in germana genuinaq; verbi vi & poteſtate aperienda, totus inhæreret. Sed tamen non vnam eandemq; rationem hic ſequitur, quam cùm Generis & Speciei ambiguitates aperiret. ⁹ Nã Philoſophi à ciuili cõſuetudine ſignificata Generis & Speciei acceperunt: ſed Differentiæ acceptio à Philoſophis emanauit, & in communem vſum eſt prolata. Veram enim Differentiam ſapientes illam eſſe ſtatuunt, quæ Naturam & Subſtantiam rei vnius à Natura & Subſtãtia alterius differre facit. Vnde primam differentiam Speciei effectricem vocant alias: verò ſimpliciter, & ſine vllo additamento

⁹ *Daniel Barbarus. Albertus. Petrus de Bruxellis.*

23229

additamento Differentias appellant. Et quemadmodum vera & legi-
tima Differentia hoc efficit, vt vnum ab altero re vera & natura diffe-
rat, ita deductus est vsus ad vulgares, vt quicquid aliquo modo rem
ab alia differre faceret, id Differentia vocaretur.][Differentia autem]
ϒ nō ea quę tertium numero efficit Attributum, sed illa quæ ambiguis ϒ *Burleus.*
suis significatis tertiam illam vocem comprehendit,] [Communiter; *Tartaretus.*
Propriè, & maxime proprie dicitur.]De hac diuisione, nō vno eodēq;
modo consentiunt interpretes. Alijs enim videtur ϗ vocem in sua sig- ϗ *Daniel Bar.*
nificata distributam esse,] alij ‡ illud non admittunt,] nonnulli asse- ‡ *Paul. Ven.*
runt ♀ Accidens in accidentia diuisum esse, si modo Differentiam in ♀ *Cōmentator*
communem, Propriam, & maxime propriam, tanquam in sua membra *Petri Hispa.*
consumamus. Fortuitò enim in Differentiam cadit, vt aut Communis,
aut Propria, aut Maxime propria dicatur.] Quidam verò ϒ id quod di- ϗ *Paul. Ven.*
uiditur neq; omnino ambiguum esse, neq; omni ex parte vno modo
dici, sed medium quoddam inter vtrumq; obtinere, ob eamq; causam
diuisionem Analogi in sua analogata esse] statuunt, ϗ ita tamē vt res, ϗ *Cōmēt. Aquinatis.*
non nuda vocabula respiciamus. Nam si ad naturę ordinem animum
referamus, in maxime propriam Differentiam, priusquam in cæteras, *Iohannes de*
partitio cadet. Si verò nostram notitiam mente circumspiciamus, citiꝰ *Lapide.*
multò propriæ, & communis quàm maximè propriæ Differentię cog-
nitionem capiemus, cùm apud nos res fortuitę, priusquam Substantiæ
germanæq; rerum naturę faciliorem cognitionem habeāt.] [Aliud e-
nim ab alio Communiter differre dicitur, quod sumpto vndecūq; di-
scrimine,]id est, ‡ quod per exteriora & aduentitia quędam,][vel à se ‡ *Daniel Bar.*
differt] non natura, sed aliqua leuiori permutatione facta: [vel ab alte
ro]Statuit Arboreus ♀ idcirco Differentias appellari communes, quia ♀ *Arboreus.*
non determinatæ in aliquo, sed in omnibus communiter reperiuntur,
& nullius (vt inquit Boëtius) propriæ esse possunt Differētiæ,]quod *Boëtius.*
tamen prorsus Albertus negat, cui videtur ϒ neq; ea de causa Diffe- ϒ *Albertus.*
rentias cōmunes dici, neq; quia plura sub se complectantur, sed quod
frequens admodum sit & varius earum vsus, quòd per eas vulgo ho-
mines rerum Differentiam accipere soleant.] [Nam inter Socratem
& Platonem intereſt aliquid] ratione Differentiæ communis ϗ eodem ϗ *Aquinatis commentator.*
tempore, quia Socrates est cādidus, Plato niger vel minus candidꝰ.]
[& à se ipse differt Socrates]non propria Differentia, sed communi di
uersoq; tempore: ‡ vt enim à seipso quicquam differat, requiritur tem- ‡ *Mathisius.*
porum commutatio,][cùm puer est & cùm in media ætate,] in iuuen-
tute vel virili ætate,[& cùm quid agit] differt à seipso,[& cum nihil]
agit. ♀ Ætates hominum varie distinxerunt medici & naturales Phi- ♀ *Velcurio iij. cōment. phy. cap. xxxix.*
losophi, plericq; tamen aut quatuor aut septem numerant, alludentes
ad naturam, partim animæ, partim corporis. Medicis ferè quatuor nu-
merantur, Puerítia, calida & humida vsque ad vigesimum circiter an-
num, appellatúrque hęc ętas Ver hominis: Iuuētus, calida & sicca vs-
que ad quadragesimum circiter annum, atq; hominis Æstas nūcupa-
tur: Ætas virilis, frigida & humida vsque ad sexagesimum circiter an-
num, hominisq; Autumnꝰ vocatur: Senectus, frigida post circiter se-
xagesimum annū, hominisq; Hyems ad finem vsq; vitæ appellatur.]
Quare relinquitur, Socratem puerum à seipso, cùm ad mediam per-

niat ætatem, differre. In ætatis enim tyrocinio seu pueritia, est calidus & humidus, in florente verò ętate, Socrati corporis calor & siccitas inest, at cùm vir est, frigore & humore abūdat. In media item ætatis parte, firmiori ingenij acumine floret, in primo autem ętatis actu tardiori.

¶ *Velcurio eodem in loco.* ¶ Alijsq; septem ætates recensentur, à natura credo animi potiùs quã corporis, vt sit Infantia in annum septimum, Pueritia in decimũ quartum, Adolescentia in vigesimum quintum, Iuuentus in trigesimum quintum, ætas Virilis in quinquagesimum, Senectus in septuagesimũ circiter, Decrepita ætas vsque ad finem vitæ.] Sed hæc sunt paulò abstrusiora Dialecticorũ finibus cõclusa: habẽt enim aliquantulũ à Physicis. Ex his tamen perspicitur, Socratẽ puerũ à seipso nulla uera naturali, maximeq; propria Differentia discrepare, cum perfectiorem ætatis gradum attingat. ¶ *Tartaretus.* ¶ Ob eamq; causam hæc ratio est fallax: Socrates puer differt â se ipso iuuene, ergò à se ipso differt. Est enim hęc cõclusio à secundum quid (vt ita dicam) ad simpliciter, hoc est, à quadam parte ad omnem partem deducta & petita. [Idq; Genus differẽtiæ] non in quibusuis, sed [sẽper in discriminibus spectatur ijs, in quibus rei modus & affectio] & aduentitia quædam commutatio [consistit.] Atq; ¶ *Aquinatis commentator.* ¶ hæc prima Differentiæ significatio, non tertium, sed potiùs quintum Attributum, nempe Accidens, efficere solet. Dicitur verò Accidens, cùm ad subiectum, cui inest, refertur: sed Differentia vocatur, quando suum subiectum à quouis alio, cui illud Accidens non adhæreat, separat & secernit. Vt Candidum, cũ ad Platonem, in quo est, Accidens nominatur, sed vt seiungit Platonem ab Æthiope nigrore perfuso, habet nomen differentiæ. Non est etiam obliuione delendũ, Differentiam communem bifariam considerari: vel vt illam significat vocem, quæ de tribus illis significatis affirmatur, quo modo hic ab autore diuiditur: vel vt vim & essentiam illius differentiæ habet, quæ in quotidiano sermone versatur. Et hac significatione est primum diuisionis huius membrum.][Propriè autem inter aliqua intereſt].i. aliquid ab alio propriè differre dicitur, [cùm alia Affectio vel Accidens,] nõ quod potest actu à subiecto separari, sed [id quod eluí] & separari ab eo in quo inhæret, [funditus non potest, dissimilitudinem facit,] vel à ‡ *Titilmãnus* se, vel ab alio. Hoc ‡ enim modo, idem à seipso potest differre. Nam Plato cicatricem firmatam iam habens, à se ipso prius illam non habẽte discrepat. ¶ *Arboreus. Aquinatis commentator. Boetius.* ¶ Propriæ autem dicuntur Differentiæ, quia determinatę sunt aliquo, & quæ (vt sentit Boëtius) vniuscuiusque indiuidui formã aliqua naturali proprietate depingunt:] vel appellantur proprię, partim ¶ quòd naturam verarum differentiarum proprius accedãt,] ‡ partim ¶ *Albertus.* ‡ *Tartaretus* quòd in sermone eorum, qui propriè loquuntur, nimirum philosophorum, habeantur.] Et vt propriæ Differentiæ hic non tantùm proprias designant passiones, ita neque Accidens, quod eluí & ab eo cui inest, remoueri nõ potest, quintã illã enũtiandi vocẽ solũmodo declarat. ‡ *Louanienſes* Nomine enim Accidentis, etiam ipsæ propriæ passiones intelliguntur. Accidens igitur illud hoc in loco significat, quod à suo subiecto, aut nulla ratione, aut certè difficulter potest separari.] [Est autẽ ¶ *Aquinatis commentator.* Affectio, quæ separari nõ potest, qualis est, cęcitas oculorum] ¶ Cæcitas dupliciter intelligi potest, vel quemadmodum visus absentiam cũ quadam

23229

quadam aptitudine ad eundem coniunctam significat, & ita minimè inter Accidentia, quæ nequeunt à subiecto remoueri, sed potiùs inter priuationes annumeratur: vel vt indicat quandam qualitatem, quæ efficit hominem videndi sensum oculorumq; non habere, eóq; modo nõ absentiam rei, quemadmodum priuatio quædam, sed præsentem potiùs qualitatẽ declarare solet. Hæc postrema cæcitatis vis & facultas Porphyrianis verbis est acõcmodanda. Quòd si illis primam significationem attribuendam esse existimes, dicito priuationem illam Accidens esse, quod nequit auelli, quoad appellandi, non inhęrendi rationem.] [Nasi aduncitas] .i. Curuitas, ϒ per quam non tam figuram ipsam curuam, seu obliquam, hoc in loco accipiendam esse putamus, quàm huius ipsius causam, quæ est certa quædam dispositio qualitatum, cessante violentia, quæ accidere solet, cum quis nasum curuum diuersam in partem premit, nasum ipsum in pristinam curuitatem reducens: hanc autem constat difficulter à subiecto separari. Aut si per Curuitatẽ, ipsam figuram accipere placeat, definiẽdum erit Accidẽs quod abesse non potest, esse, quod aut secundum se, aut secundum suã causam, difficulter aut nullo modo à subiecto separari potest.] [aut cicatrix quæ ex vulnere quasi callum obduruit.] Sed hactenus de secunda differentiæ significatione. [Ea autem maximè propriè inter se differunt, quæ differentia distant ea, quæ Speciei] ϛ tam interiectæ quàm infimæ] [est efficiens.] Dicitur differẽtia maximè propria, quia propriè ipsam rei substantiam differre facit. ǂ Illud verò est obseruandum, Communem, Propriam, & Maxime propriam differẽtiam, hoc in loco comparandi rationem nõ habere, hoc est, vt Communis differentia positiuum gradũ, Magis propria comparantem, Maximè propria supremũ gradũ significet. Si enim eo rem dimitteremus, id quod esset Maximè propria differentia, Cõmunis differentiæ rationem obtineret: à supremo nempe gradu, ad positiuum rectissimè concluditur ratio, vt ignis est calidissimus, ergo est calidus. Quare Maximè propria differentia, verarum genuinarumq; differẽtiarum: Propria, accidentium quę auferri nequeunt: Communis, rerum aduẽtitiarum, quæ separari possunt, significationem habet. Quæcunq; ergo inter se discrepant, aliqua harum differentiarum inter se differunt. Quod autem ad hoc rationis & sensus particeps pertinere videatur, dicim⁹ ea sub hoc postremo membro comprehendi, quia efficiunt Substantiam ab alijs rebus distare, nec idcirco relinquetur huiusmodi differentias Porphyrij definitionem ab eo hic assignatam habere: cùm ille verborum suorum significationes, non ad naturas singulas, sed potiùs vniuersas accomodet. Ad hanc igitur tertiam differentiæ vim sententiamq; reducuntur.] ♀ Quod verò Plato & Socrates differunt essentia, hoc fit ratione differentię à materia prouenientis, de qua nusquam mentionem facit Porphyrius.] ϒ Quæret item fortassè quispiam: qualis differentia sit rationis particeps respectu animalis quod diuidit, & ad Speciei naturam contrahit? Respondere solẽt, communem esse differentiam, perque eam animal communiter differre. Nos autem Alberti, Thomę aliorumq; veterum sententiam sectantes, probabilius putamus, rationis compos sic comparatum, neq; communem esse differentiam, neq; propriam

ϒ *Louanien.*

ϛ *Aquinatis commentator.*

ǂ *Cõmentator Petri Hispa.*

♀ *Aquinatis commentator.*

Obiectio.

ϒ *Louanien.*

Solutio.

Albertus.

Thomas.

propriã. Hi enim omnes vnanimi conſenſu pernegãt, rationis capax reſpectu animalis eſſe Accidẽs, quòd vel poſſit vel nõ poſſit ſeparari. Sed neq; maxime propria Differentia eſſe videtur: cũ nõ cõſtituat animal neq; definiat, quæ huiuſce differentiæ propria ſunt officia. Ad Differentiam igitur magis propriam reducetur, eò quod animali adueniens, ipſum ad certam Speciem contrahat. Idem iudicium videtur habendum de formis Phyſicis & Indiuiduis Differentiarũ.] [Velut hoc, homo equo præſtat, quod eſt rationis particeps. Omnino igitur Differentia omnis]tam Communis quàm Propria[eum in quo ſit, diuerſum ab altero facit, vel naturaliter vel fortuito.

Sed hoc intereſt, quod communis & propria diſſimilem: ea autem quæ eſt propria maximè, omnino alium eum in quo inſit, efficit: ita fit, vt quæ alium efficiunt eum, in quo ſitæ ſunt, eę Speciei efficientes appellentur: quæ autem diſſimilem, omnino differentiæ. Nam & rationis particeps, ſi ad animal addatur, id ad aliud genus transfert, Speciémque animalis conficiet: at motus tãtummodo ei diſſimilem facit, qui non mouetur. Ita differentia illa ad illud genus animal tranſtulit, hæc modo diſſimiles inter ſe res facit. Ac iis quidem differentiis quæ aliud genus efficiunt, & Genera inter partes diuiduntur, & conficiuntur definitiones: quoniam ex Generibus & Differẽtiis omnis conſtat conficitúrque definitio. Ex iis autem quæ diſſimiles modo efficiunt, varietates ſolùm & commutationes oriuntur.

In quauis partitione illud ſemper obſeruari debet, vt membra diuiſionis diſſimilitudinem habeant, neq; omni ex parte in eandem naturam concurrant, tum enim vitioſam fore diuiſionem omnes ad vnum conſentiunt. Ne igitur Porphyrius in illud vitium delabi videretur, cũ tria illa membra, Cõmunem. ſ. Propriam & Maximè propriam, quodammodo conuenire, quòd illud cui ineſſent ex æquo diſſimile efficerent, demonſtraret: quibus rationibus à ſe ipſis ſecernantur, ſubſequẽte oratione euoluit ac in medio ponit. [Sed hoc intereſt] inter Communem, Propriam, & Maximè propriam Differentiam, [quod Communis & Propria diſſimilem] .i. ſubiectum generali & aduentitia ratione, non natura ab altero differre faciunt. § Neque enim omnis differentia aliam rem efficit: quandoquidem multæ ſunt in ea, quæ Speciе non diſtinguntur Differentiæ, quæ nec in rei natura cernuntur, nec propter ſe inſunt.] [Ea autem] Differentia [quæ eſt propria Maximè, omnino alium eum in quo inſit, efficit. Ita fit, vt quæ] Differentiæ [alium efficiunt eum,] hoc eſt, quæ natura & eſſentia diſtare faciunt eum, [in quo ſitæ ſunt] & inhęrent, [eæ Speciei] tam Interiectæ quàm Infimæ, [efficientes appellantur: quę autem diſſimilem,] ita tantum aliquem efficiunt [omnino,] hoc eſt, ‡ ſolum, generatim, ſine adiunctione.] ♀ Sunt enim tam imperfectæ Differentiæ, vt verarũ differentiarum nomine indignæ eſſe videantur.] ♈ Omnino igitur Differentiæ

§ *Ariſt. lib. ij de demonſtra. cap. xiiij.*

‡ *Mathiſius*
♀ *Petrus de Bruxellis.*
♈ *Aquinatis commentator.*

23229

tiæ vocantur, non quòd ſint perfectæ, cùm verbum [omninò] non ſignificat illud quod aduerſatur vocabulo [ſecundum quid] .i. quadam ex parte, ſed tantùm dicuntur differentiæ,] ⁑ propter ipſarum imperfectionem: quemadmodũ animalia bruta, ſine addito vulgò animalia vocamus, quo nomine ſi hominem aliquem voces, iniuriam fortaſſe & contumeliam intuliſſe videaris: non quòd quis inficias ire poſſit, ſe animal eſſe, ſed quia nobilius quiddam ſe eſſe cognoſcit, quàm vt ea appellatione contentus eſſe debeat. Magis autem propriæ differentię Speciei efficientes appellantur, quo ſane earum præ cæteris indicatur eminens perfectio.] Sed vt ea omnia, quorum modò mentionem feci, magis perſpicuè exprimantur, non erit ab hoc loco alienum, explorato habere, ‡ Differentiam maximè propriam quatuor modis ſumi. Primò, in ſua ſimplici natura, & illa quædam Subſtantia appellatur. Deinde, vt ad ſuum ſubiectũ, quod eſt ab eodẽ diuiſum, refertur: eaq; ſignificatione eſt actus, qui potentiam abſoluit, explet, & perficit. Tũ quemadmodum Speciem, quam conſtituit, reſpicit, & ita appellatur forma, quæ eſſentiæ appellationem rebus tribuit, quia nomen & definitionem Speciei impartitur. Poſtremo, vt alias naturas â Specie conſtituta remouet & ſeparat: q̃ modo differentia, quæ Speciei eſt, procreatrix nũcupatur, quia efficit formã, & omnia Speciei ſubiecta, a quauis re natura diſcrepare. Pari etiam ratione de hiſce differentijs, quæ diſſimilem aliquem efficiunt, eſt dicendum, quæ quatuor habent comparationes. Primã qua ſuam declarant naturam, eoq; modo Accidentia vocãtur. Alterã q̃ reſpiciũt ſubiecta, & ſic erũt vel accidẽtia cõmunia, ſi incerto & ideterminato: aut ꝓpria, ſi certo finitoq; inhęreãt ſubiecto. Tertiam, qua ad ea quæ conſtituunt, referuntur, & ſunt ſic Affectiones, quæ nomen & ſuam definitionem non omninò, ſed quadam ex parte cum rebus communicant. Vltimam, qua ſeparant res à ſuis ſubiectis, eaq; ſignificatione Differentiæ Communes vocantur,] vt ſuprà eſt à nobis tactum. [Nam & rationis particeps, ſi ad animal addatur, id] animal [ad aliud Genus] .i. certam determinatãq; Speciem [trãſfert, Speciemq; animalis,] nempe hominem [conficiet: at motus] qui eſt Differentia communis, [tantummodo ei diſſimilem facit, qui non mouetur.] ⁘ Communis differentiæ tantùm exemplum poſuit, quia idem de communi propriaq; differentia eſt dicendum. Ridendi enim facultas, & cicatrix, eum in quo ſitæ ſunt, aliud non efficiũt, quòd ſubſtantiæ iam conſtitutæ ſoleant aduenire. In exemplum igitur moueri, quod eſt communis differentia, propoſuit, quòd nos differentiam cõmunem multò citiùs, quàm propriam cognitam comprehenſamq; habeamus.] [Ita differentia illa] .i. rationis particeps, [ad illud Genus] .i. ad illam Speciem. Per Genus enim quandoq; intelligitur Species, vt cùm dicit Ariſtoteles, Qualitatis eſſe quatuor genera, hoc eſt Species: præterea motus ſex eſſe genera .i. Species, [animal trãſtulit, hæc] differentia .i. Communis & Propria, [modò] & tãtùm [diſſimiles inter ſe res facit.] [At ijs quidem differentijs, quæ aliud Genus efficiũt, & Genera in partes] illi ſubiectas, cuiuſmodi ſunt Species, [diuiduntur & conficiuntur] earum Formarũ [definitiones] veriſſimę & maximè propriæ, [quoniam ex Generibus & differentijs omnis conſtat cõficiturq;

1 Louanien.
‡ Paul. Ven.
1 2 3 4
1 2 3 4
⁘ Paul. Ven.
Ariſtoteles in catego. cap. de qualitate. Item capi. de motu.

Arist. lib. vi. top. cap. iij. Itẽ top. viij. cap. iij. ficiturq́ definitio,] vt ipſi etiam Ariſtoteli placet. [Ex ijs autem] differentijs, [quæ modo diſſimilem efficiunt, varietates ſolùm & commutationes oriuntur,] non veræ germanæq́ definitiones. ϒ Cui tamẽ hoc videtur addendum, Differentiarum per ſe vſum propter ignorationem earum, rariſſimum eſſe: longè autem frequentiorem propriarum & communium in omnibus rebus explicandis, quòd paſſim obuiæ ſint, & ad rerum diſtinctiones efficiendas accommodatę, vnde deſcriptiones rerum & diuiſiones eiuſmodi differentijs fiunt. Itaq́ vt concedatur ad res perfectè explicandas, differentijs maximè proprijs vis maxima, aliarũ tamen vſus & multò frequẽtiſſimus in cuiuſuis rei deſcriptione & explicatione,] ‡ eo quòd differẽtiũ maximè propriorũ permagna penuria laboramus.] ‡ Adeoq́ putãt nõnulli, nõ cognoſci vllius à nobis rei propriã veramq́ differentiã. Nam de rationali, pauciſq́ admodum alijs, ſint nec ne veræ differẽtiæ ſint qui putent, ſunt qui negent. In reliquis nemo ferè eſt, qui conſtanter vllius rei differẽtiam veram cognoſci poſſe affirmet. Ambitu quodam & loquendi circuitu aliquid, quod locum eius teneat, effingimus, multaq́ perſæpe colligimus, quorum quodq́ latius pateat, quàm hoc ipſum quod definitur, iuncta tamen æquantur, & proprium quiddam ipſius efficiunt, quam definiendi formam, quidam Deſcriptionem vocauêre.

ϒ Aquinatis commentator. ‡ Rod. Agri. lib. i. de inuẽtione, ca. v.

Ergò vt paulò altiùs repetam, illud quidem iam perſpicuũ eſt, differentias alias ſeparari ab eo in quo ſint, alias non poſſe. Quandoquidem moueri, ſtare, ægrotare, valere, & cætera eiuſdem generis, ſeparari poſſunt: aduncitas verò naſi, & narium, vt ita dicam, ſimitas, & particeps expérsque rationis, euelli diſtrahíque non poſſunt.

ϒ Cæſarius in lib. de diuiſi.

Hactenus in ſecunda verſatus erat diuiſione Porphyrius differentiarum, atq́ quoniam neceſſariò requiritur, in quauis legitima differentia, vt ϒ diuiſio, ſi commodè fieri poſſit, in duo tantùm mẽbra deducatur.] Porphyrius idcirco in hac te tia diuiſione duobus tantùm mẽbris diſtributionem hunc in modum aggreditur. [Ergo vt paulo altiùs repetam] .i. vt diligentiùs & illuminatiùs hæc tria membra ſeparem & diuidam, [illud quidem iam perſpicuum eſt, differentias alias ſeparari ab eo in quo ſint,] ϒ Si habeant cauſam in ſubiecto, quę non ſatis firmè in eodem ſuas egit radices,] [alias nõ poſſe,] ſi ϒ cauſam habeant ſtabilem in ſubiecto. Quoniam autem hęc diſtributio, in ijs valet accidẽtibus, quæ ſub quinto attributo cõtinẽtur: alia tamẽ ratione in hęc, vt ſunt Accidẽtia, alia, vt in numero differẽtiarũ habẽtur, cadere dicũtur. Sunt enim ſeparabiles vel nõ ſeparabiles differẽtię, vt ſua ſubiecta, ratione quę diſtrahi vel nõ diſtrahi poteſt, ab alijs differre faciũt. Sed accidentia, quæ ſeparari vel non ſeparari poſſunt, nominantur, q́ leuiter vel firmè ſubiectis inhæreant.] [Quandoquidem moueri, ſtare].i. quieſcere, ‡ quæ ſunt differẽtiæ fluctuantes, & quę cito à ſubiecto diſtrahũtur,] [ægrotare, valere,] ϒ quę ambo ſunt permanẽtes differẽtiæ, & tardiùs ab eo cui inſunt, diuelli ſolẽt,] [& cætera eiuſdem generis ſeparari poſſunt] à ſubſtantijs. [Adũcitas autẽ naſi, & narium, vt ita dicam,

ϒ Aquinatis commentator. ϒ Aquinatis commentator. ‡ Paul. Ven. ϒ Paul. Ven.

23229

cam ſimitas : ♀ eſt autẽ Smitas quædam narium depreſſio.] [& par- ticeps experſque rationis euelli diſtrahíq; non poſſunt:] ♈ aduncitas, ſimitas, particeps experſq; rationis, hac ratione inter ſe differre viden- tur, quòd ſimitas & aduncitas ſint differentiæ proprię, & ab illo cuius ſunt Differentiæ, conſtituantur. Naſus autem ſimitatem & aduncita- tem efficit. Sed particeps & expers rationis in differentijs maximè, p- prijs ponuntur, quæ ad illorum, quorum Differentiæ habentur, con- ſtitutionem concurrunt : quippe cùm rationis compos, inópſq; ho- minẽ & belluam effectos reddant.] Sed rationis expers ſeu irrationale duplicẽ habet ſenſum: vnum, quo contradictoriè rationis compoti ad uerſatur, hoc eſt, vt ſignificet non rationale, & ita non eſt Differentia bruti: atq; hac ratione interpretandus eſt Rodolphus, cum irrationale non niſi negationem rationalis explicare, ideoq; veram non eſſe Dif- ferentiam concludat, cum omnis Species ex differentia conſtituatur, nihil autem conſtituitur ex negatione. ‡ Alterum, quo vice perfectæ veræq; Differentiæ ponitur, quæ in noſtra ignoratione prorſus verſa- tur:] atq; ita non eſt Rationale negatio, ſed pro Differentia hic à Por- phyrio habetur. Vt igitur vnumquodq; ſit vel rationale vel non ratio- nale, tamen quæuis res non eſt rationalis vel irrationalis, quemadmo- dum irrationali poſtrema hæc vis & ſignificatio eſt ſubiecta. Sed vt vnde eſt orſa, in eodem terminetur oratio: illud prætermittendum nõ videtur, ♀ rationis capax & inops atq; vnamquamq; Differẽtiam duo ſubiecta habere, vnũ inhęrẽdi, alterum enunciandi. Subiectum inhę- rendi, eſt ipſum Genus, quod illis Differentijs diſtribuitur, vt animal eſt ſubiectum, cui rationis particeps mentiſq; expers inhęrent. Dicun- tur autem inhærere, non quòd ſint vera Accidentia, ſed quòd quandã Accidentium ſimilitudinem comparatione Generis diuiſi obtineant. Subiectum verò enunciandi vocatur Species, quæ à Differentia con- ſtituitur. Hinc ſoliti ſumus dicere, hominem eſſe ſubiectum enuncian- di comparatione rationis compotis. Quare cùm dicat Porphyrius par- ticeps experſq; rationis non poſſe ab eo ſeparari cui inſunt, ſubiectũ non inhærendi, ſed enuntiandi eſt intelligendũ. Quemadmodum enim forma Phyſica à materia poteſt diuelli, ita rationis particeps & expers ab animali ſeparari poſſunt. Eſt enim aliquod animal quod nõ eſt ra- tionis particeps, & aliquod eſt animãs, cui ratio eſt inſita, & q̃ neutiq; rationis inops habetur. Et vt forma naturalis nulla cõditione à re cõ- ſtituta diſtrahi poteſt, interim vt ea in rerum natura conſtet : ſic nullo pacto rationis capax ab homine, intellectu & mente carens à bellua, aut aliqua Differentia vera à Specie ſua, ſeiungi vel remoueri poteſt.]

♈ *Matthiſius.*
Paul. Vene.
♀ *Paul. Ven.*
Rodolp. li. i de inuẽt. cap. vij.
‡ *Iohãn. Mairis Scotus in prædicabil. Petri Hiſpani cap. de ſpecie.*

Sed earum quæ ſeiungi non poſſunt, aliqua diſtinctio eſt. Aliæ enim ex ſe & vi ſua conueniunt rebus, aliæ caſu & fortuitò. Nam homini per ſe conuenit rationis particeps & mortalis, & quod aptum animum habet ad percipiẽdam ſcientiam: aduncæ autem & ſimæ nares, temerè & caſu, non vi ſua. Quocirca quæ per ſe in- ſunt, eæ in definitione qua rei vis & natura explicatur, adhiben- tur, iiſque res alia efficitur: at quæ fortè, temerè, nec ad definitio-

nem eius Generis adduntur, nec aliam rem faciunt, sed modò dissimilem. Deinde quæ vi sua & per se rei conueniunt, nec amplificari, nec minui possunt, quæ casu etiam si separari non possunt, tamen & contentionem capiunt & remissionem. Nam nec Gen⁹ de Formis suis cùm dicitur, illas magis & minus sibi adiungi patitur, nec differentiæ Generis, quibus diuiditur in partes: cùm præsertim ex his definitio cuiusque conficiatur, & rei nullius vis & natura, quę vna eadémque est, imminui possit nec amplificari. At verò aduncis simísque naribus magis & minus esse, & colore aliquo quis leuiter vel multùm infici imbuique potest.

Hactenus triplici diuisione tria illa Differentiarum genera enodauit, quæ cùm neq; ex toto neq; cumulatè satis, qualem habeant discrepantiam, explicetur, Porphyrius vt in promissis & fide lectori data per maneret (superi⁹ enim illi suam obligauit fidem, vt in his rebus enucleandis industriam suam ardentius paulo consumeret) rursus diuisione altera inter illa membra dissimilitudinem ponere instituit, † quæ tamen à superioribus partitionibus eo nomine separatur, quòd hæc exiguis admodum finibus contineatur, illæ latiùs pateant. In hac enim vnicum sibi membrum tertię diuisionis, in illis, tria membra, Communem nempe, Propriam & maximè Propriam differentiã, sibi diuidendam proposuit. [Sed earum] Differentiarum [quæ seiungi non possunt, aliqua] & quarta [distinctio est. Aliæ enim ex se & vi sua,] id est primo modo dicendi per se [conueniunt rebus. Aliæ] Differentię nẽpe eę quę seiungi possunt, [casu & fortuito] rebus conueniunt. [Nam homini per se conuenit rationis particeps, & mortalis, & quod aptum animum habet ad percipiendam scientiam. i. disciplinæ capax: [aduncæ autem & simæ nares, temerè & casu & non vi sua,] cùm non sint ex rei natura, in qua hærent. In his verbis tria sunt, quæ longiores explicatus desiderant: primò, an Mortale sit Differẽtia hominis: deinde an Disciplinæ capax per se & vi sua, tanquam pars humanæ naturæ, homini conueniat: postremò quot modis per se aliquid in rem quampiam cadere dicitur: Quod igitur ad Mortale pertineat, vtrum sit Differentia nec ne, apud nonnullos in dubio versatur. Sunt enim qui negant, sunt etiam qui aiunt. Qui aientem habent opinionem, ‡ vocabulum [mortale] duplicem habere sensum statuunt: vnum, quo significat actum in materia, qui moriendi potentiam declarat, & ita mortale inter Differentias annumeratur, viq; sua Genus distribuit, atque absolutionem Speciei perficit. Alterum, quo priuationem potentiæ illi⁹ designat, per quam in perpetuũ vitam degere quispiam valet: atque ita non est per se differentia, cùm non à forma, sed â materia manat & redundat.] Sed qui aduersam tenent sententiam, ‡ Porphyrium tantùm exempli causa mortale inter veras Differentias posuisse, idque ab eo magis disputatum quàm probatum putant: aut vt Platonicorum & Stoicorum sententiam subobscurè in medio poneret, qui Deos animalia statuerunt, cum re ipsa mortale non sit Differentia, vtpote quæ

† Paul. Ven.

§ Alber. Ver.

‡ Auicenna. Antonius Andreas.

à materia

23229

à materia non à Forma proficiſcatur. Præterea cùm omnis Differentia ſit ordine naturæ ſic prior ſua Specie, & cùm mortale homine poſterius dicatur, homo enim non eſt mortalis priuſquam eſſentiam habeat, idcirco in numero maximè propriarum Differentiarum non habetur. Atque ſi ratum haberemus, mortale eſſe Differentiam, non tamen hominis ſed animalis differentia eſſet ſtatuenda: quia cum homine non reciprocatur, quod in omni vera differentia ex neceſſitate, eſt requirendum.] Quamuis id abnuat Burleus, & Differentiam cum Specie non viciſſim dici, manibus pedibúſque comprobare conetur. Sed illam opinionem ſummi erroris condemnat Paulus Venetus, & omnes illi Interpretes, qui vel primis, vt dicitur, labris, Diſſerendi artẽ guſtauerunt, ita vt ſummus Burlei defenſor, nempe Bompillus, ab hac opinione deflectere non dubitarit. Sed hoc alij videant: quare vt eo iã quò ſumus digreſſi, reuertamur, ♀ mortale potiùs proprium animalis, quàm hominis Differentia eſt cẽſenda, & vt ad riſum aptum, quod eſt hominis proprium ridendi potentiam, ita quia mortale moriendi facultatem deſignat, in animal tanquam naturalis quædam affectio cadere eſt iudicandum.] Quare ♈ mortale vt ſignificat aptitudinem ad interitum, eſt animalis proprietas, quoniam per ſe aptum eſt animal vt intereat, in ſe enim corruptelæ principium habet.] Nonnulli autem, apud quos diuerſa eſt opinio, mortale ne proprium quidem appellari volunt. Nam ♃ cùm omnis Differentia & Propria paſſio prius naturis vniuerſis quàm ſingulis conueniat, (Riſus enim priùs ineſt homini vniuerſo quàm ſingulari) mortale, quia prius in ſingulos homines, quàm in communem cadit (nam actus & rerum ortus in rebus ſingulis verſatur) proprium hominis eſſe non poteſt. Deinde ſi mortale eſſet Proprium hominis, per ſe & vi ſua homini vniuerſo cõueniret: homo enim vniuerſus eſt per ſe ad riſum aptus. Sed mortale nõ cõuenit homini vniuerſo per ſe: vniuerſæ enim rationes ſunt perennes, & nõ vi ſua, ſed ratione rerũ ſingularũ oriuntur & cadunt. Relinquitur ergò mortale non eſſe hominis proprium.] Hic ego non miror eſſe quempiam qui quærat, ſub quo attributo mortale ſit reponendum, cùm de animali aut homine affirmatur? Cui vt ſatisfaciam⁹, atq; vt rem breui complectamur, ſciendum eſt, duplicem eſſe actum, Ponentem & Priuantem: duplicem etiam eſſe potentiam, nempe Ponentem & Priuantem. Illam appello potentiam ponentem, cuius actus aliquid in ſubiecto ponit, vt exempli cauſa: aptum ad riſum, eſt potentia ponẽs, quia ridere eſt huiuſmodi actus, qui in Subſtantia reponit. Illam verò priuantem potentiam voco, cuius actus eſt priuans. Cùm ergo nulla priuatio poſſit eſſe attributum, quòd non præſentiam, ſed rei potiùs abſẽtiam declaret, ita mortale inter rationes communes (vti arbitror) annumerari nequit, cùm potentiæ priuantis ſignificationem habeat. Sed de mortali hactenꝰ. Nũc an Diſciplinæ compos differentia ſit, videamus. Omnes Interpretes vno ore cõſentiunt, diſciplinæ capax eſſe ꝓpriũ hominis, ꝙ & Ariſtotelis teſtimonio probãt, qui aptũ habere animũ ad grãmaticã percipiendã, ꝓpriũ eſſe meminit. Porphyrio autem ſatisfaciũt, ‡diſciplinę capax ab eo poſitũ eſſe loco genuinę differẽtię,

Burleus.

Hieronimus Bompillus.

♀ Paul. Ven.

♈ Daniel Bar.

♃ Antonius Andreas.

Obiectio.

Solutio.

Ariſt. lib. 1. top. cap. 11ij.

‡ Tartaretus.

nobis minimè perſpectæ.] Alij dicunt ♀ illum Platonis opinionẽ fuiſſe ſequutum.] Quod ſi pugnaueris ♈ diſciplinas omnib⁹ animãtib⁹ quæ audiendi ſenſum habent, conuenire, ſicuti viſum eſt Ariſtoteli, ergo non tantùm homini ineſſe, ideoq; non eſſe proprium: tibi occurremus ſolum hominem cum diſcurſu rationis aptum habere animum ad ſcientiam, alia verò animalia vſu tantùm & conſuetudine.] Nonnullis verò placet diſciplinæ capax inter differentias collocari, atque illud ipſum in varias ſignificationes deduci: ♋ aut quemadmodum eſt differentia ab humano intellectu diſſeminata, quo modo eſt vera differentia hominis: vel vt eſt quædam potentia diſciplinam ſuſcipiendi à principijs Speciei, corporis interuẽtu, profluens, qua ſignificatione hominis eſt proprium. Et quia in diuerſis corporibus variæ hærent diſpoſitiones, à quibus huiuſmodi aptitudo propria vi dependere ſolet, ideo in alio maior, in alio minor aptitudo ineſt. Hæc autẽ diſtinctio vnicuique proprio nequit inſeruire: quod in ridendi facultate facilè cernitur, cui hæc diſtinctio non accommodatur, quòd licet homo rideat, nulla tamen pars hominis aptum habeat ad ridendum animum. At verò intellectus humanus eſt diſciplinę capax, & non tantum homo.] ‡ Per ſe autem illa primùm conueniunt, quæ in explicãda rei natura atq; eſſentia adhibentur: vt triangulo per ſe ineſt linea, lineæ punctum. Nam & in natura trianguli & lineæ hæc inſunt: & in definitione, qua delcaratur quid illa ſint, ponuntur. Deinde illa etiam Per ſe inſunt, quæcunq; rem aliquam ita conſequuntur, vt cum quid illa ſunt definitione explicatur, neceſſe ſit rem ipſam in definitione accipi: quomodo lineę conueniunt rectum & circumductum, & numero par & impar. Eſt verò & alia ſignificatio hui⁹ verbi, cum ea Per ſe eſſe dicuntur, quæ cum appellantur, in nullo ſubiecto eſſe intelliguntur. Nam cùm ambulare dicimus, aliud quiddam intelligamus oportet, in quo illud ipſum ambulare inſit: & cùm album appellam⁹, aliud quoddam eſſe oportet quod album ſit. Subſtantia autem, & omnia quę hoc aliquid ſignificant, aliud nihil ſunt, quàm id ipſum quod ſunt. Quapropter quæ in nullo ſubiecto inſunt, ea per ſe eſſe dico, quæ verò in ſubiecto inſunt, ea accidentia appello. Eſt etiam aliud quoddam genus, quo ea Per ſe eſſe dicuntur, quę ſuapte natura ac propter ſe alteri conueniuntẽ: veluti vt ſi quis iugulatus intereat, id per ſe fieri dicimus, quando interitus cauſa eſt ipſa iugulatio.] Sed vt harum rerum faciliorem cognitionem capiamus, eas ſubiecta figura cõplexi ſumus.

♀ *Petrus de Bruxellis.*
♈ *Auguſt. Niphus, lib. 1. toppic.*
Ariſtot lib. de animalib.
Solutio.
♋ *Paul. Ven.*
‡ *Ariſt. lib. 1. de demõſtr. cap. iiij.*

Breuis

23229

rationes & modos eorum quæ per se conueniunt, complectens.

Primus modus est, cùm prædicatũ sit ex substantia subiecti. Tria verò pertinẽt ad substantiam subiecti,
- *Definitio,*
- *Quæuis pars definitionis, quæ vel in partem diuiditur*
  - *rectam, vt homo est animal,*
  - *obliquam, ut linea est ex punctis constituta.*
- *Omne superius.*

Definitionum alia est,
- *vera et perfecta, ad intrinsecã rei naturam pertinens, quæ sub primo modo cõtinetur.*
- *Tantùm nominis, vt definitio Vacui, quæ ab hoc modo remouetur.*
- *Ex proprio,*
- *Ex causa,*
  - *finis*
  - *efficiente*

  } *confecta, quæ ad primum modum reducitur.*

Dicuntur autem ad hunc modum reduci, quia quadã mutatione facta, ad hanc classem pertinere solent: vt Homo est animal aptum ad risum, Hæc enunciatio, hac ratione reduci potest, homo est animal rationis capax. Aliquid autem ad hunc modum reducitur, cum in aliqua

enuntiatione dicitur uel
- *Definitum*
- *Definitum*
- *Inferius*
- *Idem*
- *Disparatum*
- *Oppositum*

de
- *Definitione,*
- *aliqua parte definitionis,*
- *Superiori,*
- *Se ipso, ut Plato est Plato*
- *Disparato, vt homo est asinus.*
- *Oppositio, ut candidũ est nigrũ.*

Hæc tria reduci possũt per simplicẽ cõuersionẽ, hoc est, cũ de subiecto fit prædicatũ

Hæc tria ad hoc genus pducũtur, cũ de subiecto et prædicato supius effertur, ut Plato est Plato, Plato est homo.

Quatuor sunt modi per se.

Secundus modus est, cũ ꝓpria passio, uel ꝓpriũ accidẽs, ꝙ certũ habet subiectũ, ut simitas inest naso, cũq; illud quod ꝓ subiectũ definitur, de eodem effertur, cuiusmodi est omne ꝓpriũ. Aliquid ad hoc genus reducitur, uel cum dicitur
- *Subiectũ,*
- *Propriũ,*
- *Propriũ,*

de
- *passione,*
- *genere supiori*
- *proprio.*

Primus modus reducitur ꝓ simplicem cõuersionem.
Secũdus cũ à Genere ad Speciẽ deducitur ratio,
Tertius, cũ ambo propria de subiecto dicuntur.

Tertius modus est, cùm id quod neq; de inferiori dicitur, neq; alicui inest subiecto, ꝓ se in rerũ natura cohærere dicitur: vt
- *Plato, Cicero, & unaquæuis*
- *substantia singularis.*

Quartus est, cum subiectum exprimit causam prædicati, vt interfectus interijt, quia enim interfectus erat, idcirco Interijsse dicitur. Causarum autem alia est
- *Actus, quæ actu*
- *Potentia, quæ potentia*

restituit effectum.

Quare cùm dicat Porphyrius (vt tandem vnde digressa sit, eodem redeat oratio) differentias veras & perfectas per se tãtum conuenire, vocabulum [per se] ab illo sumitur, non vt quatuor hosce modos, sed primũ tantũmodo sub suo ambitu cõplectitur, à q̃ proprias passiones remouere debemus, cum illæ non primo modo, sed secundo per se rebus cõueniant. [Quocirca quæ per se] primo modo [insunt, eæ] veræ differẽtię [in definitione] non quauis, sed in illa [qua rei vis & natura explicatur, adhibentur, ijsq; res alia efficitur: at quæ fortè] & [temerè] rei cõueniũt, cuiusmodi sũt differẽtię, ꝓprię & cõmunes, [nec ad definitionẽ eiꝰ generis addũtur]. i. nõ ponũtur in ꝓfecta veraq; definitione

[nec aliam rem faciunt] ,i. non efficiunt rem natura ab alijs differre, [ſed modò] & tãtum [diſſimilem.] Sequitur alia differentiarum diuiſio ♀ quæ cum ſequentibus eſt Accidentis in accidentia, licet quibuſdã aliter viſum fuerit, quod facilè cognoſcetur, ſi quis diuiſi & membrorum diuidentium rationes, mutuaſq; affectiones diligenter excuſſerit atq; contulerit. Neq; in huiuſmodi aduentitijs diuiſionibus, quicquam incommodi euenire arbitramur, ſi aliquando diuidentia membra, alteri à diuiſo conuenire probentur, cùm iſtud ſolum in diuiſionibus per ſe exigatur.] [Deinde quæ vi ſua rei conueniunt, nec amplificari nec minui poſſunt].i. nequeũt vel magis vel minus habere. Burleus negat, ♈ Porphyrium generatim de omnibus Differentijs veris locutum fuiſſe, ſed eas tantùm intellexiſſe, quæ Species in Categoria Subſtantię repoſitas complent & abſoluunt. Nam ſeparare viſum, eſt candoris differentia, & intentionem capit, & remiſſionem.] ♊ In quibus verbis magnum eſſe errorem, facilè eſt perſpectu. Quemadmodũ enim Porphyrius de Genere & Specie diſputauit, non vt tantum in Categoria ſubſtantiæ, ſed in alijs etiam collocantur: ſimili modo conſentaneum eſſe ducimus, vt eum ita de Differentia, vt vnicuique Categoriæ inſeruiat, diſſeruiſſe aſſeramus. Si igitur ea, quæ ab Auicenna litteris ſunt cõſignata cõplecti, tueriq;, eique noſtrum iudicium adiungere velimus, dicamus Differentias quæ in nouem illis Categorijs reponuntur, vt ſuas reſpiciunt Formas, nec intẽdi, nec remitti, quamuis comparatione ſubiecti quædam valeant, nonnullæ nequeant intentionem & remiſſionem capere.] Sunt & alij qui in ♯ ſubſtantiarum Formis Magis & Minus reperiri aiunt: cumq; dicat Porphyrius, Differentias maximè proprias neque contentionem aut remiſſionem ſuſcipere, illum nõ noluiſſe aſſeruerunt eandem numero Differentiam nec amplificari, nec minui, neq; negaſſe diuerſas numero Differentias intendi & remitti, atq; hac ratione à communi & propria Differentia ſeparari, quòd idem Accidẽs numero Magis & Minus habere poſſit.] Nonnullorum eſt ſententia ♀, Formam à qua ſumitur Differentia, vno ex tribus modis intelligi poſſe, aut ex ea parte, qua alicui eſſentiam tribuit, quod non eſt: aut ea ratione, qua per eam differt ab alia re, quod ex ipſa conſtitutum eſt: aut quantum eius actionis initium eſt, quæ ſit rei naturæ conuenientiſſima. Primo ſanè modo, nec intenditur nec remittitur, nec ſecundo modo. Sed ſi conſideretur actio cuius ipſa Forma, de qua ſumitur Differentia, principium eſt, quemadmodũ hæc Forma (rationis particeps) eſt principium huius operationis ratiocinari, duplex efficitur modus: nam vel in ſe cõſideratur, tanquam Forma, quæ ſit actionis principium: vel ad ſubiectam rem comparata, hoc eſt ad compoſitum, cuius ipſa actio ſit propria, legitima & conſentanea. Priori modo nec magis nec minus habet, poſteriori verò interdũ habet. Sunt enim quædam ex rerum ſubiectarum parte, quæ vel actiones impediunt, vel excitare ſolent.] ♈ Cum ergo Differentia actum aliquem non notet (rationale enim hominis differens, non ſignificat, tam ratione vti quod aduentitium eſt, & vtique intendi & remitti poteſt, quàm rationẽ habere, ſeu rationali anima præditum eſſe, id quod ex ęquo omnibus conuenit ijs, qui hominis vocabulo appellantur) cũ (inquam)

♀ *Louanienſes*

♈ *Burlem.*

♊ *Paul. Vene.*

Auicenna.

♯ *Antonius Andreas.*

♀ *Daniel Ban. Aquinatis commentator.*

♈ *Matthiſius.*

23229

(inquam) Differentia actum aliquem nõ notet, ſed inſitam ſolùm vim atq; potentiam declaret, non quia actio intendi ac remitti videtur, etiam ipſa vis & poteſtas intentionis & remiſſionis capax eſſe exiſtimanda eſt.] ⁑ Per Accidens ergo & non per ſe Differentia, quæ rei naturam conſtituit, vel remitti vel intendi videtur.] [Quæ caſu etiam ⁑ *Daniel Bar.*
ſi ſeparari non poſſunt, tamen & contentionem capiunt & remiſſionem.] ‡ Hic locus quadam ex parte tantùm veritatem videtur contine- ‡ *Louanienſ.*
re: non enim verum eſt, omnes Differentias per Accidens intentionem ſuſcipere aut remiſſionem, vt conſtat de Quantitatibus, Figuris perfectis & multis rationibus. Inſuper propriæ paſſiones (quæ eſſentiam ipſam quæ diuidi non poteſt conſequuntur, ex eaq; inſeparabili quadam ratione manant) Magis aut Minus ſuſcipere non poſſunt: vt vnus homo non eſt magis ad riſum aptus altero, teſte etiam Porphyrio in Communitatibus vniuerſalium.] ♀ Neque minus riſum facere ♀ *Titilm. cap.*
potuit ille, quem ferunt omnia fleuiſſe, Heraclitus,] ♈ etiam ſi actu *ij. prædicabil.*
nunquam rideat: quo modo Plinius, Ferunt, inquit, Craſſum auum ♈ *Matthiſius.*
Craſſi in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum:] Lucilius verò ſcribit (vt autor eſt Cicero) M. Craſſum ſemel in vita riſiſſe,] ♉ quàm fuerit alius ille ridens omnia Democritus. Neque Cachinnones magis quàm homines tetrici ridendi facultate imbuuntur, dum propriè loquimur. Ipſa enim naturalis paſſio ſiue propenſio, in omnibus eſt æqualiter. Proniores tamen ad riſum ſunt, & in actum frequentius eunt alij alijs ſecundum diſpoſitionem variam organorũ, quibus huiuſmodi actus exercentur: vt in illis in quibus ſplen eſt maioris petulantię facilius riſùs & cachinni excitantur, in illis autem qui ſplene ſunt duriori, difficiliùs.] ‡ Quocirca Proprium cũ propinquam ‡ *Aquinatis commentator.*
quandam ad actum aptitudinem declarat, poteſt intendi, vel remitti: ſed vt eſt naturalis potentia profluens ex principijs Speciei, intenſionem & remiſſionem habere nequit.] Vel dici poteſt ♀ dupliciter aliquid intendi vel remitti: aut maiori minoriue cõtrariorum permiſtione, vt cum res candida minori contrarij permiſtione candidior ſemper euadit, ſemper enim impermiſta magis oppoſita re candeſcit: aut ex natura ſubiecti, in quo inſunt contraria, vt Accidentia propria quæ à principijs, Speciei naturam conſtituentibus proficiſcuntur, atque in Speciem, corporis interuentu, recipiuntur. In ipſo autem corpore quædam diſpoſitiones reperiuntur, quæ in alijs maiorem ridendi aptitudinem quàm in cæteris procreare ſolent. Qui enim admiratione affici eſt habilior, ille ad ridendum promptior eſt: & qui minus eſt habilis ad admirationem, minus erit aptus ad riſum. Quapropter propriæ facultates per Accidens intenduntur & remittuntur, ratione rerum ſubiectarum, in quibus reponuntur.] [Nam nec Genus de Formis ſuis cum dicitur, illas magis & minus ſibi adiungi patitur, nec differentiæ Generis, quibus] Genus [diuiditur in partes] Generi ſubiectas, quales ſunt Species, [cum præſertim ex his,] id eſt, ex Genere & Differentia, [definitio cuiuſque perficiatur, & rei nullius vis & natura, quæ vna eademq; eſt, imminui poſſit nec amplificari. At verò aduncis ſimiſq; naribus magis & minus eſſe,] ♈ non per ſe ſed ſecun- ♈ *Louanienſ.*
dum ſuas cauſas.] [Et colore aliquo quis leniter vel multũ inficí im-

♀ *Auicenna. Aquinatis commentator. Daniel Barb.*

♉ *Titilm. cap. ij. de prædica.*

§ Louanienſ. buiq; poteſt]; idq; ratione ſuorum inferiorum, videlicet albi & nigri, quæ ſecundum magis & minus enunciãtur.]

Iam ergo tria Differentiarum genera eſſe perſpicimus, & alias quæ abeſſe poſſunt, alias quæ non poſſunt: rurſúmque earum quę abeſſe non poſſunt, quædam quæ vi naturáque ſua adſunt, nonnulla quæ caſu & fortuito. Rurſus ex iis Differentiis quæ per ſe inhærent, aliæ, ſunt quibus Genera in partes & formas diuidim⁹: aliæ, ſunt quæ Speciem efficiunt, velut quoniam animalis per ſe differentiæ hę ſunt, animatum, ſenſus compos, rationis particeps, & expers rationis, mortale, & immortale: hæ quidem duæ differentiæ, animatum & ſenſus particeps, animalis vim naturámque ac Speciem abſoluunt. (Eſt enim animal nil aliud quàm natura animata, ſenſus compos.) Hæ autem, mortale & immortale, rationis particeps & rationis expers, Genus in partes diuidunt: his enim in Formas & ſpecies Genera partimur. Sed quæ Genera diſpartiunt, eadem Formas Speciéſque complent, cum præſertim his Differentiis, particeps rationis & expers rationis, mortale & immortale, animal diſtribuatur in partes, ita tamen vt particeps rationis & mortale, hominis, particeps rationis & immortale deorum, expers rationis & mortale belluarum Genus compleant. Eadémque ratione cum ſummæ Subſtantiæ differentiæ diuidentes hæ ſint, animatum, inanimum, ſenſus particeps, ſenſus expers: ex his duæ illæ animatum & ſenſus particeps, ad Subſtantiam additæ, animal complent: hæ autem, animatum & ſenſus expers, plantam. Quoniam igitur hæ omnes vno modo ſumptæ & intellectæ, efficientes ſunt formarum, alio modo Generum diuidentes, factũ eſt, vt procreatrices formarum omnes ſint appellatæ: quarum quidem in Generum diuiſionibus, rerúmque naturis definiendo explanandis vſus eſt maximus. At earum quæ vt caſus & fortuito conueniant, ſeparari non poſſunt, non item: ac earum multò etiã minor, quæ abeſſe poſſunt.

Poſtquam longo orationis filo, tria illa differentiarum Genera diſcuſſit, tandem ad propius accedens munus officiumq; verarum differentiarum, qualemq; ex his vſum habere poſſimus, demonſtrat. [Iam ergo tria differentiarum Genera] .i. tres differentiæ ſignificationes [eſſe perſpicimus, & alias quæ abeſſe poſſunt, alias quæ non poſſunt: rurſumq; earum quæ abeſſe non poſſunt, quædam quę vi naturaq; ſua adſunt] .i. quædam quę pertinent ad naturam Speciei, eiq; primo modo per ſe conueniunt: [nonnulla quæ caſu & fortuito,] his omnibus perſpectis & cognitis, alia diuiſio eſt adhibenda, non omnium differentiarum, ſed earum tantùm quæ maximè proprię & per ſe rebus cõueniunt.

23229

ueniunt. [Rurſus ex his differentijs quæ per ſe inhærẽt, aliæ ſunt quibus Genera in partes & Formas diuidimus, aliæ quæ Speciem efficiant:] ♀ membra huius diuiſionis inter ſe non re ſed tantùm ratione differunt, quia vna Differentia diuidit Genus, & Speciem conſtituit.] Quod vt clariùs perſpici poſſit, animaduertendum eſt, ♈ duplicem eſſe diuiſionem: vnam appellamus diuiſionem rei in diuerſas res, qualis eſt prima differentiarum diuiſio: alteram eiuſdem rei in diuerſos eius modos, cuius membra in vnum idemq; licet nõ vna ſed varia ratione cadunt. Fieri enim non poteſt eaſdem differentias vnum idemq; conſtituere & diuidere. Nam quia rationis compos & rationis expers animal diſtribuunt, idcirco nulla conditione ad animalis naturam exprimendam adhiberi poſſunt. Simili ratione, quia animatum & ſenſus compos in animalis natura explicanda inſeruntur, ideò nullo pacto ad animal diuidendum concurrere valent.] Sed de his quidem ſatis dictum eſt, ſequitur vt doceam, quo pacto Genus in ſuas Species diuidi intelligamus. Cum ergo dicitur differentias Genus partibus diſtribuere, ♋ non eſt hoc de ſubiectione illa intelligendum, qua ſolidæ res, vt ligna & lapides, conciduntur, ſed de diuiſione propria Dialecticorum. Nam cum dicitur animal diuidi, per ratione vtens & ratione carens, nihil aliud innuitur, niſi animal quoad eius ambitum & communitatem, declarari per ratione vtens & ratione carens.] ♄ Non enim Generis diſtribuitur eſſentia & natura, quia idem Genus numero eſt in omnibus ſuis formis: (at non intelligo vnum numero, vt illi quod vnum eſt Genere aut Specie aduerſatur, ſed vt contra multa numero diſtinguitur) ſed Generis poteſtas in partes deducitur, cum alia ſit Generis potentia in vna Specie, alia in altera, quemadmodum alia eſt & alia Differentia, quæ Genus in varias perducit Species. Nam ſi vniuerſa Generis poteſtas eſſet in vnaquauis Specie, tum proprietates poteſtatem Generis conſequentes, cuiuis Formę ineſſent: quibus datis relinqueretur, hominẽ nõ tantum, ad riſum, ſed etiam ad hinnitum aptum eſſe. Quare cùm tota & integra Generis natura, & proprietates quæ naturam illam concomitantur, in quauis Specie ſunt repertę, certum eſt ipſam Generis naturam nulla ratione in diuerſas Species diuidi poſſe.] [velut quoniam animalis per ſe differentiæ hæ ſunt, animatum, ſenſus compos, rationis particeps, & expers rationis, mortale & immortale: hæ quidem duæ Differentiæ, animatum] ſcilicet [& ſenſus particeps, animalis vim naturámque ac Speciem abſoluunt: eſt enim animal nil aliud] .i. animal nullã aliã habet definitionem nobis ſaltem explicatam, [quàm] vt ſit [natura animata,] hoc eſt, vt ſit Subſtantia animata, ſeu corpus animatum,]ſenſus compos,] ♀ per ſe exiſtens: quod ea de cauſa à nobis interiectum eſt, quia non eſt animalis completa definitio, vt ſit Subſtantia animata ſenſus compos. Illud autem Per ſe exiſtere volo, quod neque eſt pars, neque Accidens: licet ergò manus Platonis ſit Subſtantia animata ſenſus compos, non tamẽ animalis vocabulo dicetur, quòd per ſe propria vi (cum ſit pars integralis collatione Platonis) non exiſtat.] Eodem addendum eſt illud, ♈ Animatum & Senſus cõpos in duas ſignificandi poteſtates duci poſſe, alteram actus, alteram potentiæ: illud actu animatũ ſeu ſenſus particeps

♀ *Louanienſ.*

♈ *Petri Hiſp. commentator.*

♋ *Daniel Bar.*

♄ *Paul. Ven. Verſor. Daniel Barb.*

♀ *Paul. Ven. lib. i. phyſicor. com. xvj.*

♈ *Paul. Ven.*

ticeps appellatur, è cuius animo omnes vitæ operationes proficiſcuntur. Potentia verò ſentiens animatúmque dicitur, cuius anima omnes viuendi vires & operationes rei confectæ minimè tríbuit. Cùm igitur neq; manus, neq; pes, nec aliqua animalis pars, huiuſmodi habet animam, quæ omnes vitæ facultates illi largiatur, perſpicuum eſt, animalis partes animatas ſenſusq; cõpotes eſſe poteſtate, nõ actu, ob eamq; cauſam in numero animantium non poni, cùm animal ſit natura actu animata, actuq; ſenſus particeps.] [Hæ autem] differentiæ [mortale & immortale, rationis particeps, & rationis expers, Genus in partes] & Species [diuidunt: His enim] differentijs [in Formas Speciesque Genera partimur,] nõ ſecundũ ſuam naturam, ſed poteſtatem. § Animatũ (vt de his exemplis accuratiùs diſſeram) interdũ aſſiſtere, interdum informare conſideratur: vt aſſiſtit dicimus cœlum eſſe animatũ, non quòd animatum ſit differentia cœli, cùm cœlum ſit inanimatum: ſed idcirco animatum appellatur, vel per aſſiſtentiã animę nobilis, vel quia in corporibus inferius poſitis ortum efficit:] quemadmodũ ſcribit Ariſtoteles, ‡ hominem & Solem, hominem generare.] Ita etiam ♀ Solem calidum appellamus, non quidem per ſe, cùm potiùs ſit calefaciens ſui luminis radijs incendens & illuminans mundum.] ϒ Sed vt informatur, eſt differẽtia hic à Porphyrio poſita: quia munus Differẽtiæ eſt, Speciem informare.] At verò quod ad Senſitiuum ſpectet, § vulgata eſt quorundam ſolutio, Senſitiuum non eſſe animalis perfectam differentiam, ſed potiùs proprium, quemadmodum potentiam ſentiendi ſignificat: ſed vt per ſenſitiuum, animam ſenſitiuam compoſiti naturalis partem ſubſtantialem ſignificamus, eſt differentia magis propria. Veriſimílius tamen erit, negare ſenſitiuum eſſe propriã differentiam, ſed potius ſub quarto attributo reſpectu animalis cõtineri, nec ſignificat animam ſentiendi viribus imbutam, ſed ſentiendi potiùs aptitudinem. Senſibile eſt enim differentia Magis propria, connotans animam ſenſibus inſtructã.] Sed licet poſtrema ſolutio Arboreo magis quàm prima arrideat, tamen ſi quis vtrasq; diligẽtiùs & acriùs introſpiciat, exploratũ habebit, illas ſẽſu & re vera nõ diſcrepare: ideoq; Arboreũ de nomine tantùm, nõ de re ipſa diſſeruiſſe. Quod diſputãdi gen⁹, quoniam omnimo à Diſſerendi ratione alienum remotumq; eſt, declinare debemus: cũ ‡ ijs omnibus, qui ratione & verè diſſerere volunt, hoc omnino fugiendum eſt, ne eorum in nomine verſetur diſputatio & controuerſia. [Sed quæ] differentiæ [genera diſpertiunt, eædem Formas Speciesq; complent,] non eo tamen reſpectu quo genera diuidunt, Species abſoluunt, ſed diuerſa adhibita comparatione, [cùm præſertim his differentijs] quæ ſunt [particeps rationis, & expers rationis, mortale & immortale animal diſtribuatur in partes] ſubiectas, quas populariter Species nuncupamus. [Ita tamen vt particeps rationis & mortale,] vt Platonicis videtur, [Deorum: expers rationis & mortale, belluarũ genus] & naturam [compleant.] Rationale interdũ Scientiæ, nonnunquam Geometriæ, quandóque Angelo, plærumq; homínĩ accommodatur. Cùm ſcientiam Rationalem dicimus, ♀ rationale habitum intellectus, circa illud quod ratione tantùm & intellectu eſt, verſantem ſignificat.] Cùm de rationali Geometra loquitur,

§ *Petri Hiſp. commentator.*

‡ *Ariſt. lib. ij phy. cap. ij.*

♀ *Velcu. li. ij. phyſic. cap. ij.*

ϒ *Petri Hiſp. commentator.*

§ *Arboreus.*

♀ *Iauellus in antepræd. regula. ij.*

tum

23229

tum ϒ rationale de linea effertur. Illam enim lineam appellant ratio- ϒ *Paul. Ven. li i. de demō.*
nalem Geometræ, de qua ratiocinantur, vel per quam aliarum linea- rum proportionem compertam cognitamq; habent, omneſq; illæ li- neæ commenſurari poſſunt: quæ verò nulla ratione commenſurari valent, illę ratione carentes lineę à Geometra nominantur, vt diame- ter, coſta quadrati, &c. Hinc eſt quòd Ariſtoteles Geometram de ratione carente diſſerere ſcripſerit.] Quod autem angeli ſunt rationis participes, ſæpenumerò diximus Platonis fuiſſe opinionem, quamuis nonnulli angelis intuentem, hominibus diſcurrentem ratiocinādi vim facultatemq; attribuāt. Illud verò rationis particeps, quod humanam naturam complet & abſoluit, à diuini hominis anima in corporis com pagibus incluſa, ortum & originem ſuam habet: proinde in ijs perni- cioſum eſſe errorem, illorumq; aures veritati eſſe clauſas puto, qui belluis rationem ineſſe aiunt. ϛ Quod & Laurētium Vallam & Plu- tarchum feciſſe reperitur.] ‡ Exiſtit enim Plutarchi dialogus lepidiſ- ſimus, in quo bruta animalia nō minùs quàm homines ratione vti de- monſtrare enititur.] ♀ Sed aliud Ariſtoteles de beſtijs ſentit, ad cuius ſententiam accommodatè hic loquitur Porphyrius. Neq; verò Ariſto- teles ſolum beſtijs rationem adimit, ſed etiam Stoici rationis expertes beſtias affirmant, quemadmodū Cicero ait: hanc (videlicet rationem) quam vos diuino beneficio homini ſolum tributam dicitis, beſtiæ non habēt. Quod ſi idem mentem ac rationem aliquam beſtijs attribuit, impropriè loquitur, nempe vt quiddam mentis ac rationis ſimile intel ligat, quemadmodum ſecundo de natura ſignificat.] Sed tibi forſan perſuadebis ratione bruta imbui, quandoquidem quædam ex his ſint diſciplinæ capacia, cuiuſmodi ſunt equi & canes,

ϛ *Matthiſius. Lauren. Valla lib. i. cap. ix.*
‡ *Plutarchus.*
♀ *Vico Mercu lib. ij. phyſico.*
ϒ *Matthiſius. Ariſt. lib. ij. phy. cap. ij. Stoici. Cicero lib. iij. de natura Deorum.*

Obiectio.

ϒ *Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter*
Ire viam, quam monſtrat eques.]

ϒ *Horatius.*

Aliæ quæ in poſterum præſentiunt, vt Formicæ & apes.

ϛ *Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,*
Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo,
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.

ϛ *Horatius. i. Saty. lib. i.*

Vergilius etiam de Apibus ſic loquens: ait.

Præterea regem non ſic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus, Hydaſpes,
Obſeruant, rege incolumi, mens omnibus vna eſt:
Amiſſo rupêre fidem conſtructaq; mella
Dirupere ipſæ, & crates ſoluêre fauorum.
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq; frequentes.
Et ſæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per vulnera mortem.
His quidam ſignis atq; hæc exempla ſequuti,
Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus
Aethereos dixere.

‡ *Vergil. lib. iiij. Georgico.*

Hæc omnia euidenter demonſtrant, belluis rationem ineſſe, cum apta

Solutio.

apta habeant ad disciplinam capiendam organa. Sed non est cur talem sequare opinionem, cùm hunc scrupulum tibi ex animo euellere possis, si modò teneas, ¶ Prudentiæ & Disciplinæ duas significationes subiectas esse, Communem & Propriam. Prudentia communiter sumpta est ea, quam de rebus futuris ratione memorię cognitionem habemus. Disciplina verò latiùs accepta, est notitia quadam instructione acquisita: atq; hac significatione belluas disciplina & prudentia damus esse præditas. At Prudentia propriè considerata, est recta ratio rerū agendarum: & Disciplina, cùm suam habet propriam significationem, est cognitio intellectus, à doctore aliquo accepta. Atque hoc modo solum hominem prudentem atq; disciplinæ capacem appellamus.] Cum solus homo inter cætera animalia, intellectu imbuatur, ergò & solus ratione: cum ¥ intellectus sit idem numero cū ratione.] Sed ab his rebus abeamus, atque pauca de Immortali disseramus. ǂ Diuidit animal in mortale & immortale Porphyrius, opinionem Platonis sequens:] ex quo liquet esse quoddam animal, quod est immortale. Cui sententiæ vehementer à Matthisio reclamatum est: quòd ‡ Angeli nullo modo animalia sint, nisi fortassis impropria locutione, propter vitam quam habent secundum intellectum: neq; enim rationis sunt compotes, vti homines, sed tantum ambiguè.] Nonnulli asserunt, ¶ Porphyrium opinionem non Platonis, sed vulgi potiùs tenuisse, cum de animali verba faceret: vulgus enim imaginatione & phantasia quadam ductus, suam in Angelis cogitationem ponit, ea ratione, qua substātias corporeas mēte cōplectitur, & ita, vt existimat vulgꝰ, Angeli vera animalia esse, rationemq; habere debent.] [Eademq; ratione cum summę substantię Differentię] non proximæ, sed remotæ [diuidentes hæ sint, animatum, sensus particeps, sensus expers.] ¥ Corporeum autem & incorporeum, silentio pręterire voluit, vel quia incorporeum ad Mathematicos spectat,] vel (quod verisimile est) quia duo illa vocabula prorsus ignorauit: vel vt ostenderet à natura differētiarum non abhorrere, superiora Genera partiri, & in Species remotas descendere, vt sensus compos potest corpus in membra quædam deducere, & hominis (de quo non proximè dicitur) naturam, licet non penitus absoluere, quadam tamen ex parte commonstrare. [Ex his duæ illæ, animatum & sensus particeps, ad substantiam additæ, animal complent.] Quia animal est substantia animata, sensus compos: [hæ autem, animatum & sensus expers, plantam,] ǂ Inanimatū hoc in loco formam inanimem: Sensus expers, animam sentiendi vi & facultate non præditam significat. Quod idem est de incorporeo iudicandum, quod formam rerum incorporearum connotare solet: cum omnis differentia non à materia, sed à forma deducatur.] Vt autem hisce tandem aliquando finem imponamus, non mediocri obseruatione aduertendum est, ‡ incorporeū, immortale, & huiusmodi differentias priuātem quandam præ se ferre naturam, partim quia sunt differentiæ aduersæ, ideóque necesse est, vt aliqua ratione differentijs contrarijs aduersentur: partim ob defectum vocabulorum, vel potiùs verarum differentiarum, de quibus ne tenuem quidem cognitionem habemus. Quædam verò priuantes vocantur, propter Speciei constitutæ excellentiam & dignitatem: vt incorporeum

¶ *Paul. Ven. lib. y. de demonstratione.*

¥ *Pelcurio li. iij. physicorū. cap. xxij.*

ǂ *Niphus li. 6 top. lo xxxix. Matthisius.*

‡ *Louanienses cap. de specie.*

¶ *Antonius Andreas.*

¥ *Paul. Ven.*

ǂ *Arboreum.*

ǂ *Petri Hisp. commentator cap. de specie.*

23229

poreum & immortale, quædam verò propter nimiam immersionem & Formæ in materia depressionem, vt in animatum, sensus expers, ratione carens.] Omnes hæ naturæ cum Differentiarum vocabulo appellantur, de eo quod nõ est Substantia minimè, possunt enunciari: licet enim Deus non sit corporeus, non tamen incorporeus dici potest, cùm illud sit incorporeum quod est Substantia finita: Deus verò naturam habet infinitam, & nullius Categoriæ finibus vel cancellis terminatam. Atque ♀ licet nulla Differentia, Generis, quod partitur, particeps esse debeat, huiusmodi tamen priuantes differentiæ per Genera ea quæ dispartiunt, tanquam per suos habitus cognoscuntur & demonstrantur.] [Quoniam igitur hæ omnes vno modo sumptæ & intellectæ efficientes sunt Formarum, alio modo Generum diuidentes, factum est vt procreatrices Formarum omnes] illæ Differentiæ maximè propriæ [sint appellatæ.] ♈ Quamuis autem diuidunt Gen⁹, non appellantur Generum, sed formarum Differentiæ, quia Species efficiunt & procreant. Nam cum vnumquodq; suum potius nomen à fine quàm à principio deducat, meritò specierum Differentiæ nominantur: cùm Genus in cõstituenda re sit principium huiusmodi, quod est materiæ simili, Species verò sit finis, tanquam id quod conficitur. [Quarum quidem in genera diuisionibus, rerumq; naturis definiẽdo explicandis vsus est maximus:] quia omnis definitio cõstat ex Genere & Differentia, vt superiùs meminit Porphyrius. [At earum quæ vt casus & fortuitò conueniunt, separari non possunt: non item] .i. illæ Differentiæ quæ separari nequeunt, fortuitóq; in rei natura inhærent, cuiusmodi sunt Propria atq; illa Accidentia quæ auelli nequeunt, in vera definitione minimè locum habent, quamuis rei descriptionem ingrediantur, [ac earũ multo etiam minor quæ abesse possunt,] hoc est, quod si Differentiæ propriæ quæ abesse nequeunt, in vera definitione non collocentur, multo quidem minus illæ quæ nullo cum labore à subiecto separantur, definitionem veram & legitimam ingrediuntur. Atq; Porphyrij ratio à Maiori est deducta: à Maiori enim ad Minus in pronunciatis negantibus sequitur ratio: vt Rex non potest Ciuitatem expugnare, ergo neq; Miles: sed à minori in aientibus enunciationibus valet argumentum: vt Miles potest Ciuitatem expugnare, Rex igitur potest.

♀ *Petri Hisp. commentator.*

♈ *Paul Venet.*

Has autem definiunt hoc modo: Differentia est qua Forma & Species, Genus superat. Homo enim ratione & mortalitate præditus, vincit animal. Nam animal nullam omnino earum continere, non est verum: vnde enim formæ differentias haberent? Neque verò omnes habet cõtrarias, quoniam isto pacto eadem res simul contrarias Formas haberet: sed vi sua in se differẽtias quæ eis subiectæ sunt, Genera complectuntur, re vera & actu nullam. Ita fit, vt nec quippiam, ex iis quæ nulla sunt, fiat: nec in eodem sint simul Formæ contrariæ.

Duo in rebus tractandis ſemper obſeruari debent: primum, vt illud in q̃ verſari aliquis in animo habet (ſi modo ancipites & multiplices habeat poteſtates) diſtinguat, atq; illius ambiguitatem aperiat: deinde vt vniuerſam illius naturam definiendo explicet: quod ſcribendi genus ſibi proponit hoc in capite Porphyrius. Poſtquam enim diuerſas
§ *Matthiſius.* Differentiæ ſignificationes palam faceret, ỽ quintuplicem Differentię finitionem ſubiicit, idq; ex veterum ſentẽtia, quemadmodũ ſignificat, cum ait, [definiunt,] pluralis numeri & tertiæ perſonę verbo vtens.] [Has autem] Differentias veras, quæ & Genera diuidunt, & Species conſtituunt, [definiunt hoc modo] veteres Philoſophi. [Differentia]
‡ *Daniel Bar.* ‡ Magis propria, vt Speciem conſtituit,] [eſt qua] tanquam ex parte,
ϙ *Louanienſ.* quæ Formæ rationem habet: ϙ qua clauſula à definitione ſeparantur
Hunæus. Genera, cũ non Formæ, ſed materiæ vim obtineant.] [Forma & Speꝛcies Genus ſuperat] natura & eſſentia, nõ poteſtate. At ſi diceret, Diſ-
ϒ *Louanienſ.* ferentia eſt qua ϒ Species aliqua ſubiecta, tanquam res à Differentiæ ratione tantum diſcrepans (qua particula excludũtur formæ Phyſicæ,
§ *Tartaretus.* quæ non ſolum cogitatione, ſed re ipſa à Speciebus differunt)] ỽ plura
‡ *Titilmãnus* in natura & eſſentia ſua quàm Genus cõtinet.] ‡ Quicquid enim habet Genus, habet etiam Generis ipſius Species, & vltra illud integrã retinet Species Differentiam in ſe, vt eſſentiæ ſua partem, quæ tamen
ϙ *Liſtrius.* in Genere, tanquam naturæ illius pars, non ineſt.] ϙ Quanquã enim Genera poteſtate formarum habent Differentias, eas tamen tanquam Accidentia habent, & tanquam partes ſuarum naturarum: omnes enim Differentiæ categoricæ Subſtantiæ quæ numero ſunt infinitæ, etiam ſi non omnes ſint nominatæ, Subſtantiæ fortuitò aduenĩunt.]
ϒ *Louanienſes* ϒ Reĩciuntur ab hac definitione Differentiæ propriæ & communes: quia tantum caſu & fortuitò Species conſtituunt. Illud eſt exactè conſiderandum, quod quemadmodum dupliciter aliquid habere quippiam dicitur, actu videlicet & poteſtate: ita dupliciter quoq; vnũ ab altero per aliquid ſuperari. Superat enim poteſtate Genus ſuam Speciem, Species verò actu Genus. Sed quia poteſtate ſuperare non eſt propriè ſuperare, quemadmodum nec propriè diues eſt qui diues eſſe poteſt, ideò ſimpliciter pronunciatum eſt à Porphyrio, Speciem Genus per ſuam Differentiam, & non è diuerſo ſeparare.] [Homo enim ra-
§ *Louanienſes* tione & mortalitate vincit animal.] ỽ Eſt enim homo per rationem ipſam, quã tãq; partem quę eſt ex eſſentia, & quæ forma hominis eſt, neceſſariò includit. Id quod de nullo ipſius hominis Genere verè dixeris: vt quorum vnumquodq; ſine ratione exiſtere poteſt.] Præterea
‡ *Paul. Ven.* cùm homo tam natura quàm intellectu ſit rationis capax, naturamq; habet & conditionem vt mori poſſit, meritò animal ſuperare dicitur, quod neq; natura neque intellectu mortale eſt vel ratione præditum. Quod autem homo ſit rationis particeps, eumq; mortalitas conſequatur natura & intellectu, nemo eſt cui dubium eſſe poſſit. Hanc enim conditionem natura ſibi inſtillatam habet, quia ſi ſit homo, ſtatim eum rationis & mortalitatis inſita vi ornatum ſequitur. Eſt etiam intellectu rationis compos atq; mortalis: quia in hominem ſeſe iniicere atq; intendere animus nequit, niſi rationem & mortalitatem ſecum reuoluat.

23229

uat.] Hoc autem in loco fingimus mortale esse hominis Differentiam, cùm in exemplis non tantopere veritas quàm rei enucleatio est inquirenda: nam ♀ exemplа ponuntur non vt ita sint, sed vt sentiant qui discant.] ♈ At verò animal (vt ad illud quod initio scripsimus, redeamus) neque natura, neque intellectu est aut rationis aut mortis capax: si enim natura esset ratione imbutũ, vnũquodq; animal esset rationis particeps: atque si animal intellectu rationem haberet, animal mente & intellectu absque rationis consideratione comprehendi non potuisset. Cùm igitur homo natura æquè ac intellectu rationis & mortalitatis sit compos, animal autem omnino non sit, iure dixit Porphyrius, hominem ratione & mortalitate animal superare.] [Nam animal nullam omnino earum continere, non est verum.] Affert Porphyrius scrupulum quendam, qui ad definitionem supra adductam infirmandam plurimum facere videtur. Cum enim antea sit pronunciatum, Genus à Specie per Differentias superari, quôd Differentia de Specie non de Genere efferatur, aliquis forsan Porphyrio quæstionem ponere possit, vnde haberent Differentias illas Formæ, quibus Genera superare dicuntur? Illas enim aut à Genere, aut à seipsis, aut ex nihilo ortum habere. Quod autem ex Genere non proueniunt, illud ostendit autor: [Neque verò omnes habet] Genus [contrarias] Differentias, id est ♉ neque eas à Genere accipere posse videtur,] [quoniam isto pacto eadem res simul contrarias Formas haberet:] quod extra modum est absonum & absurdum, cùm diuersæ Differentiæ in vno eodémque reperiri nequeant. ‡ Sed neque à seipsis illas habent, cum nihil semetipsum constituere, ac seipso prius esse valeat. Neque verò à nullo eas habere rectè dixeris, quia ex nihilo, seu ex eo quod non est, nihil fieri, omnium Philosophorum consensu iam olim est receptum. Apparet ergò, aut Species non omnino Differentias habere, aut sua Genera Differentijs non superare. Hanc controuersiam ex Peripateticorum sententia hunc in modum tollit Porphyrius: [Sed vi sua] & potentia [in se differentias quæ eis subiectæ sunt,] hoc est, quæ absoluunt & procreant Species Generi subiectas: non quod ipsæ Differentiæ saltem directè Generi subijciantur, cùm munus esse Speciei antè dixerit Porphyrius Generi subesse: sed Differentias idcirco sub Genus subiectas esse statuit Porphyrius, vel quòd Species subesse efficiant, cum Differentiæ maximè propriè ea tantùm quæ Generi subijciuntur efficiant & compleant. [Genera complectuntur,] ♀ non quemadmodum in se considerantur, sed quemadmodum subiectas Species respiciunt.] [Re vera & actu, nullam,] vt ipse etiam Aristoteles meminit. Sed ad maiorem huius loci intelligentiam, hic duo nobis explicanda ducimus, primum quid sit potestate continere, deinde rationibus satisfaciemus quæ comprobant Genus actu Differentias habere. Primò igitur sciendum est ♈ aliquid in Genere quinque modis esse. Primum ratione enũciandi, & ita Species in Genere esse dicitur, cum de ea Genus dicatur. Atq; hoc modo idem est esse in Genere, & Generi subesse. Deinde, vt via in Genere termini, eaq; ratione motus est per suum terminum in Genere. Præterea, quemadmodum constitu-

♀ *Niphus li. 4 top. lo. xxxvi.*

♈ *Paul. Ven.*

♉ *Louanienses*

‡ *Louanienses*

Porphyr. cap. de Genere & Differentia.

♀ *Boetius.*

Aristot. vi. metaph. ca. xij

♈ *Aquinatis commentator.*

ens in conſtituto, atq; ſic materia & forma ſunt in Genere ſubſtantiæ. Deniq;, quemadmodũ principia à quibus generum naturæ fluunt, atq; hac ſignificatione vnitas & punctum ſunt in quantitate.] ¶ Poſtremo, quippiam eſt in Genere vi quadam determinandi, quod aliquod confuſum Genus certum & determinatum reddit: eóque modo eſſe in genere, eſt vt Forma in materia, & Accidens in Subiecto ſolet eſſe. Atq; ita Differentia ſubiecta eſt Generi vel in Genere eſſe dicitur, quia certum efficit Genus, quod materiæ eſt ſimile, atque ex Genere profluit, eáque de cauſa eſt in Genere quadam emanatione. Nam vt materia Phyſica eſt formæ cauſa, ita forma materiæ cauſa nominatur. Et vt dicimus materiam ſub formam eſſe, quòd materiam finitam reddat & certam, ita aduerſa ratione Forma ſub materia continetur, quia profluit & emanat à materia, & idcirco ſub materia, tanquam effectus ſub cauſa, poſterius ſub priori collocatur. Quare Genus eſt ſub Differentia vi determinandi, quia Genus incertum efficit finitum: Differentia verò Generi eſt ſubiecta ratione manandi, quoniam à Genere ſolet proficiſci, ac velut è quodam fonte manare: non autem enunciandi ratione ſub Genere Differentia ponitur, quia de ea Genus neutiquam enunciatur. His perſpectis, animaduertendum eſt, duplicem eſſe potentiam: vnam Subiectam, alteram Reſpicientem. Potentia Subiecta, eſt paſſio materiæ, cuius cauſa omnem materia Formam remittere ſolet. Potentia Reſpiciens, eſt illa, per quam materia certam ac determinatam formam reſpicit. Atque hæc Potentia in Categoria Relationis reponitur, atq; ad interitum interuẽtu ipſius Formæ venire ſolet. Cùm dicat igitur Porphyrius, differentias vi quadam & potentia in Generibus eſſe contentas, nõ intelligit Potentiam Reſpicientem, quia illa cùm actui aduerſetur (vt ſcribit Auerrois) actum vnumquemq; remouet & abijcit. Potentia verò Subiecta eſt hic accipienda, quia Genus eſt differentiæ ſubiectum, ex quibus conſtituitur Species: atque eam ob cauſam Genus potentiæ, Differentia verò actus ſimilitudinem habere dicitur.] Atque vt ad eam partem ſermonis, è qua egreſſi ſumus, reuertamur: dicimus ‡ Genus poteſtate, hoc eſt, actus inchoatione & imperfectione differentias habere, & differentiam eſſe in Generis poteſtate, tanquam res diſtincta in re indiſtincta & indeterminata. Eſſe autem in poteſtate, eſt ambitu maiori contineri. Differentiæ igitur ſunt in genere, tanquã in principio, à quo ſuam habent inchoationem, & ſecundũ poteſtatem, id eſt, confuſam & indeterminatam Formam Generis diſtributam, in materiam nondum determinatam, & ad vnguem perfectam.] Ex quibus colligitur, Animal differentias rationis compos, & rationis inops, non idcirco potentia continere, quòd illa potentia aliquando in actum venire valeat, hoc eſt, vt rationis particeps, & ratione carens, tandem aliquando poſſint eſſe animalia: hoc enim fieri non poteſt, ſed ‡ vis & potentia interminatam deſignant Eſſentiam: quaſi ſcriberet, differẽtiæ poteſtate in Genere comprehenduntur, hoc eſt, differentiæ incerte & confuſe continentur in Genere.] ‡ Poteſtate enim continere, eſt indeterminatè & confuſè continere: dicitur verò indeterminatè habere differentias actu, quia neq; hanc neq; illam actu in ſe incluſam habet,

¶ *Paul Vene.*

Auerrois in proœmio de anima.

‡ *Daniel Bar.*

‡ *Antonius Andreas.*

‡ *Daniel Bar.*

23229

bet: & hac ratione dicimus omnia inferiora, in ſuis ſuperioribus eſſe poteſtate.] Sed hærebis forſan, quæreſq; ⁊ quo genere cauſæ Differentias in Genere poteſtate eſſe dicamus? an materia, forma, efficiente vel fine? Non eſt materiæ poteſtas cenſenda: quia Dialecticum Genus eandem cum patre ſimilitudinem habet, ideò agens principium eſſe debet, ſed cùm materia ſit principium, quod in ortu pati ſolet, hæc Generis poteſtas materiæ non eſt attribuenda. Si verò eam ad Formã dixerimus pertinere, Porphyrio repugnabimus & reſiſtemus, cui placet, Genus materiæ, non autem Formæ ſimilitudinem obtinere. Non eſt etiam poteſtas cauſæ efficientis: ob id quòd efficiens per Formam ſuas exercet actiones, quæ actu & re ipſa efficienti ineſt: quare ſi Generis poteſtas eſſet cauſæ efficienti accommodanda, tum Formæ aduerſæ actu in Genere reponerentur. Neque cauſa finis eſt putanda, quia Forma & Finis natura nõ diſcrepant. Sub nullo igitur cauſarum genere illa poteſtas eſt collocanda. Reſpondendum eſt, poteſtatem illam ad Formam confuſam & indiſtinctam ſpectare. Nam vt poteſtas materiæ Phyſicæ per Formam naturalem ad eſſentiam diſtinctam & completam in re naturali formari poteſt: ſic poteſtas Generis, per Differentiam, tãquam per Formam, ad naturam completam & determinatam in Specie deduci poteſt, & vt Forma eſt in materię, ita Differentia eſt in Generis poteſtate. Quemadmodum item Formæ ſunt in materia inchoatæ, hoc eſt à materia ſuum confuſa quadam ratione ortum & originem accipiunt, ex qua confuſione per id quod naturaliter agit ad actum diſtinctum certumq; educuntur: ſic è Generis poteſtate omnes Differentiæ ortum habent, atq; intellectus operatione actu & diſtinctè educuntur.] Idem ‡ etiam eſt dicendum de origine Differentiarum, Genus eſſe Differentiarum formam. Et ſi quiſpiam quæſtionẽ propoſuerit, vnde habeat Genus huiuſmodi virtutem, qua ſolet Differentiam informare, an à ſua Subſtantia, an ab alia? A ſua non poteſt prouenire, tum enim id quod informari potuiſſet, quodq; re vera & actu informat, eſſent eadem. Reſpondemus, ⁘ hanc vim ab intellectus lumine & mentis acie deduci, qui quidem intellectus ipſius materiæ cauſa appellatur: & qui talem inchoationẽ in ipſa materia efficit, quia illius luminis virtute p̃ ſingulare quoddã agẽs huiuſmodi educũtur.] Deniq; Thomas & Albertus in hoc cõueniunt, q̃ Genus ſit principiũ & forma Differentiarũ: in hoc verò differũt, q̃ Albertus differentias re ipſa à Genere prouenire, at Thomas ratione tantum eas à Genere proficiſci dicat.] Sed de prima parte hactenus, nunc verò an actu ſint in Genere differentię videam⁹. Illud verò interim admonitum velim, diſcrepationem fore de illis Differentijs, quæ diuidunt Genus: ϒ cùm in dubium venire non debeat, Genus ſuas conſtituentes differentias nõ ſolum poteſtate, verum etiam actu in ſe incluſas & reconditas habere.] ⁊ Hæ propoſitiones (inquit Caietan⁹) ſimul veræ ſunt: animal eſt rationis compos, animal eſt rationis expers, ergo Genus differentias ſuas non tantùm in poteſtate, ſed & actu habet coniunctas. Reſpõdet Caietan⁹, eidem actu ineſſe, dupliciter intelligi: Aut enim per cõiunctionis modum, quo modo accidentia ſuis ſubiectis cõiuncta ſunt, aut Forma materię, & quoduis aliud, quod extra Subſtantiam eſt, rei

Obiectio. ⁊ *Colonienſes & Verſor.*

Porphyrius in cõmu. & diſ ferẽtijs gener. & differẽtia.

Solutio.

‡ *Verſor in prædi. Porphyr.*

Obiectio

Solutio.

⁘ *Albertus.*

Tho. Aquin. Albertus.

ϒ *Petri Hiſp. commentator. Burleus.*

Obiectio. ⁊ *Louanienſ. Caietanus.*

Solutio.

cui ineſt, ipſumq; informando determinet. Hoc modo oppoſita non poſſe ineſſe eidem ſimul, veritatem continet tãtummodo de illo quod idem numero nominatur. Idem namq; Genere & Specie, ſimul aduerſa habere poteſt, quamuis natura ſingularis non habeat. Aut per modum incluſionis, hoc eſt vt Formæ oppoſitæ ſint in eodem tanquam partes ſuæ eſſentię, & hoc modo euenire nullo modo poteſt, idem ſiue numero, ſiue Specie, ſiue etiam Genere, actu habere oppoſita. Neque ſic genus Differẽtias diuidentes habere dicitur, ſed tantùm priori modo.] Abſonum enim id non eſt quod intellectu vnum eſt, at verò re ipſa diuerſum, aduerſa in ſe continere. Exempli cauſa: Animal, cũ ad animum & intellectum transfertur, vnum eſt: at verò ‡ re ipſa diuerſa & varia animalia reponuntur: vnum in homine, in quo ei coniuncta eſt ratiocinandi vis & facultas: alterum in bruto, quod cùm rationis experte cõbinatur.] Sed de hac ratione ſatis, altera hæc eſt. ¶ Quemadmodum forma, cùm certam reddit materiam, eamq; ad determinatũ cõpoſitũ perducit, actu in materia hæret: ita Differentia, quæ proportionem Formæ habet, eſt actu in Genere, cùm Genꝰ ad certam & finitam Speciem contrahit. Dicendum eſt, Differentiam actu eſſe in Genere, bifariam poſſe intelligi, vel ſecundum Generis, vel Differentiæ actum. Differentiæ diuidentes actu non ſunt in Genere ſecundum Generis actum, quoniam Genus nullam ſibi Differentiam diuidẽtem determinat: per actum enim Generis hic intelligo, quicquid Genus ad ſuam naturam perficiendam neceſſariò poſtulat. Quare ſi daret aliquis, Differentias eſſe actu in Genere ſecundum Generis actum, aduerſa nõ tantùm vni Generi, ſed vni etiam Formæ & Speciei, atq; vni certo Indiuiduo ineſſent. Quicquid enim eſt ex animalis natura, in vnoquoq; animali cohæret. Si verò Differentiarum actum intellectum eſſe velimus, concedere poterimus, Differentias actu in Genere eſſe, quia Differentiæ certum ſibi ipſis Genus ſtatuunt & determinãt. Ratione namq; prædítum & rationis expers circa animal, tanquam ſuum Genus verſari ſolent. Quod idem de cæteris eſt iudicandum.] [Ita fit] .i. Si conceſſerimus Differentias diuidentes non eſſe actu in Genere, ſed poteſtate tantùm, duo abſurda euitabimus: primum [vt nec quippiam ex ijs quæ nulla ſunt, fiat,] hoc eſt, non opus erit concedere contra Ariſtotelem & vniuerſam Philoſophiæ familiam, aliquid ex nihilo fieri, quia antea conceſſum erat, Differentias ex Genere ſuas habere origines: deinde vt [nec in eodem ſint ſimul Formæ cõtrariæ] actu, quia ¶ non eſt abſurdum contraria ſimul in vna re confuſè & indeterminatè, hoc eſt quoad potẽtiam, reperiri.

‡ *Louanienſes*

¶ *Paul. Ven.*

Solutio.

¶ *Daniel Bar.*

Atque etiam hoc modo eam definiunt. Differentia eſt quæ de multis, Specie autem differentibus, in quæſtione qua quale quid ſit, indagatur, dicitur. Nam rationis particeps, & mortale de homine dicuntur, ſed in quæſtione qua quale quicque ſit, non in ea qua quid quicque ſit, quæritur. Cùm enim quid ſit homo interrogamur, aptè reſpondemus, animal: cùm verò quale ſit animal rogamur,

23229

mur, particeps rationis & mortale rectè respondemus. Nam res omnes ex Materia & Specie constant, aut ex iis quæ proportione Materiæ & Speciei dicuntur. Vt enim statua ex æris materia fit, & ex Figura tanquam ex Specie: sic homo & communis & sub ratione Speciei, ex Genere proportione Materiæ, & ex Differentia proportione Speciei, efficitur. Atque ut illic totum quiddam est statua, sic hic animal rationis particeps mortale, homo. Definiunt eam etiam hoc modo: Differentia, id est, quod vim habet ad ea secernenda, quæ subiecta sunt sub idem Genus. Rationis enim particeps, & expers rationis, hominem equúmque, qui eidem Generi quod est animal, subiecti sunt, inter se distinguit & separat. Et hoc modo: Differentia est, quo quicque distinguitur. Neque enim Genere inter se homo & equus differunt, quòd & nos & equi sumus animantes: sed particeps rationis, cum accessit, nos ab illis separauit. Item rationis participes nos sumus quidem & angeli: sed cum additum fuit mortale, nos ab illis distinxit.

Alteram adducit Differentiæ finitionem, quæ vt facilius intelligi possit, duo mihi tractãda sumam: primum, cur Differentia in quęstione qualitatis dicatur: deinde, quæ Differentiæ sub hac definitione cõprehenduntur. Primum igitur sciendum est, ‡ Quale, sicut & Qualitatem, variè ab autoribus accipi. Prima enim significatione, solum pro ea Forma sumitur Qualitas, quę ad Qualitatis categoriam directè pertinet.] Et ‡ hac significatione tantùm quatuor esse proximas Species Qualitatis dicitur.] Deinde idem nomen multò latius patet, omnemq; significat affectionem, quæ subiectum aliquod consequitur, siue potentia, siue actu subiectum fuerit. Si subiectum in potentia appellabitur, quemadmodũ solet esse Materia, necesse erit quamlibet formam naturalem, siue Forma vel totius vel partis nominetur, Qualitatis appellationem subire: cum quodam modo tanquam affectio quædam Materiam consequatur, vt anima intellectus & sensus compos & humanitas.] ? Rursus hæc Forma substantialis est duplex: vna Physica quæ cum Materia rem naturalem componit, vt anima rationis capax, anima equi. Alia Metaphysica, quæ nihil aliud est quàm Differentia magis propria.] ? Si verò subiectum actu habeatur, aut Indiuiduum, aut Speciem aut Genus esse necessario erit confitendum. Affectio ab Indiuiduo proueniens est Accidens commune, affectio Speciem consequens est proprium, at verò affectio à Genere proueniens, Differẽtia appellatur. Qualitas præterea omnem illam designat Substãtiam, quæ non est hoc aliquid, si quippiã Aristoteli attribuamus, & ita Genera & Species, quemadmodum Formæ similitudinem habent, nõ tãtum Qualitates vocantur, verum etiam in quæstione Qualitatis efferuntur. In quæstione enim qua quæritur quale sit quippiam: per Genus & Speciem responsum reddere solemus, vt qualis Substantia est illud: respõdetur, animal, & quale animal est: Respondem⁹ eum esse

‡ Louanienſe.

‡ Paul. Ven.

? Louanienſes

? Paul. Ven.

Ariſt. in Categor. cap. de Subſtãt. in ij. proprietate.

hominem. Quæſtio enim in Quid, quæ in Generibus & Formis exercetur, à ſuperioribus deducitur. Quæſtio verò Qualitatis in Genere & Specie, à rebus ſubiectis proficiſcitur. Si enim iterrogamur quid ſit Socrates? eũ hominẽ eſſe reſpondemus: & ſi quęramur quid ſit homo? reſpondemus eum animal eſſe: & ſimili ratione ad ſummum Genus gradum facere poſſumus. Si verò in confeſſo fuerit quippiam eſſe Subſtantiam, ſi rogemus qualis tandem ſit Subſtantia? corpus eſſe dicemus: & ſi adhuc alteram proponamus quæſtionem, quale corpus ſit illa Subſtantia? ſtatim occurrimus corpus eſſe animatum. Et huiuſmodi interrogationibus ad infimam vſque Speciem deſcendemus.] Quale verò in hac definitione formam ad rei naturam ſpectantem declarat. § Quod ideo expreſſum non eſt, quia ex dictis & dicendis ſatis facilè colligi poteſt.] Remouẽtur autem à definitione Proprium & Accidens, quòd ſint tantùm Formæ fortuitæ, neque in rei natura inhæreãt. Sed Valerium hoc in loco nequeo vehementer probare, qui rationis particeps inter Qualitates aduẽtitias annumerat. Atq; Arboreum iure improbandum eſſe cenſeo, qui veras rerum Differentias etiam in Qualitate locum habere indubitanter aſſeruerit, quod tamen intrà veritatis limites minimè conſiſtit. Quippe cùm neceſſario (ſi Arborei opinionem amplexi fuerimus) Differentiæ, in Accidentium numero ponerentur, neque in Subſtantiæ alicuius natura locum haberent. Sed quorſum nos tranſuerſos abrupit Arboreus? ad rem redeamus, illiuſq; ſententiam ſibi ipſi relinquamus. Nam curare (vt inquit Ariſtoteles) quæ quiſque contra opinionem & ſententiam omnium afferat, amentia eſt. ‡ Ratio autem quare Differentia in quale enunciatur, & quare ad huiuſmodi interrogationem aptè reſpondeatur, eſt, quoniam Differentia rationem habet Formæ, & eſt quædam Qualitas in rei natura cohærens.] ¶ Differentia igitur in compoſitis non habet modum potentiæ & materiæ, quia non eſt indeterminata: ſed actus & Formæ, quod idem eſt. Quum verò Forma ſit Qualitas, habebit modum qualis, ſi referatur ad Speciem. Quoniam verò duplex eſt actus, alter qui abſolutè aliquid efficit, & alter qui aliqua affectam rem Qualitate informat, Differentia priori modo actus eſt. Ideo dicitur in quale quid dici, hoc eſt in quale quod eſſentiam rei conficit, non tamen in quale extraneum & adiectum. Genus autem effertur in Quid, & per modum Quid: Differentia dicitur in Quid, per modum Qualitatis, informatio enim eſt Qualitas quædam.] Sed vt ad ſecundam noſtræ orationis partem veniamus, maxima inter ipſos interpretes controuerſia exiſtit, quodnam aſſignãdum ſit definitum, quod huic definitioni ſit adæquandum. ¥ Vna eſt opinio non minus probabilis quàm vulgaris, hac definitione tantùm deſcribi Differentiam, quę Generis naturam abſoluit. Illud enim exploratum certumq; eſt, nec vllo pacto diſſimulandum: non ſemper (inquam) ab autoribus definitiones ita generatim aſſignari, vt omnibus omnino ſub definito contentis conueniant: ſed ſic nonnunquam, vt penè omnib⁹, potioriq; competant parti.] Alij teſtantur ideo Porphyrium tantum Generis differentiam definiendo explicaſſe, quia nullam differentiam infimæ Speciei informantem, cognitam, & exploratam habuit: nam licet rationis particeps

§ *Louanienſes*

Valerius in categor. in ij. ſpecie qualita. Arboreus.

Ariſtot. lib. i. top. cap. ix.

‡ *Titilmãnus cap. xviij. prædicab.*

¶ *Daniel Bar.*

¥ *Louanienſes huic adhærẽt opinioni. Arboreus. Antonius Andreas. Daniel Barb. Petri Hiſpani commentator. Iohãnes Maioris Scotus in prædicabil. Petri Hiſpa. Marſilius.*

23229

particeps inter alias, quas habemus rerum differentias, maximè propria differentia habeatur: eo tamen Porphyrius ita in scribendo vsus erat, vt illam ratiocinandi vim, non tantùm homini, verum etiam Angelo (Platonica ductus opinione) conuenire affirmaret. ⁑ Quod ergò in definitione Differentiæ dicitur, dici eam de pluribus differentibus specie: id non accipiendum est, quasi semper fiat, sed quod frequenti⁹. Etenim si Genus vnumquodq; in Species per Differentias diuiditur, quis non videat, Differentias Generis eius, quòd proximum infimæ Speciei est, cum sua quáque Specie oportere conuerti?] Sed hæc sententia Paulo Veneto non probatur, ‡ eo quod vnaquæque definitio debet cum suo definito retrorsus agi: atq; eam ob causam Porphyrium scribit, æquè hoc in loco vtrãq; tam Generis quàm Formæ Differentiam ac interiectum & supremum Genus vna definitione aperuisse.] Sed hisce rationibus satisfacere in nullo erit labore positum, si modo ea quæ superiùs dicta fuérunt, mente & memoria teneamus. Est & alia opinio quæ docet, omnem Differentiam tam Generis, quàm Speciei constituentem de multis, quæ Specie differũt, dici posse. Quod vt perspiciatur, non est ignorandum, ⁹ Differentiam ad suum Genus duplicem habere comparationem, vel profluentiæ, vel determinationis. Profluentiæ respectus prior est Determinatione: prius enim à Genere Differentia emanat, quàm confusam illam Generis naturam certam, finitamq; reddit. Quemadmodum Forma Physica seu naturalis, priusquam materiæ inhæreat, ab illa proficiscitur. Quæuis ergo Differẽtia, cùm profluere consideratur de multis, quę Specie differunt, potest enuntiari: sed vt Genus è confusa sua natura quasi è tenebris in lucem determinando producit, interdum de vna Specie, quandoq; de diuersis effertur. Non igitur definit hoc in loco Differentiam, vel vt Genus in partes distribuit, vel vt Speciem absoluit, quia definitio à Porphyrio prolata fuit, vt Speciem complet Differentia. Tertia verò definitio Differentię infra accõmodabitur, quatenꝰ Genus in Species partitur. Sed Differentia hoc in loco, absoluta quadam ratione, hoc est, eo respectu, quo est Differentia, à Porphyrio definitur. Quòd si hanc opinionem aliquis labefactare contenderit, Differentiam illam non habere appellationem, nisi quemadmodũ aut Genus diuidit, aut Formæ naturam complet: dicemus Differentiam actu non esse Differentiam, modò eas non suscipiat conditiones, quamuis potestate esse Differentia possit, antequam vel Genus in partes consumat, vel Speciem constituat. Quantitas enim prius à Materia profluit, quam illi inhæret, & semper est Accidens. At verò actu Accidens esse dicitur, cùm Materiæ, tanquam suo Subiecto inest, est autem Accidens potestate, cùm ab ipsa oritur Materia.] Est ϒ igitur Differentia vniuersa notio, cui, quemadmodum est Differentia, de multis Specie differentibus dici nõ repugnat. Veluti cùm dicimus, Quantitatem posse diuidi: volumus Quantitati, vt Quantitas est, diuidendi vim non aduersari, quamuis interim nulla ratione fieri possit, vt Quãtitas cœli partibus distribuatur.] ⁂ Quod si quis velit omnibus in vniuersum Differentijs, quatenus sunt attributa, siue sint vel Generum vel Formarum Differentiæ, hanc definitionem accommodare, is vel hanc appendicem addat [aut

⁑ *Iohannes Matthæus li. i. de inuentione cap. viij.*

‡ *Paul. Ven.*

⁹ *Paul. Ven.*

Obiectio.

Solutio.

ϒ *Aquinas. Petrus de Bruxellis.*

⁂ *Hunæus. Louanienses.*

differentibus

differentibus numero,]vel potiùs omittat iſtam contrahentem particulam,[& differentibus Specie]ad hunc modum. Differentia eſt forma vniuerſa,quæ de multis dicitur in quale quid.] [Atque etiam hoc modo eam].i. differentiam[definiunt]veteres Philoſophi: [Differentia eſt] natura communis, quæ de multis, Specie autem] vel numero [differentibus,in quęſtione qua quale quid ſit,indagatur,dicitur].i.in ea quæſtione,qua forma rei conſtitutæ quæritur. [Nam rationis particeps & mortale de homine dicũtur, ſed in quęſtione qua quale quicque] & vnumquodq; [ſit,quæritur,] ſed rationis particeps & mortale,ſunt differentiæ, ergò in quæſtione qualitatis dicuntur differentiæ. Probat verò rationis particeps & mortale,in quale dici. [Cùm enim quid ſit homo interrogamur,aptè reſpõdemus animal: cùm verò quale ſit animal rogamur].i. cùm rogamur quale animal ſit homo,[particeps rationis & mortale rectè reſpõdem⁹.]Sed ‡ hoc in loco arbitrãdũ nõ eſt,animal particeps rationis,mortale,]vt Differentiã aſſignari,ſed idcirco appoſitum eſſe Genus,vt tantò pleniùs interrogationi ſatisfieret,adderetuŕq; differentiæ,id ipſum à quo profluxit atq; dependet, nempe Genus diuiſum, quo ſublato, tolluntur omnes ſubiectæ differentiæ.] Secunda ratio ſic ſe habet. ⁹ Quicquid efficitur ex materia & forma,vel ex materiæ & formę ſimilitudine,neceſſe eſt alterum eorũ, quæ rem conſtituunt,vel in quid,vel in quale enunciari. Sed Species ex his quæ materiæ & formæ proportionem habent,hoc eſt,ex Genere & Differentia componitur,vna igitur pars de Specie in quid,altera in quale dicitur, at Genus in quid effertur,Differentia igitur in qualitatis quęſtione Speciei attribuitur.] [Nam res omnes] conſtitutæ [ex materia & Specie,] hoc eſt, ex forma [conſtant,aut ex ijs quę proportione Materiæ & Speciei dicuntur].i. quæ habent ſimilitudinem materiæ & formæ: Species enim hoc in loco pro Forma ſumitur, quemadmodum Forma pro Specie quandoque ab autoribus accipi ſolet. [Vt enim ſtatua ex æris materia fit, & ex figura tanquã ex Specie] ſeu Forma,][ſic homo & cõmunis,& ſub ratione Speciei ex Genere proportione materiæ].i. ex Genere quod materiæ naturalis ſimilitudinẽ gerit,[& ex differẽtia proportione Speciei efficitur,] hoc eſt, efficitur ex Differentia, quæ proportionem Formæ Phyſicæ obtinere dicitur. [Definiunt] Peripatetici [eam hoc] tex̃tio [modo. Differentia,id eſt, quod vim] & potentiam [habet ad ea ſecernenda].i. ʏ ſeparanda nõ diuidenda: cùm differentiæ munus ſit, Genus nõ Speciem diſtribuere, Speciem vero & nõ Genus perficere, eamq; efficere ab alijs differre.] ϛ Quod ſi Differentia Species diuidat,illud munus obire ſolet,tanquã totum quoddam in formæ natura poſitum, Genus vero tanquam totum poteſtatis diſtribuit.] ‡ Diuidit igitur differentia tam Genus, quàm Speciem: Genus,quòd Generis poteſtas per illam diſtrahitur: Speciem,quia ea diſtributione,qua Generis poteſtatem in formas cõſumit,Speciem procreat,eamq; ab alijs differre facit.] [Quæ ſubiecta ſunt ſub idem Genus] proximè, cuiuſmodi ſunt Species, non Indiuidua. Atq; non tantũ ſeparat Differentia ſuam Speciem ab omni forma ſub eodem genere comprehenſa,ſed etiam à quauis alia Specie, licet illud Burleo non probatur, nempe ⁹ differentiam Speciem, quam conſtituit

Louanienſes

ʏ *Colonienſes.*

ϛ *Stephanus Caruiſius in catena aurea.*

‡ *Aquinatis commentator.*

⁹ *Burleus.*

23229

constituit, ab omnibus alijs Formis tantùm separare, quæ eidem Generi subijciuntur: atq; ab alijs Speciebus quę sub illo Genere non cõtinentur, potiùs per suum Genus quàm per Differentiam diuisam & separatam manare. † Sunt & alij, quibus placet, Differentias non tantùm Specie sub Genere proximè comprehensas, sed etiam Formarum Indiuidua separare. Atque idcirco tres statuunt Differentias ad rei naturam pertinentes, aliam Indiuiduis, quam barbari hæcceitatem, nos materiam signatam appellamus: aliam Formis, vt rationis particeps: aliam Generibus, vt sensus compos, congruentem. Secunda & postrema Differentiæ significatio in hac definitione est accipienda.] ‡ Multi & graues Interpretes hanc descriptionem conuellere & labefactare conati sunt: eo quòd Porphyrius idem per idem definire videatur. Huic obiectioni sic obuiam ire oportet: Porphyrium non finiuisse idem per idem, sed datam esse descriptionem per proprium affectum Differentiæ, qui est distinguere: proprius autem effectus nõ est idem cum eo, cuius est effectus.] Dubitari etiam potest, ‡ cur dixerit Porphyrius, Differentias potiùs habere potentiam qua Species secernant, quàm re vera & actu eas seiungere: Nam forma Physica, cuius proportione Differentia dicitur, actu cum materiam, tum rem effectam à quauis alia differre facit. Huius rei ratio reddi potest, si modò Differentiam tam actu quàm potestate in Genere reperiri dixerimus, ita tamen vt prius in Genere potestate, quàm actu cõtineatur. Est enim potestate in Genere, cùm à Genere profluit. Est autem actu in Genere, cùm Genus diuidat, ipsumq; ad determinatam certamq; Speciem deducit. At verò hìc nõ definitur Genus vt actu, sed vt Generi vi quadam & potestate inest. Iure ergo dixerat Porphyrius, Differentiam esse, quæ vim & potestatem habet ad ea secernenda, quæ subiecta sunt sub idem Genus.] Vel dici potest ♀ ideo Porphyrium vim ac diuidẽdi potentiam, & non actum Differentiæ definitioni inseruisse, cùm facultas illa diuidendi ad Differentię naturam pertineat, actus verò distribuendi eidem fortuitò conueniat.] [Et hoc] quarto [modo] describitur Differentia: [Differentia est qua quidque] .i. Species [distinguitur] .i. Differentia est natura vniuersa, qua vna Species ab alia differt natura & essentia. [†Quidque] in definitione positum, non vnamquamque rem, sed tantummodò species declarat. Atque idcirco ratio illa ex summis Generibus deducta, non est firma: Genera .i. summa differre, sed non discrepare Differentijs, ergo Differentias non efficere omnia differre. Dicimus hanc rationem stabilem non esse, viresq; suas non in his quæ tantùm sunt diuersa, sed quæ differunt, habere. Prima verò Genera sunt diuersa, non differentia: quæcunque enim differunt, in aliquo cõmuni Genere conueniunt, & ab inuicem per aliquam intrinsecam Differentiam sunt diuersa. Ex quibus colligitur, Diuersum se latius extẽdere, quàm Differens. Similiter item dicimus, hominẽ nõ differre vel à Deo, vel à materia prima: quia si homo ab illis differre putaretur, tum necesse esset, vt in aliqua communi natura cõuenirent: idcirco hominem à Deo & materia potius diuersum esse, quàm ab illis putamus differre. Neq; homo à quantitate per substantiam differt, partim quòd substantia non sit differentia, partim quòd quantitas nullam habeat constitu-

entem

† Aquinatis commentator.

Scoti hæccetas.

Obiectio.

‡ Raianus in prædic. Cæsarij

Solutio.

Obiectio.

‡ Paul. Ven.

♀ Aquinatis commentator.

♀ Paul. Ven. & Burleus.

Obiectio.

Solutio.

entem differentiam, per quam ab homine differre possit: dicimus tamen hominem à Quãtitate seiungi & separari. Aliud ergo est differre, aliud est seiungi vel diuersum esse. Ad extremum, quemadmodum diuersæ Differentiæ per se solent differre, & non alterius gratia, sic diuersa summa Genera per se ipsa, & non per alias naturas inter se separantur.] Ex his igitur perspicitur, distingui pro differre in hac definitione esse accipiendũ. [Neq; enim Genere inter se homo & equus differunt,] sed Genere conueniunt, [quòd nos & equi sumus animãtes: sed Particeps rationis cùm accessit, nos ab illis] Specie [separauit.] Non igitur munus est Generis, res inter se differentes reddere, sed illa vis potiùs differentijs est attribuenda. [Item rationis participes sumus, non quidem & Angeli,] si Platoni autoritatem & fidem adiungamus. [Sed cùm additum fuit mortale, nos ab illis distrinxit,] vt Platoni placet.

Sed illud intelligendum est, eos qui accuratiùs & subtiliùs Differentiæ perspiciunt ac persequuntur rationem, non quiduis eorum quæ separant, omnia quæ eidem Generi tributa sunt, in Differentiarum numero habere, sed quod ad rem eiúsque vim & naturam aperiendam pertineat, quódque sit pars rei. Non enim aptum esse ad nauigandum, Differentia hominis est, etiam si hominis sit Proprium. Dicamus enim licet, animantium alios aptos esse ad nauigandum, alios non esse, hominem ab aliis separantes: tamen aptum esse ad nauigandum, non explet naturam hominis, nec eius pars est, verùm consequens naturæ vis quædam, quod non sit Differentia talis, quales sunt eæ, quas efficientes formarum appellauimus. Quamobrem Differentiæ procreatrices Specierum, sunt omnes quæ Species inter se distinguunt, quæque in rei natura explicanda adhibentur. At de Differentia quidem satis ferè dictum est.

Postquam explicasset Porphyrius, Differentias & non genera, Species inter se differentes efficere, cuidam obiectioni obscuriùs, & tanquam aliud agens occurrit, quæ hunc in modum aduersus illum adduci possit: Hæc vltima tua Differentiæ descriptio, omnibus suis partibus absolui non videtur: non enim Differentiæ tantùm Species distinguũt, cùm propriæ passiones atque ipsa accidentia hoc effectum reddere valeant. Respondet Porphyrius: [Sed illud intelligi par est, eos] Dialecticos, seu Philosophos, [qui accuratiùs & subtiliùs Differentiæ perspiciunt ac persequuntur rationem, nõ quiduis eorum quæ separant, omnia quæ eidem Generi tributa sunt,] id est, omnes Species sub eodem Genere contentas, [in Differentiarum numero habere,] quoniam hoc Proprijs passionibus & Accidentibus congruit. [Sed quod ad rem eiusq; naturam] definitione [aperiendam pertineat, quodq;

23229

quodque sit pars.] non fortuita, sed ipsius naturæ [rei] constitutæ.
ϙ Cæterum Oratores, qui loquendi legibus vti, quàm seruire malunt, Differentiam appellant omne illud, quo res vna ab altera discernitur. Hi pro Substantiarum atque Accidentium differentijs, eorum officia, effectus, vel subiecta ponunt. Sic diem efficere, mouere aquas, loqui, disserere, dicere, numerare, canere, esse in animo, esse in corpore: Differentiæ sunt, Solis, Lunæ, Grammatices, Dialectices, Rhetorices, Musices, Arithmetices, virtutũ palæstricæ. Ita dicimus, Prudentiã à Iustitia distare subiecto & officio: huiꝰ enim Subiectũ volũtas est, illius intellectus: huius officium, vnicuiq; rei tribuere suum: illius, perspicere præterita, præsentia, & futura. Quin Propria quoq; pro Differentijs capiuntur. Sermone enim homo à cęteris differt animantibus, & hinnitu equi à bobus. Nam si quis inter hominem & equum quęrat discrimen: appositè respondeas, homines loqui, equos hinnire.] Sed ϒ ab hac definitione remouentur Propria & Accidentia, quia non ita Species separant, vt earum Definitiones ingrediantur, sed potiùs rei iam constitutæ adueniant.] ϛ Reijcitur etiam causa efficiens: quæ quãuis ad naturam rei conducat, non tamen vt causa intrinseca, sed intrinsecus adueniens: nec est pars rei, quia in effectu non ipsa efficientis substantia, sed virtus quædam cohæret.] ‡ Ex hoc complemento nõnulli quintam conficiunt definitionem.] ϙ Quare quinque subire potest officia, iuxta quinque illas, quas habet Differentia descriptiones. Primô, vt Speciem constituit, & hac ratione primam suscipit descriptionem. Deinde quemadmodum de Specie enunciatur, & ita ei secunda definitio accommodatur. Præterea, vt Genus diuidit, illiq; sic tertia descriptio applicatur. Denique, quemadmodum per illam res differunt: Postremò, vt est natura communis, à Proprio & Accidente separata, & sic quintam & vltimam definitionem habet.] Quare ϒ hæc verba Porphyrij diligenter obseruanda sunt: vt intelligatur Porphyrij etiam sententia, eam esse omniũ optimam differentiæ definitionem quæ postremò ab illo posita est, vt Differentia sit id, quo inter se distinguuntur ea, quæ eodem genere continentur, ita ut ad essentiam pertineat, atque ad rei naturam, definitione aperiendam adhibeatur.] Cùm igitur diuersa munera differentiæ attribuantur, ϛ secundum hæc diuersa officia, varijs solet appellationibus nominari: vt enim Genus diuidit, Diuidens vocatur: vt Speciem constituit, Constituens appellatur: vt Speciem ab alijs natura differre facit, magis Propria Differentia nominatur: vt verò de Specie constituta in quale quid effertur, Differẽtia, quę de rebus enũciari potest, dicitur: & talis est Species vniuersæ notionis.] Atq; hactenus de his dixisse sit satis, præsertim cùm reliqua, quæ in hoc capite à Porphyrio tractantur, adeò sunt manifesta, vt ea interpretatione mea, aut ornatiùs explicari, aut planiùs exprimi non possunt.

ϙ *Ringelbergius.*
ϒ *Louanienses*
ϛ *Aquinatis commentator.*
‡ *Louanienſ.*
ϙ *Paul. Ven.*
ϒ *Nicolaus Grouchius.*
ϛ *Louanienſes*

AN SECVNDA DIFFERENTIÆ definitio, legitimè à Porphyrio sit tradita.

CAPVT XIIII. QVAESTIO X.

QVandoquidem ipsius naturæ habitu tardi simus, & ad veras rerum Differentias intelligendas prorsus hebetes, nulla subest causa, cur quisque in Differẽtia enucleanda multò maiorem, quàm in ea posuimus, vel operam vel diligentiam desideret. Quare vt tandem harum rerum extrema prosequamur, nobis est in animo, sicuti in alijs attributis fecimus, vt eas, quæ solent ad secundam Differentiæ definitionem infirmandam adhiberi, rationes in medium proferamus.

Opponens.

Obiectio. ♀ *Aquinatis commentator.* ♀ Pars de toto non effertur: est autem Differentia Speciei pars, de Specie igitur non effertur.

Respondens.

Solutio. Aut Differentia est Generis pars, quemadmodum Genus coangustat & coarctat, atq; est totum vniuersum suæ Speciei: aut Maior vera est in toto integrante, non vniuerso.]

Opponens.

Obiectio. Definitio Differentiæ in hoc rationis particeps, quod Petro ineſt nõ valet: est tamen differentia, cùm nullum aliud sit attributum: quare res definita in plura transfertur quàm definitio. Quòd si pro ambiguo habeas, an hoc rationis capax in attributis contineatur, illam tibi dubitationem hac ratione tollam: Si non sit natura communis, hoc vel ea maximè de causa contingit, quòd sit res singularis, sed non est natura singularis. Quod sic ostendo: Quicquid alicui essentiam impartitur, non est Indiuiduum, sed hoc rationis particeps Petro conueniens, naturam illi impartitur, non est igitur Indiuiduum.

Respondens.

Solutio. Quamuis certa & singularis illa ratiocinandi vis, Petro aliquam attribuit essentiam, non tamen hoc per se efficit, sed vt rationem vniuersam respicit, quæ cùm restringitur, ad Indiuidua reducitur. Cùm igitur intellectus apprehendit vniuersam ratiocinãdi facultatem causam esse, cur Petrus sit ratione imbutus, & singularem rationem hoc munus exercere, ideo suam Petrus essentiam nulli nisi vniuersæ rationi acceptam ferre solet. Indiuiduum ergo potest alicui essentiam tanquam exercitatione quadam & præsentiâ accommodare, cùm ad superiorem naturam refertur, non tamen tanquam causa quædam hoc præstare valet.

Opponens.

Obiectio. ♈ *Paul. Vene.* ♈ Nullum Accidens in quale quid dicitur, sed Differentia est Accidens, quod sic docetur: Qualem habet comparationem propria passio

ad

23229

ad ſuam Speciem, talem habet ad Genus Differentia. Nam vt Proprium à Speciei, ita Differentia à Generis natura profluit: & vt Proprium de Specie, ita Differentia de Genere ſecundo modo conuenendi per ſe dicitur. Quemadmodum etiam Species ad Proprium definiendum adhibetur, ſic Genus ad Differentiæ naturam aperiendam. Nam vt riſus compos eſt homo aptus natus ridere, ita rationis particeps eſt animal aptum natum ratione vti. Quòd ſi conceſſeris eſſe Accidens reſpectu Generis, illam ſine controuerſia in aliqua aduentitia Categoria reponere neceſſe habebis: quod ſi cõtigerit, nunquam aliquam Speciem Categoriæ ſubſtantiæ effectam reddere valebit, cùm ? ex non ſubſtantijs non fiat ſubſtantia.] ? *Ariſt. li. i. phyſi. cap. vi.*

Reſpondens.

Quadam ex parte ita Differentia ad Genus, quod diuidit, vt Proprium, ad Speciem refertur, non tamen omni ex parte hoc euenire minimè opus erit: Proprium enim à Specie, tanquam à re perfecta, quæ vlteriorem abſolutionem naturæ ſuæ non poſtulat, originem habet. Differentia verò à Genere, tanquam à re imperfecta, initium ducit, quæ ſummo ſtudio & deſiderio tenetur, vt ſua natura perficiatur, quẽadmodum per Formam materia abſoluta & completa redditur. Quare Differentia non eſt Generis Accidens, ſed illius Qualitas, non fortuita, ſed naturalis, ſeu eſſentialis.] Solutio.

Opponens.

Rationis capax de multis in quale quid effertur, ſed non eſt Differentia, ergo aliquid intra definitionis limites continetur, quod res definita non complectitur. Quòd autem rationis capax non ſit Differentia, hunc in modum doceo. Nulla Differentia poteſt retrò commeare: nam ϒ quicquid de aliquo dicitur, id neceſſe eſt reciprocari, & nõ reciprocari: ſi reciprocatur, definitio erit vel Proprium.] Cùm ergo Differentia non ſit definitio, quia res eſt ſimplex, neque Proprium, cùm in quæſtione naturæ dicatur, certè quidem Differẽtia reciprocari nequit. Sed rationis cõpos cõuerſim dicitur, proinde à Differẽtijs remouetur. Obiectio. ϒ *Ariſt. lib. i. top. cap. vij.*

Reſpondens.

Ariſtoteles eo loci de quatuor veris, apertis, & manifeſtis Prædicatis mentionem fecit, quæ ſunt: Definitio, Genus, Proprium, & Accidens. Quodcunq; itaq; ex his Prædicatis conuertitur, erit vel Definitio, vel Propriũ. Genus enim & Accidens reciprocatũ iri abnuit Porphyrius. Solutio.

Opponentis replicatio.

Ariſtoteles eodem in capite negat Differentiam reciprocari. ϛ Sin minus, ipſum & res reciprocentur, aut in ijs eſt quæ in Definitione cõprehenſa de ſubiecto dicuntur, aut non. Si in ijs quę de ſubiecto dicuntur, aut Genus, aut Differẽtia ſit neceſſe eſt.] Quare perſpicuè ſatis & manifeſtò verba Ariſtotelis cõmonſtrant, Differentiam inter ea quæ non reciprocantur collocatã eſſe. Et idcirco forſan ita rem definiendo aperiendam voluit Ariſtoteles, ‡ vt ſumas ea, quæ ſunt ei rei quam definire velis cum alijs cõmunia, idq; vſq; eò perſequaris, dum Proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſsit. Replicatio. *Porphyrius in cõmunita. & differ. generis & proprij & accidentis.* ϛ *Ariſt. lib. i. top. cap. vij.* ‡ *Ariſt. li. i. de demonſtr. cap. xiiij.*

Reſpondentis dilutio.

Ariſtoteles re vera Differentiam inter ea quæ non reciprocantur poſuit, eumq; locum ab iis qui acutiſsimè Ariſtotelem interpretari in profeſſo habent, ſilentio prætermiſſum eſſe, equidem ſatis mirari non poſſum. Differentia igitur duas habet cõparationes, vnam ad Genus quod diſtribuit, alteram ad Speciem quam abſoluit. Cùm reſpicit Speciem, ita vt cum ea cõuertatur, eſt proprium topicum: cùm ad Genus refertur Differentia, vel ad ipſam Speciem, ita vt eam cum Specie cõuerſim dici non conſideremus, ſed tantùm Speciei qualitatem vel formam declarare, vel vt Speciem ab aliis differre facit, Differentia eſt, eaq; ratione ſub Genere eam comprehẽdi, ait Ariſtoteles. Vel dici poteſt, Ariſtotelem non omnino negaſſe Differentiam viciſsim cum Specie retrò commeare, ſed de neceſsitate reciprocandi eum fuiſſe locutũ, hoc eſt, proprium & definitionem neceſſariò conuerti, & ad illorum naturam neceſſariò ſpectare, adeò vt proprium topicum nuſquã proprij nomine appelletur, niſi conuerſim dicatur: at in Differentia ex neceſsitate non requiritur eam reciprocari, ſed in quæſtione qualitatis & formæ, de Specie enuntiari. Vel dicas, quod mihi quidem magis probatur, eum Platonis opinionem fuiſſe ſecutum, qui vna Differẽtia non contentus, cumulo quodam Differentiarum in rei natura explanãda vtebatur. Sed hæc alio loco altiùs forſan repetemus. Neq; ſemper in re ? definienda, ea quæ cũ aliis ſunt communia iubet ſumere Ariſtoteles, ſed cùm genuinæ perfectæq; illius rei quam definire velis Differentiæ & Propria, rei naturam ſequẽtia, craſsis occultata & circumfuſa tenebris latent.] Quod cùm euenerit, neceſſe habebimus, vt ab aliis quæ cum aliis communia ſunt, hoc eſt, extrema Accidentia, in re ſuis affectionibus fortuitis definienda, auxilium petamus.

Ariſt. lib. i. top. cap. ij.

? Paul. Vene. lib. ij. de demonſtratione.

Opponens.

Obiectio. *? Fauentinus*

? Si Differentia in quale, definitio in quale diceretur: potiùs enim ſuam enunciandi rationem à Differentia, quàm à Genere acciperet, cùm vnumquodque citiùs ab actu, cuiuſmodi eſt Differentia, quàm à potentia, cuiuſmodi Genus eſt, nomen habeat. Sed definitio in quale non effertur, ergo neque Differentia.

Reſpondens.

Solutio. Ratio eſſet ſatis aptè concluſa, ſi modò definitio ſuam dicendi vim à Genere & Differentia acciperet: ſed à ſeipſa, non ab illis, ſuum enunciandi modum habet. Vi enim ſua in quid de re definita effertur, quia totam & integram Speciei naturam explicat & demonſtrat. Sed de Differentia ſatis multa.

DE

23229

DE PROPRIO.

CAPVT XV.

PRoprium autem diuidunt quadripartitò, nam & quod vni ſoli Speciei, neque toti conuenit, vt homini mederi, vel Geometræ fungi munere, Proprium appellant.

Abſolutis vtcunq; à nobis Genere, Specie, & Differentia, quæ tria, vel ea maximè de cauſa, quòd illis de quibus affirmantur, naturam tribuant, prima & præcipua loca, idq; non iniuria, debent obtinere: ſequitur deinceps, vt Proprij tractationem, ſicuti rerum ordo poſtulat, proximè aggrediamur, cùm ♀ ex cõbinatione Generis & Differentiæ, quæ Speciei principia appellantur, naſci & oriri ſoleat.] Cuius verbi ambiguitatem explicat Porphyrius, quemadmodum in tribus vocibus quæ præceſſerunt, eum feciſſe perſpeximus. ♈ Sunt igitur Proprij acceptiones ſeu ſignificationes à Porphyrio recenſitæ quatuor, ad quas nomẽ Proprium analogum eſſe volunt, principaleq; ſignificatum eſſe proprium quarto modo. Hoc enim perfectam & integram Proprij obtinet rationem, à qua cætera nõnihil deficiunt.] Et ♉ idcirco Proprium quarto modo omnino, alia verò tria quadam ex parte Propria appellantur.] Alijs verò videtur, ‡ Proprij ſignificationes æquiuocas & ambiguas eſſe,] quod à Paulo Veneto eſt refutatum & reiectum. Nonnullis etiam ♀ diuiſionem hanc vocis eſſe in ſignificata] placet. [Proprium autem diuidunt] ♈ Philoſophi,] ♉ Dialectici,] ‡ Peripatetici,] [quadripartitò,] hoc eſt quatuor modis: quaſi diceret, ♀ Proprium quadrifariam eſſe dicũt: nam per vocabulum [diuidunt,] nihil aliud vult, quàm nuncupant, ſeu appellant.] [Nam quod vni ſoli ſpeciei, neque toti,] id eſt, ♈ omni indiuiduo] [conuenit,] id eſt, ♉ accidit: ſic enim explicanda eſt illa clauſula [conuenit,] in hiſce quatuor ſignificationibus, alioquin animal Proprium ſecundo modo, rationis conſors Proprium quarto modo hominis collatione haberetur.] Ratio autem cur Proprium ſoli, non autem omni conueniat, hæc ſubeſſe poteſt, ‡ Proprium quod ſub prima hac ſignificatione continetur, ex principijs & natura Speciei profluere, non tamen neceſſariò. Quod enim ex Formę & Speciei principijs proueniat, ea de cauſa ſoli Speciei ſolet conuenire. Quia verò nõ neceſſariam, ſed liberam quandam profluentiam ex ſubiecto habet, ideo in quouis Speciei indiuiduo non reperitur.] [Vt] exempli cauſa, [Homini mederi, vel Geometræ fungi munere, Proprium] prima ſignificatione [appellant] Philoſophi. ♀ Nam [mederi,] à proprijs naturæ humanæ principijs interuentu intellectus & voluntatis naſcitur, quibus inſtrumentis homo in literarum ſtudia incumbit. Cùm igitur hominem non neceſſariò, ſed temerè & caſu mentem atque voluntatem ad literarum ſtudia accommodare vſu venire perſpiciamus, eam ob cauſam, [mederi, vel Geo-

♀ *Paul. Ven.*

♈ *Louanienſes*

♉ *Aquinatis commentator.*

‡ *Clitou. & Burleus.*

♀ *Paul. Venet.*

♀ *Daniel Barb.*

♈ *Antonius Andreas.*

♉ *Colonienſes*

‡ *Paul. Ven.*

♀ *Boëtius.*

♈ *Iauellus.*

♉ *Iauellus.*

‡ *Petri Hiſp. commentator.*

♀ *Petri Hiſp. commentator.*

metræ fungi munere,] nõ ex neceſſitate homini aſcribitur. Huius autẽ
¶ Dorbellus. rei lectorem admonendum velim, ¶ exempla hæc [mederi, & Geome-
træ fungi munere,] ſignificare hoc in loco diſciplinas, ſtudio, labore,
vigilijs, vſu, & experientia partas ac adeptas, & non harum ſcientiarũ
vim atq; facultatem naturaliter nobis inſitam ingeneratamq;.] ¥ Si e-
¥ Iauellus & Colonienſes. nim aptitudinem & inclinationem ſignificatam velimus, mederi non
prima, ſed ſignificatione quarta, proprium erit: quia omnis homo, ſo-
lus & ſemper hanc inſitam ſibi facultatem habet, vt curationem adhi-
bere poſſit. Quapropter [mederi & Geometræ fungi munere,] hoc
§ Paul. Ven. in loco actus, non potentiæ vim & ſignificationẽ habent.] Et ſ quem-
admodum argumentando non efficitur, omnes homines arte nauigã-
di inſtructos eſſe, quòd nauigandi potentiam habeant: neq; quia ſin-
guli homines à natura habent animos ridendi procliuitate imbutos,
ideo actu riſum exercere, ita vnicuiq; homini quædam ſanandi facul-
tas & Geometræ inhæret: ſed eam ob rem non concluditur, quoſuis
homines illas naturales inclinationes actu exercere.] Quare hinc cer-
nitur, mederi, cùm actum indicat, ſub prima hac Proprij ſignificatione
eſſe collocatum, quia homini tantùm, licet vnicuique nõ accidat. Ne-
que aduerſus Porphyrium quicquam faciunt, priſca illa & antiquiſſi-
ma vetuſtate carmina, quæ probant, canibus eſſe datum, vt medici-
nam adhibere valeant.

‡ Petri Hiſpa. & Aquinatis commenta. ‡ *Conditione bona ſunt in cane bis dena dona,*
Eſt lingua medicus, dominoq; fidelis amicus,
Sentit odoratu, fugit eius latro latratu.

Dorbellus. Hæc, inquam, carmina in Porphyrium non eunt, cùm canibus medi-
cinam ſuapte vi & natura datam, hominibus verò arte & induſtria cõ-
paratam, accommodemus. Nam quia Canis eſt animal, in cuius cor-
pore bilis redundat, vel quòd (vt Medicorum verbis vtar) cholericã
habet complexionem, idcirco illius lingua eſt ſumma ſiccitate referta,
qua lambendo prauos humores extrahit, illis vero abſtractis, ſequitur
quædam carnis conglutinatio, & copulatio, atque illicò eius qui vul-
¶ Ioãnes Maioris Scotus in prædica. Petri Hiſpani. nus accepit, valetudo à morbo confirmatur.] ¶ Non eſt itaque eadem,
ſed ambigua potiùs medicina, quæ homini canique ineſt.] Adhuc etiam
ſi affirmet quiſpiam Angelos ad medicinam faciendam aptos eſſe, di-
¥ Petri Hiſpa. commentator. cendum eſt, ¥ Angelos ſuis adornari ſcientijs, vnà cũ illis creatis, ho-
mines autem, temporis progreſſu, ſtudio, labore, & induſtria acquiſi-
§ Louanienſes tis.] Adde, § ſcientias illas infuſas, quas poſſident Angeli, Specie for-
taſſis ab humanis diſcrepare.] Et vt his tandem finem imponamus,
‡ Petri Hiſp. commentator. ‡ ea quæ in prima hac Proprij ſignificatione, ab his, quæ in quarta po-
nuntur, differunt: quòd hæc in ſecunda qualitatis Specie, vtpote natu-
ralem inclinationem ſignificantia, illa verò in prima contineantur.]
¶ Louanienſ. ¶ Denique quæcunq; hoc modo Propria ſunt, in vniuerſum ſunt Ac-
cidentia, in quinto attributo collocata, & Proprij Vniuerſalis rationẽ
¥ Petri Hiſp. commentator. habere non poſſunt, reſpectu eorum quibus ſunt Propria.] ¥ Ex hac
etiam Proprij ſignificatione patet, non neceſſariò requiri, illud in vnũ-
quodque Indiuiduum cadere, quòd Formæ & Speciei quauis ratione
conuenit, niſi illud in Speciei natura inhæreat, aut illius naturam ne-
ceſſariò conſequatur.]

23229

Et quod toti Speciei, etsi non soli, velut Homini, bipedem esse.

Illud secunda significatione Proprium est, [quod toti Speciei,] id est, quod ipsi Speciei conuenit, & vnicuiq; Indiuiduo sub Specie subiecto, ♀ tempus à natura determinatum habenti: quæ restrictio ideo additur, quia nigrum respectu corui, & album comparatione cygni, hoc modo Propria ab auctoribus asseruntur, cùm tamen nec pulli cygnorum albi sint, nec coruorum planè nigri.] [etsi non soli] naturæ Speciei conueniat. ϒ Cùm enim necessitate quadam quippiam communia Speciei principia sequatur, omnibus illius Speciei Indiuiduis solet conuenire. Quicquid enim ex necessitate Speciei inest, illud ipsum singulis illius Formæ Indiuiduis cõuenit. Sed ideo se latiùs quàm Species extendit, quia non à propinquis Speciei principijs, sed à remotis potius & communibus ortum habet.] [Velut homini] vero, remoto omni impedimento, actu [bipedem esse] accidit, non tamen soli, ♁ cùm hoc interim auibus conueniat. ‡ Notum est quid Platoni acciderit, qui cùm diligenter hominis Proprium reddidisse videretur, bipedem esse & implumem, & definiret hominem esse animal bipes implume: Diogenes Cynicus, gallinaceum, cui dempserat plumas, in auditorium illius proijciens: Hic est, inquit, homo Platonis.] ♀ Adiecta erat superius hæc clausula, homini verò] vt remouerentur quædam animalia in India reperta, quæ vno tantùm pede saltando gradiuntur, ♁ cuiusmodi sunt monopodes,] vnumq; in fronte oculum gerunt, quæ à natura humana æquè ac simiæ differre & discrepare, idq; verè, putantur. Erat etiam hæc particula addita, [remoto omni impedimento,] ne fortè fortuna vnus vel vterque pes deficeret. Hac item clausula secluduntur monstra, quæ pluribus peragrant pedibus, quàm est natura comparatum. Quocirca si actum duobus pedibus ambulandi intelligamus, necesse est, vt duas illas conditiones modò adhibitas Porphyrij verbis adijciamus, ‡ hominemq; perfectum & vndequaque completum & absolutum intelligamus. Si verò ad aptitudinem habendi duos pedes cogitationem transferamus, tum dicimus, cuiuis homini facultatẽ inesse, vt duobus valeat pedibus gradi, licet actu illud necessariò non eueniat.] ♀ Quamuis autem pedes ipsi in hominem fortuitò non cadant, quia inter partes hominis integrales reponuntur: vim tamen & facultatem duos habendi pedes, homini temerè & casu cõuenire, atque in numero Accidentium haberi, à ratione neutiquam abhorret.] Eodemq; modo volumus ϒ sentiendi vim secundo modo esse Proprium ad hominem collatam, quia omni homini necessariò conuenit, non tamen soli, quia ex communibus & remotis humanæ naturæ principijs proficiscitur. ♁ Quòd si hæc Propria secundo modo aptitudines sint connaturales, ex essentialibus Speciei principiis manantes, atque productæ, vera erunt Propria vniuersalia, respectu eorũ subiectorum quibus secundo modo sunt Propria: sin autẽ Formæ aduentitiæ fuerint, non Essentiam ipsam, sed Indiuidua consequentes, vt sunt Quãtitas & Color respectu hominis, Albedo respectu cygni, talia vera erunt Accidentia, neq; quarti vniuersalis rationem vnquam

♀ *Louanienses*

ϒ *Colonie. & Daniel Barb.*

♁ *Cæsarius.*

‡ *Rodo. Agri. li. i. de inuet. cap. viij.*

♀ *Iauellus.*

♁ *Petri Hisp. commentator.*

‡ *Ioãnes Mairis Scotus in prædica. Petri Hispani,*

♀ *Petri Hisp. commentator.*

ϒ *Colonienses.*

♁ *Louanienses*

ſuſcipient.] ⁹ His quæ commemorata ſunt, ſecunda hæc Proprij ſignificatio à prima ſecerni poteſt, quòd prima actum, ſecunda verò vim & rei facultatem plærumque declaret.]

⁹ *Aquinatis commentator.*

Et quod in ſola totáque ſpecie, idque interdum reperitur: vt omni homini in ſenectute caneſcere.

Proprium tertio modo eſt, [quod in ſola totaq; ſpecie, idq;] non ſemper, ſed [interdum reperitur: vt omni homini,] ſoliq; homini conuenit [in ſenectute caneſcere] ϒ naturaliter & propriè. Euenire enim poteſt varias ob cauſas, hominem ante ingraueſcentem ætatem caneſcere, maximè cùm quiſpiam in iuuenili ætate nimium dolorem ex varijs curis & laboribus alijsve rebus accipiat. In quam quidem ſententiam eſt ille Boëtij verſus:

ϒ *Iauellus.*

ϛ *Intempeſtiui funduntur vertice cani.*]

ϛ *Boetius li. i. de cõſo. philo. metro. i.*

ſcilicet capilli. Item:

‡ *Cura facit canos quamuis homo neſciat annos.*]

‡ *Aquin. & Petri Hiſpani commentat.*

Vel ſi mauis, ad hunc modum:

Cura facit canos, licet abſit cana ſenectus.

⁹ Solet etiam accidere intempeſtiua illa canities propter inſigne vulnus in capite acceptum,] vel ϒ propter malam temperationem, cuiuſmodi ſunt Phlegmaticæ & Melancholicæ conſtitutiones, ideoq; ad canitiem gignendam ſunt multò aptiores, cùm canities ex frigore proueniat. Ideo enim ineunte ætate non caneſcimus, quòd calor naturalis frigus exuperet: cùm verò ex aduerſo, ob paucitatem & defectum caloris naturalis, maior frigoris copia in cerebro redundet, quod quidem ſecundum naturam in prouecta & decrepita ætate contingit: idcirco meritò dicimus, hominem, eumq; ſolùm, Propriè in ſenio caneſcere. Quòd ſi alia animalia canitiem habeant, non eſt canities propriè dicenda,] ſed ϛ quædam dealbatio, quia ſolus homo caneſcit:] imò Ariſtoteles ‡ ſolos viros ſcribit caneſcere, non etiam fœminas. Alia ⁹ animalia (vt veteri vtamur verbo) grigeſcunt.] Atque ita interpretandi ſunt Ariſtoteles & Plinius, qui ϒ caneſcere ipſis equis tribuunt.] Illi ϛ enim capilli albi, qui in brutis animalibus reperiuntur, propriè canities appellari non debet: cùm non ex putrido & rancido cerebri humore proueniant, ſed ab alio humore in animalis cute corrupto & deprauato: & idcirco, quemadmodum ſimitas naſum, & criſpum ſolet caput deſignare, ita canities cerebrum.] Quòd ſi aliis tardiùs, aliis citiùs caneſcere contingat, hoc fit ‡ prout ſeriùs maturiusq; calorem natiuum, ſecundum varias hominum diuerſorum conſtitutiones, deficere contigerit.] Quare ⁹ caneſcere ſoli homini conueniet, ſi propriè vim verbi vſurpemus: nam ſæpè (ſicuti eſt monſtratum) per abuſionem ac metaphoram aliis etiam quibuſdam rebus accommodatur. Poëtæ canam & niuem & pruinam vocant, Cicero etiam orationem caneſcere inquit.] Sunt qui aiunt, ϒ caneſcere hîc à Porphyrio acceptum eſſe, nõ vt vim & facultatẽ, ſed vt actum caneſcendi notet.] Alij volunt ϛ potentiam eſſe intelligendam. Quòd ſi quis occurrat, tũ caneſcere etiam

ϛ *Antonius Andreas.*

‡ *Ioãn. Matthæus in expl. Rodolp. lib. i. cap. xvij.*

Ariſt. lib. v. de gener. animalium.

⁹ *Antonius Andreas & Iauellus.*

Plinius li. xi. cap. xxxvij.

ϒ *Cæſarius.*

ϛ *Paul. Ven.*

‡ *Louanienſes*

⁹ *Matthiſius.*

Cicero de clarator.

ϒ *Tartaretus.*

ϛ *Paul. Ven.*

Obiectio.

quarto

23229

quarto modo Proprium esse, respondendum erit, vocabulũ, semper, interdum ad Subiectum, interdum ad Proprium, hoc est, aut ad hominem, aut ad canescere posse cõparari. Si hominem respiciat, concedimus, hominem semper canescere posse: si verò ad Proprium, id est, ad canescere referatur, inficias imus, canescere homini semper cõuenire. Homo enim semper non est ad canitiem aptus, sed in senectute tãtùm: at quouis temporis articulo ridere potest. Homo verò promptus est semper ad canitiem recipiendam, id est, nunquam non habet potentiam, vt canescat, non quouis tempore, sed in ætatis fluxu. Cùm dicat itaque Porphyrius, canescere non semper homini asscribi, sumit, Semper, non vt ad Subiectum, scilicet hominem, sed vt ad Proprium, nempe ad canescere collationem habet.] Sed rursus in ea quæ dicta sunt, ita forsan insurges: Canescere omni homini conuenit, igitur semper. ♀ In omni enim id dicitur, quod ita in alterũ cadit, vt nec sub illo Genere partem vllam accipere possis, cui non conueniat: nec vllum tempus inuenire, in quo de illo non dicatur.] Quamobrem Aristotelis testimonio docemur, illud quod in omni dicitur, illi rei etiam quouis tẽpore attribui. Ad hoc respondemus, Aristotelem ibi strictiùs significationem de omni accepisse, ♈ pro eo scilicet, quod secundũ rem omni Subiecto inest, hoc autem duobus modis contingit. Primo, quando prædicatum est ex natura Subiecti, vt Genus, Species, Differentia: secundo, quando est Proprium quarto modo, vel Accidens, quod separari nequit.] ♉ Latiùs verò sumitur, in omni dici, vt in libris de prima resolutione, pro eo quod omni ineſſe dicitur, licet semper rei non conueniat.] Hunc enim in modum loquitur Aristoteles: ‡ Est autem res eadem, quippiam in aliquo toto ineſſe, & quippiam de alio omni dici: nempe cùm nullam Subiecti partem reperias, in qua Prædicatum non verè dicatur.] ♀ Dicunt nonnulli Proprium tertio modo ex Hypothesi & suppositione cognosci: vt si ex Hypothesi omnis homo vigilet, & solus homo, & non semper, vigilare, proprium hominis tertio modo vocatur.] ♈ Ex quo perspicuũ est, Accidens ad quoddam tempus, & cum aliquo collatum, Proprij nomen obtinere posse: veluti sedere, quod est Accidens, si quis solus sedeat, etiam erit Proprium ad eos qui non sedent. Ita nihil prohibet, Accidens ad quoddam tempus, & cum aliquo collatum, vim Proprij ac nomen obtinere, cùm interim nõ sit futurum omnino Proprium.]

Solutio.

Obiectio.

♀ *Arist. li. i. de demõstrat. cap. iiij.*

Solutio.

♈ *Raianus in explic. tract. vij. cap. vi. & Niphus li. i. de demonstr. cap. iiij.*

♉ *Themistius & Philoponus lib. i. de demõstr. cap. iiij.*

‡ *Arist. li. i. de. i. resolu. cap. i.*

♀ *Arboreus.*

♈ *Arist. li. i. top. cap. iiij.*

Et quartum id, in quod hæc omnia concurrunt & conueniunt, quod in sola totáque Specie, idque semper intelligitur, vt in homine, natum esse ad risum.

Illud est [quartum]. i. quarta significatione Proprium, [In quod hęc omnia]. i. hæc tria, non enim hoc in loco [omnia] accipiendum est, vt omnes clausulas in tribus alijs Proprij potestatibus repositas declaret, tum enim hæc quarta vis & sententia Proprij, ita in varias partes esset distracta, vt omni & non omni, soli & non soli, semper & interdum, Speciei conueniret. [Omnia] igitur tres illas designat clausulas, nempe [quod

§ *Nicolaus Grouchius.* pe[quod in ſola totaq; Specie]infima, nam § nõ ignorauit Porphyrius Propria quædam eſſe, quæ totis Generibus, ſolis, ac ſemper conuenirent: ſed facile futurum exiſtimauit, traducere quod de proprijs formarum dixiſſet, ad Generum proprietates.] Vel Intermedia etiã Speq *Paul. Ven. cap. de genere.* cies æquè ac Infima intelligi poteſt: quandoquidem ? Proprium Generi non quia Genus eſt, ſed quòd faciem Formæ & Speciei accipiat, tribuitur.] [Idque ſemper intelligitur,] ϒ Proprium quarto modo eſt, quod ſoli Speciei, omni Indiuiduo ſub ea Specie comprehenſo, idq; ſemper accidit.] § Quæ interpretatio docet, in hac deſcriptione cõtraria membra non eſſe poſita, neq; [omni, & ſoli] ſibi inuicem hoc in loco aduerſari, cùm ad diuerſa referantur. Nam vocabulum [omni,] ad Indiuidua, hæc verò clauſula [ſoli] ad Speciem accommodatur.] Vel ‡ *Louanienſes* ‡ tum quippiam toti Speciei accidere dicitur, quando omni eius Indiuiduo accidit, neq; tamen ob hoc ſubſtantiuum adiectiui Omni, erit hæc dictio, Indiuiduo, ſicut nonnullis viſum eſt. Hoc enim nimis lõgè petitum videtur, cùm non aliam, vt arbitramur, inuenirent euadendi rationẽ. Pro nobis facit, atq; adeo cõuincit, q Boëtius dicit, ? Proprijũ ſecundo modo eſſe, quod huiuſmodi eſt, vt omnem quidem Speciem ẽtineat atq; tranſcendat,] manifeſtè videlicet nomen, Omne, ad Speciem referens, non quidem generatim acceptum, ſic enim falſiſſimium foret, quod dicit, ſed vt modò diximus. Alij huiuſmodi particulas pro aduerbijs accipere cõſueuerunt, vt Omne, idem valeat quod generaliter affirmatiuè, cuiuſmodi interpretatio alijs clauſulis eſt apϒ *Arborens.* plicanda.] Vel ϒ id omni cognoſcimus accidere, quando de aliquo vniuerſali adiecto hoc ſigno, Omnis, aut ſimili, verificatur: vt ridendi facultas de homine vniuerſè ſumpto dicitur, vt omnis homo eſt ad riſum aptus.] § Soli autem conuenire, eſt illi naturæ Speciei tam vniq *Hunæus.* uerſæ, quàm ſingulari tantummodo conuenire. Solus homo ideo animum ridendi facultate inſtructum habere dicitur, quia hæc naturalis ‡ *Louanienſes* facultas tantùm naturæ humanæ conuenit.] ‡ Neque hæc dictio, ſoli, *& Hunæus.* omnia alia à Specie, id eſt, quæ non ſunt ipſa Species excludere credẽda eſt, ſed tantummodo illa, quæ à Specie omnino ſunt aliena atq; ſeparata, qualia non ſunt eius Indiuidua, & partes eſſentiales ſeu integrales, vel etiam naturæ redundantię, vt capilli & vngues. Hoc autem ideo admonendum duximus, ne quis medicinam ſoli homini accidere cauilletur, quòd etiam animæ atq; intellectui eius fortuitò inſit. Neq; iſtud in hac ſolũmodo acceptione, ſed in alijs intelligi volumus.] Vocabulum [Semper] hic tam Subiecto quàm Proprio accommodatur, vt ſemper homo potens eſt: vt ſemper, hoc eſt, vt quouis tempore ridere ualeat. [Vt in homine, nãtum eſſe ad riſum] .i. ridendi vis, eſt quarto modo Proprium homini, omni enim, ſoli, & ſemper homini ? *Arborens.* tribuitur. ? Adiecta eſt hæc clauſula [natum eſſe,] quia homini naſciturο huiuſmodi inclinationes competere nequeunt. Verbi gratia, Antichriſtus naſciturus, vt naſciturus nõ habet aptum animum ad riſum, quia nulla ratione, nullo modo, eo ſeruato reſpectu, ridere poteſt. Et quod hoc in loco de ridendi, illud ipſum de flendi vi, alijsq; proprijs paſſionibus homini competentibus eſt dicendum.

Quanquam

23229

Quanquam enim non ridet ſemper, tamen ridens dicitur: non quòd ſemper rideat, ſed quòd ſemper inſitam habeat ridendi facultatem. Quod ei æquè naturale eſt, atque equo aptum eſſe ad hinnitum. Atque hæc illi Propria maximè appellant, quòd reciprocentur. Si enim equus ſit, etiam aptus erit ad hinniendum: & ſi quid aptum ſit ad hinniendum, continuò equus ſit neceſſe eſt.

Cùm ſuprà dixerit Porphyrius, aptum ad riſum homini quouis temporis puncto ineſſe, aliquis fortaſſe admiratione quadam obſtupefactus, hac aut ſimili oratione Porphyrium mendacij condemnare conabitur: Illud quod modò, Porphyri, dixeras, minimè videtur verum: cùm nemo inter hominum genus ſit, cui mens ita à ſua ſede & loco dimota eſt, vel qui tantus habeatur Democritus, qui quouis momento riſum edat. Eodem etiam addendum eſt, quod de Heraclito accepimus, ? qui omnem ſuam vitam duxiſſe, & totos annos confeciſſe fletu & lamentis, fertur.] Hunc remouet ſcrupulũ Auctor hac ratione: [Quanquam enim non ridet ſemper, tamen ridens,] id eſt, ad riſum aptus & potens, [dicitur: non quòd ſemper] actu [rideat, ſed quòd ſemper inſitam] à natura [habeat] actu [ridendi facultatem:] actu ergo eſt ad ridendum potens, hoc eſt, actu habet ridendi potentiam, ſed non actu ridet, id eſt, actu eam ridẽdi vim nõ exercet. Sed tamẽ aduertendũ eſt, quòd licet Porphyrius dicat, ridens, quod eſt hominis proprium, facultatem, & non actum ſignificare: non tamen idcirco eum voluiſſe vnũquodq; quod eſt hoc quarto modo Proprium, tantùm facultatem deſignare. ϒ Sunt etenim quædam Propria quæ tantùm aptitudinem ſignificant, vt riſus & fletus facultates: alia verò ſolùm actum, vt longum lineæ, latum ſuperficiei, par & impar numero inhærens. Si enim linea ſit actu, eſt longa: atque ſi ſuperficies aliqua in rerum natura ponatur, eam actu latam eſſe, ex neceſsitate requiritur: præterea ſi ſit numerus, actu erit par vel impar. Adhuc etiam quędam Propria tum actum, tum aptitudinem declarant: vt habere tres angulos pares duobus rectis, cõparatione trianguli. Si enim aliquis ſit triangulus, oportet vt actu tres habeat angulos, ita tamen vt neceſſariò duobus conſtet angulis, non actu, ſed aptitudine potiùs rectis.] Sed Tartaretus ſilentio prætermittendus non eſt, cui placet, ϛ ridendi facultatem Proprium non eſſe, niſi cum illa potentia animal coniungamus, & idcirco ridendi vim dupliciter intelligi: vno modo, vt ipſam riſus facultatem ſignificat, & ita propriè non eſt hominis naturalis propenſio, cùm alijs ab homine, hoc eſt, populo ſeu vulgo conueniat: dicimus enim contrita quadam & quotidiana loquendi formula, turbam ſeu populum riſum exercere. Altero, vt idem eſt ac animal potens vel aptum natum ridere: & hac ſignificatione cum homine viciſsim dicitur, hominiſq; Proprium appellatur.] Sed hallucinatur Tartaretus: nam ridendi vis hoc poſtremo modo ſumpta, non ſolùm à Proprio, verũetiam ab omni attributo, ſeu vniuerſali, eſt ſecludenda: quia non eſt res ſimplex, ſed coniuncta, cùm nõ tãtùm ſuam naturã, ſed etiam Generis, nempè animalis eſſentiam,

? *Titilmanus cap. xx. prad.*

ϒ *Paul. Ven. & Petrus de Bruxellis.*

ϛ *Tartaretus.*

vt

(vt ipſe atteſtatur Tartaretus) ſignificet. Quòd autem dicat vulgus ridere, illudq; ex vſitato ſermone cõfirmet, canonẽ Ariſtotelis è memoria depoſuit, q̃ admonemur, ♀ res nominibus iis quæ trita ſũt vulgò & vſitata, appellandas eſſe: at verò in cõſtituendo, quę res tales, vel tales non ſint, non audiendam eſſe multitudinem.] Cùm igitur dicimus, turbam vel multitudinem riſum facere, non aliquod Accidens, ſed homines, quibus multitudinis nomen eſt inditum, ridere, prudentiores & maioris conſilij homines ſine cõtrouerſia ſibi perſuadent. Quod idem contingit, quoties virũ eſſe bipedem aſſero, nolo virile illud Accidens quod homini inhæret, eſſe bipes, ſed potiùs ſubiectum, quod eſt ipſa hominis ſubſtantia, duobus pedibus ornatum eſſe. Quare concludo, ♈ ridens, vt deſignat potentiam, eſſe quarto modo Proprium: ſed ridere, actum ſignificans, ſub quinto attributo contineri.] ♑ Eſt enim Accidens quod à ſubſtantia poteſt diſtrahi & ſeparari.] Sed vt à Tartareto ad Porphyrium noſtra dilabatur oratio, ratione animoq; eſt luſtrandum, bipartitas eſſe proprias Paſsiones, alias quæ ſubſtãtijs, alias quæ naturis fortuitis conueniunt: ‡ eſt enim longum propria paſsio lineæ, latũ ſuperficiei, profundum corporis,] ♀ par & impar numeri.] Proprietates quæ rebus accidentarijs aptantur, omnibus his, ſolis, & quouis tempore per ſe competunt, licet interim per Accidens alijs, ſcilicet ſubiectis, in quibus inſunt, conueniant. Nam licet ſola linea per ſe ſit longa, corpus tamen, quod eſt lineæ baſis & fundamentum, ratione lineæ longum appellatur. At ſubſtantiarum Propria, in plura, quàm illorum Species & ſubiecta, neque per ſe, neque per Accidens, nec vllo pacto transferri poſſunt. Quod in ridendi & flendi facultatibus facilè perſpicitur, quæ in ſolum hominem per ſe & per Accidens cadunt. Quod neminem certè latebit, ſi modò flendi ridendiq; originẽ breui perſtrinxerimus. ♈ Cùm igitur homo ſit animal quod ratione & intellectu vti poſsit, ſolet ea quæ auribus accipit, & aſpectu perſpicit, ſæpenumerò in admirationem vocare: ex qua quidem admiratione interdum fletus, nonnunq; riſus naſcitur. Nam ſi quę ſub ſenſum cadunt cum quadam ſenſus ſuauitate animum deliniente accipiat, calor & ſpiritus ad faciem concurrunt, ex quorum cõcurſu quædam faciei dilatio & propagatio oritur, tum protinus & eueſtigiò riſus ſequitur, niſi aliquo interim ſpacio quicquam impedimenti naturali huic facultati inferatur. Quòd ſi aduerſa ratione ea quæ ſenſui ſe præbent, cum quodam faſtidio animiq; triſtitia capiantur, calor atque ſpiritus ad cor retrahuntur, ac confeſtim facies & cerebrum conſtringuntur & coangustantur: quo confecto quædam lachrymæ à cerebro ad os & naſum, & maximè ad oculos (quia à cerebro ad oculos meatus quidam & viæ habiliores atq; quaſi feneſtræ quædam perforatæ eſſe ſolent) ducuntur. ♑ Et propter hanc rationem fœminæ multò citiùs quàm viri lamentantur: partim quòd ſpiritus maiore quadam mœſtitia oppreſſos ſibi habent ingeneratos: partim quòd venas habent maſculorum venis molliores.] Quòd ſi hæc principia tam riſus quàm fletus mente circumſpexerimus, Crocodilum in fletum non poſſe adduci luce clarius perſpiciemus. Quamuis enim quandam flendi ſimilitudinem habere videatur, non tamen propriè eſt flere dicendus, cùm non his principijs ador-

♀ *Ariſt. li. ij. top. cap. ij. loco v.*

♈ *Burleus.*

♑ *Antonius Andreas.*

‡ *Paul. Ven.*
♀ *Glareanus tractatu vj. Cæſarij in explicatio. præfationis.*

♈ *Paul. Ven. Colonienſes. Albertus. Daniel Barb.*

♑ *Petri Hiſp. commentator.*

Lege Plinium li. v. ca. xxix.

23229

adornetur, ex quibus flendi facultas necessariò nascitur. Nam licet ad Crocodilum nomen animalis adducatur, eum tamen esse animal rationis & intellectus consors, prorsus pernegamus. Ita videmus homines imitatione quadam hinniendi exprimere equos, licet homines propriè ad hinnitum non sint nati, quandoquidem veris & germanis hinnitus principijs carent. [Quod] proprium, scilicet ridens, [ei] id est, homini, [æquè naturale est, atque equo aptum esse ad hinnitum,] & ? asino rudere, boui mugire & boare, buboni bubulare, camelo blaterare, cani latrare, cornici cornicari, coruo crocitari, elephanti barrire, gallinę glocitare, glociri, & pipiri, leoni rugire, oui balare, passeri pipilare, ranæ coaxare, sui grunnire, vulpi gannire.] ϒ Sic in apro vis est frendendi, in gallo cucuriendi, in cyconia glotorandi, in sturno pisitandi, mitilandi in acredula.] Postremò, vt modum aliquẽ nostræ orationi & finem faciamus: ϛ nulla est Species animali subiecta, cui aliquod Proprium non conueniat, quamuis illud Proprium à nostra intelligentia sit remotum. Plantæ etiam & inanimata corpora suas habent proprietates, quarum causæ & principia maxima ex parte nostram fugiunt cognitionem.] [Atque hæc illi] Philosophi, [propria maximè appellant,] hoc est, Dialectici, vel Peripatetici, hanc maximè ob causam, ridendi facultatem homini, hinniendi equo, Proprium esse dicunt, [quòd reciprocentur.] ‡ Ea autem reciprocantur, vel conuersim prædicantur, quando de se mutuò generaliter verificantur, vt homo, & quod ad risum est aptũ. Nam omnis homo est ad risum natus, & quicquid est aptũ ad ridendum, est homo.] ? Reciprocantur verò huiusmodi Propria cum suis subiectis, quòd ex adæquatis Speciei principijs profluant, nullaq; ratione transmutari possint.] In his autem reciprocandi rationibus, illa cautio est adhibenda, Proprium non ita cum Specie vicissim retrò commeare, vt cum eo Species suam naturam participet. Exempli causa: Cùm dicimus, omne risibile esse hominem, non ita interpretanda est hæc enuntiatio, quasi opinionem haberemus, risibile esse hominem: tum enim esset animal rationis capax, quod penitus est absurdum: sed per risibile, omne quod ad risum est aptum, non ipsam naturalem facultatem intelligimus. Omne risibile est homo, hoc pronuntiatum huiusmodi interpretatione est explanandum: Quicquid est aptum ad risum, est hominis naturæ particeps. Homo igitur non de ipsa ridendi facultate, sed de singulis hominibus vim illam habentibus inter reciprocandum effertur. [Si enim equus sit, etiam aptus erit ad hinniendum: & si quid aptum sit ad hinniendum, continuò equus sit necesse est.] Ex quibus verbis perspicitur, ϒ ea cõuersim dici, quæ sese mutuò inferunt, & vno perempto, alterum interire necesse est: vt homo & ridendi facultas. Nam si quid sit homo, ei ridendi vis inhæret, & edi uersò. Atque hæc reciprocandi ratio, tantùm Proprio illi quod quarto modo est Proprium competere solet.] ϛ Atque licet omne quod canescit, sit homo, non tamen omnis homo canescit. Neque contra nos quicquam facit, canescere aptitudinem quandam præ se ferre: quia absolutum & perfectum Proprium cum sua Specie, tum ex parte temporis, tum ex parte subiecti conuertitur,] vt paulò antè est demonstratum. Atque hactenus quidem quatuor has Proprij significationes,

? *Hunæum.*

ϒ *Mathisium.*

ϛ *Paul. Vene.*

‡ *Arboreum.*

? *Colonienſe.*

ϒ *Arboreum.*

ϛ *Paul. Vene.*

eo quo potuimus orationis filo attigimus, quarum si cõmodum & sufficientem quæras numerum, animaduertas opus est, quòd † cùm omne Proprium ex Speciei principijs, veluti ex causa efficiente, gignatur, illud contingere vel adæquata, vel non adæquata ratione. Quòd si Proprium erit par, vel adæquatum, aut illud rursus commutari, aut non commutari poterit: si poterit, in tertia Proprij significatione: si non poterit, in quarta ponetur. Quòd si non adæquatè à Specie proficiscatur, illud profectò accidet, vel ita vt principia Proprij se latiùs quàm Speciei extendant, ex quo quidem secunda Proprij vis & potestas oritur, quia huiusmodi Proprium pluribus quàm Species inhęret; aut vt Speciei initia lõgiùs q̃ Proprij diffũdantur, eoq; modo primam habet Proprij significationem. Vel si mauis, hac ratione Proprij significationes in iustum numerum & ordinem redigas. Vnumquodque Proprium vel conuersim cum suo subiecto dicitur, vel non omnino reciprocatur: si reciprocetur, hoc bifariàm cõtingit, aut vt semper suo subiecto inhæreat, aut interdum: si semper insit, sub quarta: si interdum, sub tertia Proprij potestate continetur. Si verò cum Specie non reciprocetur, hoc fit, vel quia Proprium latiùs quàm subiectum patet, & ita est secundo modo Proprium: aut quia aduerso modo, Species se latiùs porrigit quàm Proprium, atque ita sub primo Proprij membro comprehenditur.] ‡ Sed obijciet quispiam, Aristoteles tantùm triplex enumerauit Proprium, malè ergo hîc quatuor à Porphyrio assignantur, præsertim cùm se Peripateticos imitaturum initio sit pollicitus. Huic respondendum, Proprium ad aliquid, quod est apud Aristotelem, sub se Propria primo & secundo modo continere: & ita Porphyrium distinctiùs explicare voluisse, quæ apud Aristotelem breuioribus terminis concluſa erant, quod certè nequaquam vitio verti debet. Imò nec omnes assignauit Proprij acceptiones, si rem ipsam diligentiùs libeat excutere; nam Proprium vniuersale, quod maximè ad rem faciebat, silentio pertransijt, de quo posteà disputabimus.] Sed plures forsan quàm quatuor Proprio notiones & potestates subiectas esse probabis, quoniam alia ex tertia Proprij sententia depromi potest. § Quemadmodum enim id quod omni, soli, & interdum subiecto conuenit, est tertio modo Proprium: sic quod omni & semper, sed non soli Speciei accommodatur, cuiusmodi est candor niuis, aliam Proprij significationem potest absoluere. Dicendum est, illud nulla conditione fieri posse, quandoquidem Proprium in omnibus suis significandi potestatibus, certam inhærendi causam respicit: sed variæ & incertæ sunt causæ eorum Accidentium quæ separari non possunt. Nam ex alijs causis prouenire solet candor niuis, ex alijs etiam ille candor, qui circa dentes versatur.] Sunt igitur quatuor tantùm Proprij potestates seu significationes, quas his quæ subsequuntur carminibus, pingui (quod aiunt) Minerua, complexi sumus:

Soli, non omni: non soli, sed tamen omni:
Soli, omniq̃, tamen non semper conuenit: atque
Postremò formæ soliq̃ & semper & omni.

† *Colonienses*

Obiectio. ‡ *Louanienses Arist. lib. 1. top. cap. 5.* Solutio.

Obiectio.

§ *Petri Hisp. commentator.* Solutio.

AN

23229

AN POSTREMA PROPRII VIS & significatio, quantum numero efficiat attributum, & qua ratione Proprium vniuersale à topico secernatur.

CAPVT XVI. QVAESTIO XI.

DE ¶ Proprio prædicabili, siue quòd Species est ipsius vniuersalis; vehemens inter Philosophos & difficilis versatur quæstio. Nonnullis sanè placet, Proprium vniuersale non aliud esse, quàm Proprium quarto modo: hicq; Proprium ab Accidente hoc discrimine separant, quòd illud conuersim, hoc tamen non conuersim, vtrumque tamen fortuitò prædicetur. Itaque ridendi vim respectu hominis Proprium esse, inter ipsos conuenit: sed respectu Iohannis, cum quo non conuertitur, Accidens esse volunt. Alij, quorum sententiæ magis accedimus, Proprium quarto modo, vt tale est, vniuersalis Speciem non esse dicunt; neque hoc inter Proprium vniuersale & Accidens interesse, quòd alterum conuersim, alterum prædicetur non conuersim, sed aliud quiddam, quod sic ostendere credunt. ϒ Id quod est Proprium quarto modo, non est vniuersale comparatione illius cui sic est Proprium, ergo Proprium quarto modo non potest esse vniuersalis Species: ratio sequitur. Antecedens probant. Nam nomen & ratio vniuersalis exigit, vt ipsum ad plura, de quibus dici potest, comparetur, aut certè illorum aliquod. Sed quod cum aliquo conuertitur, non potest ad illud, tanquam aliquid plurium, de quibus dicatur, comparari, quandoquidem ipsum minimè excedit, neque aliud quicquam extra ipsum complectitur: non potest ergo quicquam respectu eius, cum quo reciprocari potest, veram vniuersalis rationem obtinere.] Quare neque Differentia vniuersale erit comparatione illius Speciei, cum qua conuertitur, neq; item Proprium: sed tantùm comparatione minus communium, si quidem vniuersale, vt huiusmodi, ad singularia minusq; communia, non ad reciprocantia referri debet. Adducunt & alia quædam, quæ breuitatis gratia omittimus. Distinguunt ergo hi ab Accidente Proprium vniuersale, per necessariò & contingenter prædicari, loquendo de necessitate & contingentia, quæ ex ipsa essentia, non ex Indiuiduorum principijs spectatur. Sed dicent forsitan illi, hæc omnino arbitraria & commentitia videri, atque à Porphyrij sententia longè alienissima, qui de Proprio agens, nusquam huius necessitatis, per quam ipsum ab Accidente distinximus, meminerit. Quibus ex aduerso opponendum est, nullam etiam Porphyrium, cùm Accidentis tradit descriptiones, mentionem fecisse eius discriminis, quo ipsi Accidens à Proprio separare nituntur. Quòd si dixerint, satis esse id in Proprij definitione fuisse indicatum, quòd Proprium conuersim prædicaretur, atque ita contrarium in descriptionibus Accidentis subintelligendum reliquisse: cur non & nobis sufficiat, in Accidentis definitionibus factam esse mentionem cõtingentis enuntiationis, per quam Proprium

¶ *Louanienses cum quibus conueniunt Titilmanus, Tartaretus, Iohã. Maioris & Daniel Barbarus.*

Illis aduersantur Petri Hispani commentat, Paulus Venet. Petrus de Bruxellis, Iauellus.

ϒ *Colonienses: Aquinatis commentator: Dorbellus.*

Obiectio.

Solutio.

prium ab Accidente potiſsimùm diſtinguitur: hanc diſtinctionem ſatis indicaſſe Auctorem, dum in modis Proprij ſolo verbo, Ineſt, ſeu Conuenit, vtitur: hîc autem & verbum, Eſt, & non Ineſt. Si quis definitionem Ariſtotelis è Topicis adduxerit, qua Proprium per reciprocari definit, dicendum eſt, longè aliam rationem eſſe Proprij vniuerſalis, quàm Proprij, vt eſt Prædicati Species.] Sed vt de hac quæſtione apertam ſatis & enodatam cognitionem habeamus, an Porphyrius illam reciprocandi neceſsitatem intellexerit, nec ne, longiore, ſi placet, orationis curſu diſcutiamus. Inter cætera igitur, illud vel maximè in memoria eſt habendum, Porphyrium in primo ferè aditu veſtibuloq; ſuæ Inſtitutionis, Chryſaorio ſuam dediſſe fidem, ſe ϒ quo pacto de his ipſis, illisq;, quæ diximus, cùm veteres omnes, tum vel maximè Peripatetici, probabiliter diſſeruerint, quidq; ſenſerint,] explicaturum. Atque eum fidem ſuam neque violaſſe, neque fregiſſe, vel hinc ſciri poteſt, quòd interdum Stoicorum, nonnunquam Platonicorum, maxima verò ex parte Peripateticorum ſententias in medio poſuerit. Quod cùm multis in locis, tum vel maximè in eo, quem de Proprio ſermonem habuit, facilè poteſt cerni: vbi in ipſo limite, Philoſophos Proprium in quatuor membra conſumpſiſſe, ait. Huc etiam adde, vltimam Proprij ſignificationem ex Ariſtotele fuiſſe depromptam. Quare cùm ita ſeſe res habeat, neceſſariò efficitur, vt ea ratione de Proprio loquatur Porphyrius, qua & ipſe Ariſtoteles, ex quo hanc Proprij deſcriptionem mutuatus erat. At verò Ariſtoteles neceſſariam illam conuertendi rationem intellexit, quod ſic oſtenditur: Scribit Ariſtoteles, ϒ omne quod reciprocatur, definitionem eſſe, vel Proprium.] Quæro, quem conuertendi modum in his verbis intelligat? Aut de neceſſaria, aut non neceſſaria reciprocandi ratione, mentionem facere neceſſe habet? At non neceſſaria eo loci accipi nequit, tum enim definitio ex neceſsitate non retrò commearet: neceſſariam igitur conuertendi rationem voluit intellectam Ariſtoteles, ergo & Porphyrius. Neque hæc quæ hoc in loco ſcriptis mandamus, ex noſtro ſunt cerebro deprompta, cùm vniuerſa Louanienſis Schola, eodem modo Ariſtotelem interpretetur. ‡ Si nobis quiſpiam obiecerit, Accidentium nonnulla eſſe, quæ ſoli & omni inſunt, id eſt, conuerſim de ſubiecto dicuntur, vt quantum cum corpore recurrit, coloratum cum corpore miſto. Reſpondebimus: Hanc vltimam definitionis partem de ea reciprocandi ratione accipiendam eſſe, quæ manat ex neceſſaria dependentia eius quod dicitur Proprium, à ſubſtantialibus principijs, quod ſubiectum eſt, ſi qua illi contingant naturalia principia, qualem inter quoduis Accidens & ſuum ſubiectum reperire non licet.] Imò ſi ipſius Porphyrij verba altius perſcrutemur, non opus erit ab Ariſtotele huius neceſſariæ reciprocationis teſtimonium petere. Probat enim Porphyrius, ideo ridendi vim cum homine retrorſus agi, quia ſi homo ſit, aptum ad riſum erit: & ſi quid ſit ad riſum natum, ſtatim hominem eſſe neceſſariò ſolet euenire: quod de colorato dicere non poſſumus. Si enim ſit corpus miſtum, coloratum neceſſariò eſſe non efficitur, cùm Accidentia quæ diuelli nequeunt, mente & cogitatione

Obiectio. Solutio.

ϒ *Porphyrius in præfatione.*

ϒ *Ariſt. li. 1. top. cap. vij.*

Obiectio.
‡ *Louanienſes lib. 1. top. cap. de proprio.*
Solutio.

23229

tione à Subiecto ſeparari poſſint. At forſan quæres, vtrum exiſtimem Porphyrium voluiſſe illud Proprium, quod à ſeipſo tractabatur, quartum numero attributum conſtituere? ſanè quidem. Cur ergò (inquies) illius non amplecteris opinionem? Quia illud Proprium, quod in illius oratione erat poſitum, potiùs ſub prædicatis, quàm ſub vniuerſalibus continetur. Qui fit ergò (adhuc poſtulabis) quòd de Proprio illo, quod re vera eſt quartum Vniuerſale, nullum habuerit ſermonem? Ad hoc reſpondendum eſt, illud animo hominis ſedíſſe, quia in nullis veterum philoſophorum libris, tale aliquod Proprium literis conſcriptum reperiebat. Nam licet Ariſtoteles ſubtiliter ſatis & copioſè de Proprio, non tamen de eo, vt quartum eſt attributum, ſed vt ad ſuum inſtitutum pertinebat, nempe de proprio topico diſſeruit. Quare cum nullum aliud, niſi topicum proprium ſcriptis philoſophorum mandatum Porphyrius perueſtigare vel deprehendere potuerit, Ariſtotelis rationem in proprio definiendo ſecutus erat. Quòd ſi poſtulet quiſpiam, qualem habet definitionem proprium illud, quod nos quartum efficere attributum dicimus? Reſpondebis, ? quartum attributum eſſe vniuerſale, quod de multis, vel ſpecie, vel numero differentibus, in quale fortuitò uel neceſſariò affirmatur. Cùm dicimus, in quale, excluduntur Genus & Species, quæ in quæſtione, qua quid, non in ea, in qua rei qualitas inueſtigatur, enunciantur. Cùm vero additur, fortuitò, à Differentia ſeiungitur, quæ licet in quale, non tamen contigenter de rebus effertur. At cùm poſtremo loco additur, neceſſariò, ab Accidente diſiungitur Proprium, quod dicitur in eo, quod quale eſt, non tamen neceſſariò, ſed tantùm temerè & caſu: neq; enim neceſſariò eſt homo doctus, vel magnus, vel candidus. Eſt tamen neceſſariò diſciplinæ capax, & ad riſum & fletum aptus.] Nihil igitur redundans, nihil parùm explicatum continet, quæ Proprij vniuerſalis notioni conſtituta eſt definitio. Hinc etiam ϒ patet, nulla Propria primo, tertio, aut quarto modo, comparatione eorum, quibus ſunt Propria, eſſe Propria vniuerſalia, ſed tantùm Propria ſecundo modo, eaq; non omnia, ſed quæ veræ ſunt aptitudines: ſimiliter & ea, quæ Propria quarto modo ſunt Speciebus, ſi ad earum Indiuidua referantur.] ϛ Ex ijs etiam quæ dicta ſunt, facilè licebit deprehendere, quid conuenientiæ, quidve diſcriminis interſit, inter Proprium vniuerſale, & prædicatum Proprium. Eſt enim aliquid quod vtriuſque rationem ſuſcipit: vt ridendi facultas comparatione Socratis & Platonis, de quibus fortuitò & neceſſariò dicitur, Proprium eſt vniuerſale: collatione verò ad hominem facta, Proprium eſt prædicatum. Eſt inſuper quippiam, quod alterius duntaxat naturam induere queat, vt animal ad riſum aptum, homini eſt Proprium prædicatum: vniuerſale autem Proprium, neque homini, neque cuiuis alteri eſt. Contrà, bipes ad hominem & auem eſt Proprium vniuerſale, non autem Proprium prædicatum, ſed potiùs Accidens.] Sed neminem hoc Louanienſibus daturum puto, bipes eſſe Proprium vniuerſale, ſi modò ſit collatione eiuſdem ſubiecti Accidens. Omne Accidens temerè non neceſſariò ſubſtantijs tribuitur, Proprium autem vniuerſale neceſſariò: igitur

Ariſt. lib. i. top. cap. v. & vj. Item lib. v. topicorum.

? *Titilmanus cap. xx. prad.*

ϒ *Louanienſes*

ϛ *Louanienſes lib. i. top. cap. de proprio.*

bipes comparatione eiuſdem Proprium & Accidens eſſe non poteſt. Hoc etiam modo Proprium topicum & vniuerſale inter ſe differunt: quòd Differentia ſub Proprio topico aliqua comparatione contineatur, at verò ſub vniuerſali Proprio nulla ratione poſsit comprehendi.

¶ Rod. Agri. li. i. de inuẽti. cap. viij. & Valerius. ¶ Ariſtoteles diuiſit Proprium in Definitionem, & id quod communi nomine (quoniam aliud non ſuppetebat) Proprium dixit. Eodemq; Proprij nomine complexus eſt Differentiam. Sanè Differentia, quod ipſum nomen præ ſe fert, dicetur commodiùs, quoties Generi, quod diuidit, comparatur. Rationali enim & irrationali, animal ab animali differt: aut quoties Species, cui definiendæ adhibetur, reliquis conferetur Speciebus ab illa differentibus. Suæ enim Speciei comparata, cuius ſubſtantiæ pars eſt, rectiùs Proprium dicitur quàm Differentia.]

ϒ Ariſt. lib. i. top. cap. iij. Neq; hæc quæ dicta ſunt, Ariſtotelis teſtimonio premi poſſunt, ϒ Differentiam, quia generale quippiam eſt, in eodem, in quo Genus, numero reponendam eſſe:] quandoquidem Differentia ϛ duobus modis comparari poteſt: primùm Generi, atque hac ratione propriè dicitur Differentia, & etiam cum Genere coniungenda eſt. Atque hac ſignificatione Ariſtoteles Differentiam accepit, cùm eam ſub Genere reposuerit. Deinde Speciei ſuæ, quam cum Genere ſumpta conſtituit: quo pacto non tam Differentia, quàm Proprium appellari debet, ac proinde Proprij quoque appellatione eſt comprehenſa. Cui ſententiæ ſuffragatur & ratio. Nam, auctore Ariſtotele ipſo, quicquid conuerſim de re prædicatur, id aut Definitio eſt, aut Proprium: Differentia conuerſim prædicatur de ſua Specie, & Definitio eius non eſt, erit itaq; Proprium. Fabius tamen Quintilianus, eam modo Differentiam appellat, quæ cum re non conuertitur: quæ tamen conuertuntur, ea Propria vocat.] Sed dices forſan: Ariſtoteles, quem Proprium explicare topicum modò poſueras, illud Proprium eſſe definit, ‡ quod quid ſit res non explicat, in ſolóque ineſt, & viciſsim de re dicitur. Si itaque Differentiam, Proprium eſſe topicum dixeris, nuſquam rei naturam explicabit. Huic cõcluſioni dupliciter ſatisfacio, aut Ariſtotelem illam clauſulam (quod non explicat quid ſit res) addidiſſe, vt â Proprio Definitionẽ remoueret: quæ quãuis cũ re definita cõuerſim diceretur, nõ tamen ſub Proprio comprehendi, quòd naturam rei quæ definitur perfectè explicaret. Quamuis igitur Differentia ſit ex eſſentia ſuæ Speciei, tamen iure dici poteſt, rei naturam minimè explicare: non quòd in quale quid non dicatur, ſed quòd perfectè & abſolutè ſuæ Speciei naturam neutiquam perficiat. Aut, Ariſtotelem in definiendis quatuor illis prædicatis, eas protuliſſe deſcriptiones, quæ in manifeſta & expreſſa prædicata quadrare viderentur. Verbi gratia: Docet Ariſtoteles, Differentiam, quia generale quippiam eſt, in eodem, in quo Genus, numero reponendam eſſe: cæterùm, poſteà Generis vim naturamq; declarans, eam protulit definitionem, quæ abſoluto tantùm ac expreſſo Generi conueniret. ¶ Genus etenim id eſt, quod de pluribus, Specie autem differentibus, dicitur, in quæſtione qua quid ſit res, quæritur.] Neminem autem fugit, Differentiam non in quæſtione qua quid ſit res, ſed qua rei qualitas inueſtigatur, multis adſcribi,

ϛ Ariſt. li. i. top. cap. iiij. Solutio. Ariſt. lib. i. topic. cap. iiij.

¶ Ariſt. li. i. topic. cap. iiij.

23229

ſcribi. Nam ? Genus & Differentia, communiáque Accidentia, hoc inter ſe differunt, quòd etſi de multis etiam Specie differentibus, & Differentiæ dicantur, & communia Accidentia, non tamen in quæſtione dicuntur ea, qua quid quicque ſit, ſed in ea, qua quale quicque ſit, quæritur.] Quamobrem Ariſtoteles eam Generis deſcriptionem cuiuis Generi prædicato non accommodauit, ſed tantùm præcipuo, perfecto, & expreſſo Generi, quod etiam de Proprio eſt dicendum. Illud itaque annotandum videtur, bipartita eſſe prædicata topica: Expreſſa, & Adumbrata: quatuor ſunt expreſſa, puta, verum Genus, perfecta definitio, genuinum Proprium, germanum Accidens. Adumbrata verò prædicata ſunt, quæ ſub illis quatuor quodammodo comprehenduntur: vt Differentia cùm Genus diuidit, in Genere reponitur: quoties autem cum Specie reciprocatur, ſub Proprio collocatur. Sic deſcriptio rei, eſt prædicatum adumbratum, quia ad Definitionem pertinet, licet alij eam ſub Proprio eſſe aſſerant. Deſcriptio itaque Ariſtotelis, (ne ab eo quod propoſitum eſt, longiùs aberret oratio) de Proprio data, expreſſo tantùm, & non adumbrato Proprio conuenit. Quòd ſi definitionem tam Proprij expreſsi, quàm adumbrati habere cupias, diligenter teneto, Proprium topicum eſſe naturam incomplexam, quæ neceſſariò cum re conuertitur. Reijcitur Definitio ab hac deſcriptione, quia eſt complexa: remouetur Accidens, quia non neceſſariò reciprocatur. Cæterùm, mihi non ſolùm eſt confirmatum, verumetiam penitus perſuaſum, hîc non defuturos, qui me grauiter profectò maledictis petere non hærebunt: me, neſcio quò, vagari, ac non tantùm à Porphyrij, (cum quo fortaſsis errare, quàm mecum aliorumq; teſtimonijs, quæ ſuprà in medium duxi, vera ſentire malint) verumetiam ab illorum via diſcedere, qui cùm in Diſſerendi ratione non mediocriter eſſent exercitati, ſubtiliter, acutè, & verè iudicarunt, ϒ bipartitum eſſe Proprium, per ſe, & per Accidens: Proprium per ſe illud appellari, quod cum ſubiecto reciprocatur: Proprium per Accidens, quod non retrò commeat.] Sed ridendi facultas cùm ad Platonem & Socratem referatur, non viciſsim cum illis dicitur: eſt idcirco horum comparatione Proprium per Accidens. In qua quidem ſententia ſunt & illi, qui affirmant, ϛ quartam Proprij ſignificationem, quartum etiam abſoluere attributum & vniuerſale.] His & huiuſmodi teſtimonijs, Louanienſium, aliorúmque, & noſtram de hac quæſtione opinionem premere, conatum nonnulli, certò ſcio, adhibebunt. Sed vt illud de quo ſæpiùs Lectorem commonefeci, tacitum relinquam, in rebus videlicet ambiguis, & in controuerſia poſitis, rationes magis quàm auctoritates eſſe ponderandas, illorum teſtimonijs vno aut altero verbo ſatisfaciemus, modò illos Porphyrij, Porphyrium rurſus Ariſtotelis, cuius omnis oratio de Proprio erat prædicato, opinionem ſequutum fuiſſe dixerimus. Hinc eſt illud natum, ‡ ridendi poteſtatem, hominis Proprium eſſe: ſed comparatione Iohannis aut animalis, cum quo non reciprocatur, ſeu conuertitur, non habere perfectam Proprij rationem, eruditiores Philoſophi cenſent. Quare A-

? *Porphyrius cap. de genere.*

ϒ *Paul. Vén.*

ϛ *Iauellus. Petri Hiſpani commentator.*

‡ *Auguſtin. Hunaus.*

ristotelis Porphyriíq; doctrinæ consentaneum videtur, dicere, Prædicationem Proprij de Generibus eius Speciei cum qua reciprocatur, quinti esse vniuersalis: prædicationem verò Proprij de Indiuiduis eiusdem Speciei, non quidem habere perfectam rationem quarti vniuersalis, ad eam tamen, quia necessaria est, potiùs quàm ad Accidentis prædicationem esse referendam.] In summa, cùm insita vis risus, seu fletus, comparatione Platonis & Socratis, sit verum vniuersale, & cùm neque Generis, neque Formæ, neque Differentiæ, neque Accidentis habet rationem, vim illam qua ridemus & lachrymas profundimus, sub quarto vniuersali esse comprehensam, satis probabiliter dici posse arbitramur. Atque vt hanc rationem quodam quasi sepimento vallare possimus, vnam aut alteram conclusionem adducemus, rationémque subijciemus, cur naturales ridendi & flendi procliuitates, Socratis & Platonis collatione, in quinto attributo non ponantur. Nullum Accidens necessariò subiecto inhæret, at ridendi & lachrymandi facultates, Socrati & Platoni necessariò insunt, quia principia humanæ naturæ ex necessitate comitantur, non igitur horum respectu erunt Accidentia. Rursus, vnumquodque Accidens (vt est à Porphyrio literis proditum) ab Indiuiduis originem habet, illæ verò potestates horum comparatione, non ab Indiuiduorum, sed à Formarum principijs manant, (Plato enim & Socrates sunt ad risum apti, & lachrymari possunt) non quia sunt res singulæ, sed quia humanitatis in se Speciem habent. Quare facultates illæ, etiam cùm ad Socratem & Platonem referuntur, in quarto attributo erunt collocandæ. Sed eo respectu non conuertuntur cum Socrate & Platone: omne igitur illud quod est quartum vniuersale, non reciprocatur. Atque eadem Porphyrij auctoritate refellendus est Hunæus, cùm dicat Speciei Proprium ad Genus comparatum, Accidens esse, cùm tamen à rerum singularum principijs, nulla ratione naturales proprietates profluere possint. Potiùs igitur illam opinionem sequendam puto, qua docemur, [1] non esse propriam enuntiandi rationem, cùm ridendi vis de animali effertur, cùm sit nullius vniuersalis affirmatio.] Quare [2] non est Accidens, nec animali Proprium, licet Proprium in animali esse dicatur.

Porphyrius in cõmunita. & differẽ. quinq; vocum.

Augustinus Hunæus.

[1] *Arboreus cap. de prædicationibus.*

[2] *Paul. Ven. lib. i. de demonstratione.*

AN PROPRIVM A PRINCIPIIS Speciei ortum accipiat.

CAPVT XVII. QVAESTIO XII.

[3] *Paul. Ven. cap. de genere.*

[3] Vemadmodum duplex est Definitio, Legitima, & Extraordinaria, ita bipartitum esse Proprium volumus. Legitima Definitio est, quæ constat ex Genere & Differentia: est verò illa Extraordinaria Definitio, quæ ex Genere & Differentia non conficitur. Similiter Legitimum Proprium

23229

prium illud est, quod à Genere & Differentia profluit: verbi gratia, visridendi est germanum, proprium quòd ex Genere & Differentia, videlicet ab animali & rationis compote, nascatur. Species enim & Proprium, eadem principia, diuersa tamen ratione, habere dicuntur. Genus etenim & Differentia proximè sunt Speciei principia, ad Speciémque perficiendam tanquam partes, hoc est, tanquam materia & forma concurrunt. Sunt autem Proprij initia non proxima, sed remota, atque ex illis Proprium, veluti ex causa efficiente constituitur. Proficiscitur itaque naturalis Proprietas â Specie, tanquam à Subiecto, quod eam recipit: à Genere verò & Differentia, quasi à principijs efficientibus. Illud autem Extraordinarium est Proprium, quod à Genere & Differentia nusquam manat.] hoc autem Proprij genus est duplex. ♀ Vnum est respectu Generis summi, nempe illud quod cum Genere supremo conuertitur, vt æquale & inæquale respectu quantitatis. Alterum ratione transcendentis, illud videlicet, quòd cùm transcendente vicissim dicitur, vt vnum comparatione eius quod est, vel (vt ita dicam) entis.] Quamobrem concedimus Genera prima & excedentia, suis esse imbuta proprietatibus, attamen non legitimè Propria nuncupari, cùm à Genere & Differentia non proueniant: ita enim contingeret, vt transcendentia primáque Categoriarum capita superiora haberent Genera. Atque illa propria missa faciemus, vt citiùs ad veras & genuinas proprias passiones, à Genere & Differentiá proficiscentes, orationem conuertamus. ♈ Huiusmodi autem proprietates sunt duplices: aliæ Generum sunt, aliæ Formarum. Generum sunt illæ, quæ Generis naturam consequuntur: vt animali assignamus proprium, sensus esse particeps, vt aptitudinem & naturalem inclinationem ad sentiendum significat. Corporis animati sunt propria, vt nutriri, vt augeri, vt minui possit, corporis verò, posse moueri. Illa verò sunt Formarum & Specierum propria, quæ infimæ Speciei essentiam comitantur.] Vtraque hæc, tam Generum quàm Formarum propria, ♉ à Genere & Differentia ortum sumunt, non vt principia tantùm in suis naturis intelliguntur, sed vt Speciem quodam quasi vinculo combinata, absoluunt & perficiunt.] Verùm nonnulli opinionem habent, proprium primum inesse Speciei, secundo verò loco Indiuiduis inhærere: quorum orationes audio, rationes verò vel profectò nullas, vel certè quidem vix benè fundatas, reperio. Et vt horum error funditus tollatur, opus est vt cognoscamus, imo agnoscamus, naturas vniuersas minimè à rebus singulis separatas cohærere, quod quidem loco suo quæretur. Hanc itaque pono quæstionem, vtrum naturalis inclinatio ac propensio Speciei conueniat, aut vt separatur à rebus singulis Species, aut vt in illis reperitur. Si dixeris eã Speciei inesse, vt ab Indiuiduis est auulsa, tum illos falsitatis cõdemnabis, qui Species dupliciter intelligi volunt. ‡ Vno modo absolutè in sua natura, ita vt ad res singulas non comparetur, & ea ratione nullum proprium eam consequi: Altero, vt Speciei natura in Indiuiduis est reposita, & ita proprium ex Speciei initijs prouenire.] Nam ♀ cùm proprium nihil aliud sit, quàm facultas quædam naturæ Speciei, vel ad

♀ *Arboreli. Carterus in cõmunita. & differẽ. vocũ. Clithoueus.*

♈ *Titilmanus*

♉ *Colonien. dub. vij. propr.*

‡ *Versor. Colonie. dub. vij. proprij.*

♀ *Aquinatis commentator.*

ad actionem ſuſcipiendam, vel ad paſſionem ſubeundam: cumq; actiones & perpeſsiones ad ipſas res ſingulas pertineant, conſentaneum rationi videtur, Proprium ex Specie in rebus ſingulis reperta proficiſci.] Quocirca actiones, atque actionum facultates, ita differunt, quòd hæ proueniant à Specie, illæ ab Indiuiduis.] ¶ Non eſt igitur obſcurum, Proprium & Accidens, primùm quidem in Indiuiduis dici, tum deinde etiam in Formis. Siquidem Indiuidua corpora ſunt, non autem Species.] Dicuntur autem Speciebus primùm conuenire proprietates, non quòd primùm Formis inſint, ſed quòd ratione Speciei rebus ſingulis inhæreant. ϒ Homo etenim & Socrates per ſe ſunt ad riſum apti, ſed diſsimili ratione: quia homo aptus eſt ad riſum per ſe, & principali quodam modo, & quia homo eſt. Socrates autem eam habet vim per ſe, ſed non primaria ratione, neque quia eſt Socrates, ſed quòd humanæ naturæ formam accipiat. Hæc verò ita intelligi nolim, vt admitterem validam eſſe concluſionem: Proprium idcirco per ſe de nullo Indiuiduo dici, quia de Specie primaria ratione enuntiatur.] Aſt Accidentia ex aduerſa parte, primò Indiuiduis, horumq; cauſa naturis vniuerſis conueniunt. Vniuerſalis enim homo ideo candidus dicitur, quia Cicero, Demoſthenes, vel alius quiſquam, candore eſt perfuſus. His ita expeditis, quibuſdam argumentis, quæ contrà dicuntur, ſatisfaciamus.

¶ Hoſpinianus in prædicab. differentijs.

ϒ Paul. Ven. cap. de genere. Petrus de Bruxellis cap. de accident. quæſti. 4.

Opponens.

Obiectio. ξ Quemadmodum ex non ſubſtantijs, minimè conſtat ſubſtantia,] pari ratione ex ſubſtantia, nulla lege non ſubſtantia poteſt fieri. Quamobrem neceſſariò efficitur, vt aut dicamus, ridendi potentiam (de ea enim agam, licet cætera Propria ſubſtantijs competentia intelligam) ab homine non prouenire, aut illam ridendi potentiam in numero ſubſtantiarum poni. Inter ſubſtantias annumerari nequit, cùm non ſit vel prima vel ſecunda, ergo à Speciei principijs non naſcitur.

ξ Paul. Ven. Ariſt. lib. 1. phyſic. cap. 6.

Reſpondens.

Solutio. Ex ſubſtantia conſtare nequit non ſubſtantia, tanquam ex materia & forma, ſed tanquam ex cauſa efficiente. Genus & Differentia materiæ formæq; rationem habent comparatione Speciei: ſunt autem principia reſpectu Proprij.] ¶ Eodemq; modo illa poteſt refelli ratio, qua probatur Speciem & Proprium in eandem naturam conſpirare, quia Species & Proprium eadem habent principia. Hanc (inquam) rationem repellere poterimus, & iure optimo negare: cùm ſolummodò vera eſſe ſoleat, quoties eadem principia in eodem Genere cauſæ varijs rebus aptantur, quod in his non omnino cernitur. Nam Genus & Differentia, cùm ad Speciem referuntur, materiæ & formæ locum occupant: quando ad Proprium ſunt affecta, ſunt cauſæ efficientes.

¶ Coloni. dub. ix. proprij. Aquinatis commentator.

Oppo-

23229

Opponentis replicatio.

Idem materia & causa efficiens nunquam esse potest, si itaq; Genus fit materia, nullo pacto erit res efficiens. Replicatio.

Respondentis dilutio.

Efficiens & materia, ex qua res constituitur, in eandem rem non cadunt, quia huiusmodi materia in pura potentia cohæret. Sed efficiens & materia in qua, vni possunt ascribi, quia res emanatione quadam, non motu & mutatione, efficitur. Dilutio.

Opponentis replicatio.

Replicatio.

¶ Causa efficiens, est principiū motus & mutationis.] Si ergò Species sit causa efficiens Proprij, illud motu & mutatione effectū reddit. ¶ *Arist. li. 3. physic. cap. 1.*

Respondentis dilutio.

Efficiens motu non semper agit, sed quandóque simplici redundantia & profluentia. Dilutio.

Opponens.

Quicquid alicui formam impertitur, ea etiam tribuit quæ formam consequuntur. Sed Proprium sequitur formam Subiecti, illud itaque quod generat, potiùs quàm Subiectum, Proprij causa est habendum. Obiectio.

Respondens.

Quicquid alicui Formam tribuit, ea etiam impartit, quæ formam illam comitantur, ita tamen vt ipsius Formæ interuentu illud efficiatur; quod idem etiam nos de Specie intelligi volumus.] Solutio.

AN PROPRIVM RE ET NATVRA à suo Subiecto seiungatur.

CAPVT XVIII. QVAESTIO XIII.

QVanquam sunt, qui eam tenent sententiam, vt censeant, ¥ hanc, quam nunc in manibus habemus controuersiam, à Dialecticis minimè debere tractari:] tamen cùm veteres in ea ipsa nonnihil operæ posuerint, nos non multū à Porphyrij proposito aberrare, atq; satis ad lectoris iudicium laborare arbitramur, si eam breuiter summatimq; attingamus. Cùm igitur hęc contentio in diuersas partes sit iactata, (alij enim Proprium à Specie, re differre aiunt, alij negant) vtriusque sectæ rationes nostra breuiter percurret oratio. Quamuis huius admonere lectorem superuacaneū sit, aientem opinionem ad veritatis similitudinem multò esse propensiorem. ¶ Hoc enim certum, ratum, & fixum esse volunt acutiores interpretes, Proprium à Subiecto suo re & natura esse separatum. Nam ridendi facultas ab homine differt, quòd hic sit substantia, illa verò Accidens, & in secunda qualitatis Specie sit locata.] Licet

¥ *Ioānes Maioris Scotus in prædica. Petri Hispani.*

¶ *Paul. Vene. lib. 1. physic. dub. 11.*

Scotus. cet Scotus cum ſua familia, dum negat Proprium à Specie diſcrepare,
in ijs verſatur anguſtijs, vt Proprium in qualitate non eſſe repoſitum,
Scotiſtæ. coactus ſit concedere. Cùm verò vi argumentandi Scoti comites in eas
dilabuntur difficultates, vt etiam velint nolint, compellantur fateri,
¶ *Petri Hiſp. commentator.* Proprium eſſe qualitatem, occurrunt, ¶ non inde ſequi, Proprium à
Subiecto ſuo re ſeiunctum eſſe, cùm quædam ſint Categoriæ, quæ nõ
re, ſed ratione tantùm inter ſe ſeparantur.] Sed hæc ratio parùm ha-
bet fundamenti, cùm neminem lateat, Subſtantiam à reliquis nouem
Categorijs re & eſſentia diuiſam eſſe, licet actio à paſſione, & ab omni
actione perpeſſio (vt nonnullis videtur) ratione tantùm ſeiungatur.
§ *Aquinatis commentator.* Illud verò interim admonitum velim, § vnumquodq; Proprium à ſuo
Subiecto non eſſe ſeparatum, quandoquidem quod quidem eſt eius
quod eſt, ſiue entis Proprium cum ente re ipſa congruit, nullum tamen
verum Proprium eſſe poteſt, quod cum ſua Specie re & natura queat
¶ *Petrus de Bruxellis.* conuenire. ¶ Nam cùm ſubiectum nõ tantùm intelligendi vi, ſed etiam
re vera naturalis propenſionis cauſa habeatur, cùm illud quod re vera
eſt effectus alicuius cauſæ, eandem cum illa cauſa naturam habere ne-
queat, credibiliter certè atq; ad hominum literatorum opinionem de-
fendi poteſt, Proprium à Specie re differre. Præterea, quæcunque di-
ſtinctis aperiuntur definitionibus, re ſeparantur: Proprium & Speci-
es varijs definitionibus abſoluuntur, re igitur differunt.] Sed aduer-
ſas rationes, paribus tanquam ponderibus, examinemus.

Opponens.

Obiectio ‡ *Aquinatis commentator.* ‡ Quæcunq; ſimul oriuntur & cadunt, ſunt eadem: Species & pro-
prium ſimul generantur & intereunt, ſunt itaque eadem.

Reſpondens.

Solutio. Prima enunciatio vera eſt in his, quæ ſi nul, non tantùm tempore,
verumetiam natura oriuntur. Cæterum licet proprium ſit ſimul tem-
pore, eſt tamen naturæ ordine ſua Specie poſterius.]

Opponens.

Obiectio. ¶ *Iohãnes Canonicus lib. i. phyſi. quæſt. i. propoſitio. ij.* ¶ Quicquid alicui inhæret nullam extraneam naturam in ſe haben-
ti, hoc eſt, quod non habet aliquid re vera à ſe, vel à ſua natura diuer-
ſum, non poteſt re vel eſſentia ab ipſo ſeparari. Sed vt homo per ſe
conſideratur, nullam extraneam naturam habens, ei proprium inhæ-
rere poteſt. Quod ſane ita probatur. Deus poteſt efficere hominem
aptum ad ridendum, cùm nullam in ſe extraneam & peregrinam eſſẽ-
tiam habere intelligitur, alioqui Deus non eſſet omnipotens: quare
proprium à ſuo Subiecto, re non diſtinguitur.]

Reſpondens.

Solutio. Hæc argumentatio ita mirum in modum Iohanni Canonico pla-
cet, & in ea ita valdè triumphat, vt ſe vnquam neminem vidiſſe dicat,
qui eam prorſus labefactare potuiſſet. Verùm vir bonus ita impru-
dens eò quo minimè vult, reuoluitur, vt quantitates, qualitates, cæ-
teraq; accidentia, etiam re & natura cum Subſtantia conuenire neceſ-
ſariò

23229

sariò admittat, si modò sui ipsius sententiæ stare velit. Nam cùm mente & cogitatione mea fingo substantiam, nullum Accidens, nullam extraneam naturam in se habentem, quæro à Canonico, an Deus possit, cùm ita considero Substantiam omni Accidente carentem, eam etiam eo respectu qualitatibus imbuere, longam, latam, & crassam efficere? Respondebit, posse: alioquin concludam Deum nõ esse rerum omnium præpotentem. Hoc si obtinuero, stabit illud quidem, Substantiam accidentibus spoliatam, eisdem cumulari, & cum nulla qualitate adornetur, qualitatem infixam habere (& vt rem in pauca conferã) qualitatem, nec aliud quoduis Accidens à substantia discrepare. Hinc igitur est in promptu videre, quàm fallax & captiosa sit Canonici ratio, sacra profanis miscendo. Non enim conuenit, cum de rebus Dialecticorum terminis conclusis disputamus, diuinam potentiam in controuersiam vocare.

AN VLTIMA PROPRII VIS ET significatio, legitimè à Porphyrio statuatur.

CAPVT XIX. QVAESTIO XIIII.

Opponens.

SI ♀ Proprium esset attributum, vi sua haberet naturas singulares de quibus diceretur, sed res singulas non habet, nisi ratione suæ Speciei, nam ridendi propensio de Platone & Socrate, qui sunt hominis Indiuidua, dicitur, atque eadem de cæteris Proprijs est habenda ratio; Proprium igitur non est vniuersale. Obiectio. ♀ *Aquinatis commentator.*

Respondens.

Non est inconueniens, eadem Indiuidua sub varijs attributis diuersa ratione contineri: Indiuidua sub Specie sunt subiecta, ex ea parte, quatenus in suis naturis & essentijs expenduntur: sub Proprio autem comprehenduntur, quoties huiusmodi Accidentia, quæ naturas eas quadam necessitate comitantur, habere mente & animo circumspiciuntur.] ♀ Hanc verò dissimilitudinem habent Generis, Differentiæ, & proprij Indiuidua, quòd Genus & Differentia in Indiuiduis per se & propria vi dicantur: Proprium suis, ratione rerum singularum, quę sub Specie continentur, ascribatur. Harum igitur rerum, vt meliùs cerni & accipi possint, exempla supponamus. Singulare animal non est animal, neq; hoc rationis particeps est ratione præditum, propter aliquem singularem hominem. Cæterum hoc ridens, est ridendi facultate imbutum, quia hic homo eam habet potentiam. Genus enim & Differentia sunt Speciei principia, Species proprij. Solutio. ♀ *Colonienses dub. x. proprij Paulus Venet.*

Opponentis replicatio.

Replicatio.

♀ Diuersorum Generum, quorum vnum ab altero non continetur, diuersæ sunt Species & differentiæ,] ergò diuersorum vniuersalium, ♀ *Aristot. in catego. regul. 4 Albertus.*

quorũ vnũ ſub altero non collocatur, diuerſa debent eſſe Indiuidua.

Reſpondentis dilutio.

Dilutio.

Ratio eſt vitioſè concluſa: quandoquidem ſunt multa Vniuerſalia, quæ ad ſe inuicem referuntur: vt Genus ad Speciem, & Species ad Genus, & ad vtrumque Differentia.] ¶ Concedimus præterea, Propria habere res ſingulas, æquè ac Genus, Species & Differentia habẽt inferiora. Singulare animal eſt animalis Indiuiduum, & hoc rationis particeps, eſt natura ſingularis Differentiæ humanæ: item hic homo, eſt hominis Indiuidum, atq; hæc vis ridendi, eſt Indiuiduum vniuerſalis facultatis. Hæ tamen naturæ ſingulares re non diſtant, quia vnũ idemq; numero Indiuiduum, eſt ſingulare animal, ſingulari ratione præditum, hac ridendi potentia imbutum, & hic homo. In hoc verò differunt, quòd alia eſt ratio, qua quiſpiam eſt animal, qua homo eſt, qua intellectus & riſus conſors. Satis igitur euidenter apparet, Proprium per ſe res ſingulas ſub ſuo ambitu comprehenſas habere. Nam vt Plato per ſe homo eſt, ita eum qui ridet, ridendi poteſtate per ſe, vi ſua, imbutum eſſe, inter omnes conſtat.]

¶ *Paul. Ven.*

Opponens.

Obiectio.

¥ Omnis notio vniuerſa eſt communis, Proprium non eſt commune, id enim quod proprium eſt, communi prorſus aduerſatur, proinde proprium non eſt Vniuerſale.]

¥ *Petri Hiſp. commentator.*

Reſpondens.

Solutio.

§ Proprium illud, quod eſt Vniuerſale, communi non opponitur, ſed illud potiùs proprium, quod ad vnum ſpectat, in quod illud ius habet, id Proprium dicitur, vt ciuitas propria domini: vel illud quod priuatum eſt, id Proprium nominatur, & ijs modis & ſignificationibus communi aduerſatur.] Quamobrem ‡ communi eſt contrarium illud, quod vni Indiuiduo eſt proprium & peculiare.

§ *Daniel Bar.*

‡ *Petri Hiſp. commentator.*

Opponens.

Obiectio.

Calidiſſimum cum igne reciprocatur, non eſt autem ignis Propriũ, idcirco poſtrema Proprij ſignificatio in plura quã Propriũ transfertur.

Reſpondens.

Solutio.

¶ Ignis eſt elementum calidum & ſiccum, calor & ſiccitas Accidentia planè ſunt: ſed quandam circumſcribunt ignis differentiam, quam nondum mentis humanæ attigit imbecillitas, quæ nuſquam euidentiùs, quàm in Differentijs appoſitè concipiendis & nominandis ſe prodit.] Quare ¥ calidiſſimum non eſt igni Proprium, ſed Accidens, quod ab eo ſeparari nequit, quandoquidem non Formam, ſed ignis Materiam conſequatur.] Quod etiam Ariſtoteles docet, cùm illud Proprium labefactandum eſſe ſcribat, quod ex præſtantia & excellentia, id eſt, ſupremo vel ſuperlatiuo gradu exponitur. § Ii enim, qui hoc pacto Proprium ſtatuunt, faciunt, vt in quo oratio (hoc eſt Proprium) in eo non etiam nomen, (id eſt, Subiectum) verè dicatur. [Sublata enim re, (id eſt

¶ *Hunæus & Perionius li. i. Dialectices.*

¥ *Antonius Andreas. Petr. de Bruxellis, his aduerſantur. Fauẽtinus & Petri Hiſpani commentator.*

§ *Ariſt. li. 4. topic cap. & loco vltimo.*

23229

(id eſt, Subiecto) tamen ſtabit oratio, quippe cùm alicui earũ rerũ quæ ſunt, conueniant maximè: vt ſi quis ignis Propriũ dicat eſſe hoc totũ, corpus leuiſſimum, igne ſublato, erit corpus aliquod leuiſſimum, (videlicet aër.) Non eſt igitur ignis Proprium, hoc totum, corpus leuiſſimum.] Cùm verò dictum ſit, calidiſſimum cum igne retrò commeare, non abnuerim id quidem, ſi modò ſummus ille gradus intelligeretur. Nam ϒ non eſt concedendum, caloris naturam cũ igne conuerti,] quandoquidem illius eſſentia alijs rebus applicetur. Vt igitur ſolum ignem calidiſſimum admittam, non tamen tantummodò ignem eſſe calidum dabo. Quapropter, vt orationem paucis perſtringam, cùm caloris natura, quæ in alias res ab igne differentes cadit, non autem gradus ille ſummus ſit notio vniuerſalis: ϛcumq; nullo pacto contingat, idem vnius ſubſtantiæ Proprium eſſe, Accidens verò ſi cum altero conferatur,] licet ab ea ſentẽtia Colonienſes paulo quodam interuallo deflectant, calidiſſimum ignis Proprium, non eſt omnino ponendum.

ℙ Niphus lib. 5. top. cap. & loco vltimo.

ϒ Clitoueus.

ϛ Antonius Andreas. Colonienſes dub. 11. propri.

Opponens.

Eſt aliquod Proprium, quod non reciprocatur, cuiuſmodi eſt par & impar, comparatione numeri. Omnis enim numerus non eſt par, neq; vnuſquiſque numerus impar dici poteſt, ergò quarta Proprij poteſtas & ſententia non eſt recta. Quòd ſi hæreas, & in contentionem venire poſſe dicas, an par & impar, ſint numeri proprietates? Illud à Glareano accipere potes, apud quem ſcriptum eſt, par & impar numero tanquam Propria accidere.

Obiectio.

Glareanus in explic. præfat. Cæſar. tractatu vij.

Reſpondens.

Ideò Proprium dicitur omni competere, quia Speciei principia neceſſariò ſequitur. ‡ Quotieſcunque igitur ponitur Proprium, cui aliquid aduerſatur, vt Par, cui opponitur Impar, neceſſariò Subiecto nõ conuenit, eſt enim numerus cui par, numerus cui impar non tribuitur. Interim tamen non eſt quòd negem, omnem numerum neceſſariò eſſe parem vel imparem.] Vel dicas (quod nobis magis probatur) nihil abſurdi euenire, ſi modò par & impar reciprocari admittamus. Nam cùm ea ſit noſtri ingenij tarditas, & tanta verborum penuria & paucitas, vt neque veras vniuſcuiuſque rei naturas excogitare, neque excogitatis nomina imponere valeamus, in tantas anguſtias adducimur, vt circuitu quodam verborum, in Generibus ac Differentijs explicandis, vti cogamur. Hinc eſt, quod corpus animatum, quantitatem deiunctam & coniunctam, Generum loca occupare efficiamus. Quod etiam in numeris perſpici poteſt. Non enim aut binarius, aut ternarius, ſed numerus par & impar ſub numero proximè continetur, ita vt numerus par, vice Generis nobis incogniti ponatur, numerus impar, alterius item obſcuri Generis rationem habeat. Quare par & impar, earum Formarum interiectarum, quæ à noſtra abhorrent cognitione, ſunt Propria, cum quibus, tanquam cum ſuis intermedijs Formis reciprocantur.

Solutio.

‡ Paul. Ven. lib. 1. de demõſtra. in explicati. cap. vlt.

Opponens.

Obiectio ¶ *Arist. li. ij. de demonstra. cap. iiij.*

¶ Omnis definitio est rei, quæ definitur propria, & in quæstione, quà quæritur quid sit res, dicitur:] vnumquodque igitur Proprium fortu itò non conuenit Speciei.

Respondens.

Solutio. ϒ *Paul Vene. li. ij. de demõ. in explicatione capitis. iiij.*

ϒ Proprium, quod reciprocatur, tribus modis dicitur: aut illud declarat, quod est tota & integra Speciei substantia, qua significatione definitio est Proprium: aut quod naturæ Speciei pars est, eaq; ratione Proprij appellatio ad Differentiam deducitur: aut denique quod quantum numero est Vniuersale.] Aristoteles eô loci prima Proprij significatione est vsus.

Opponens.

Obiectio. ϛ *Arist. lib. ϛ topic. cap. iij. loco xxij.*

Ridendi vis, est hominis Proprium, ei verò non tantùm tribuitur, nam candori, qui inhæret homnini, accidit. ϛ Quod enim alicui conuenit, cui quid accidit, etiam Accidenti conueniet, si cum eo sumatur cui conuenit: vt quod est in homine, etiam in albo homine, si modo sit albus, reperietur.

Respondens.

Solutio. *Sophistæ.*

Aristoteles hunc locum, tanquam verum noluit esse sequendum, quia fallax erat, & Sophistis peculiaris, quos ipse Aristoteles postea reprehendit, scribens aliam esse rationem hominis, aliam candoris.

Opponens.

Obiectio.

Aptum ad risum, vnicuique soli & semper homini conuenit, non est autem Proprium, ergò res definita arctioribus terminis continetur, quàm definitio. Quòd verò ridendi vis non sit Proprium, hunc in modum demonstro. Fletus particeps, est hominis proprium, ergô risus ‡ *Arist. lib. ϛ. top. cap. iiij. loco xxxvj.* compos, nõ est. Rectè concludo, quia ‡ si id quod ait, alterius est Proprium, non erit eius proprium id quod negat: & si id quod negat eius Proprium sit, id quod ait, non est illius futurum Proprium. Vt si animalis Proprium est, id quod animatum est, non erit animalis Propriũ id quod non est animatum.] Ita, si flendi facultas sit hominis Propriũ, id quod non est flendi vis, minimè erit illius Proprium. Quare cũ risus capax nõ sit flendi facultas, Proprium hominis esse nullo modo potest.

Respondens.

Solutio. ¶ *Niphus li. ϛ top. lo. xxxvj.*

¶ Vult Aristoteles, nullam negationem contradicentem seu contradictoriam esse Propriũ, si modò illius cõtradicentis affirmatio propriũ esse ponatur.] Vt si fletus capax, Proprium sit hominis, illius negatio contradicens, hoc est, non risus capax, homini non erit Propriũ. Quãuis autem aptum ad risum sit non fletus capax, non tamen est illius cõtradicens negatio, cũ flẽdi facultati eo modo nõ aduersetur. Quapropter locus in Proprijs cõtradicentibus valet, quãdoquidem fieri nõ potest, vtramque partem contradicentium de eodem simul enunciari.

Oppo-

23229

Opponentis replicatio.

Replicatio. ♀ *Arist. li. 5 top. cap. iiij.*

♀ Eiusdem multa Propria esse non possunt.] Ergo adhuc est in aperto, aptum ad risum non esse hominis Proprium, si modò fletui eam vim tribuamus.

Respondentis dilutio.

Dilutio. ♈ *Niphus li. 5 top. loco. xliij.* ♐ *Paul. Ven.*

Respondet Niphus: ♈ Plura æquè primo non esse Propria: possunt enim eiusdem subiecti plura esse Propria & Definitiones, sed nõ æquè primo.] Eandem habet Paulus Venetus sententiam: ♐ Principia eodem modo naturales proprietates non efficere: sed postquam vna oritur, aliam ex principijs nasci, atque idcirco omnes proprias passiones à Specie non simul originem trahere: sed constituta prima, secundam oriri: secunda verò nata, ingenerari tertiam.] Sed quis est, qui vel mediocrem in Dialectica curam posuerit, qui has interpretationes probandas esse arbitretur? Quis, quæso, in eum errorem raperetur, vt sibi persuaderet, ridendi vim non æquè ac flendi facultatem homini insitam esse, eiq; propriam? Illud autem minùs considerate in Pauli Veneti oratione positum erat: Omnia Speciei propria non simul generari. Cùm enim nullum Proprium sit prius, aut suo subiecto posterius, sed simul cum eo cohæret: & cùm vnumquodq; Proprium suum subiectum necessariò consequatur, necessum sanè erit, omnes illas naturales propensiones simul ex subiecto manare, illiq; insitas & infixas esse. Quocirca talis ordo in Proprijs constituendis non debet à Paulo Veneto assignari, quandoquidem omnia Propria suis conuenire subiectis meminerit Porphyrius. Alio modo Aristotelis sententiæ occurrunt Louanienses: ‡ antiquam Boëtij translationem, contrariam habere interpretationem: ibi enim non dicitur, eiusdem non esse plura Propria, sed idem non esse Proprium multarum Specierum.] Hanc explanationem libenter acciperem, nisi Aristotelis ordinem confundere videretur. Distribuit enim (vt ipsi Louanienses referunt) Aristoteles hunc locum in duas partes. In prima docet, vnum Proprium duo subiecta respicere: in altera, duo Propria ad vnum subiectum comparari. Quare si primæ parti hanc sententiam inseruisset Aristoteles, illa Boëtij interpretatio esset iure optimo recipienda. Cùm verò in secunda parte illam clausulam posuerit, in qua duo Propria ad idem subiectum referuntur: si contorta & aduersa ratione Aristotelis verba explanaremus, nihil efficeremus, quâm ordinem ab ipso Aristotele bene conseruatum, ineptis interpretationibus perturbare. Quamobrem si Aristotelis sensum inquiramus, necesse est secundã *loci* partem acriore mentis intẽtione perpendere, in qua de duobus Proprijs idem subiectũ æquè respicientibus, sermonẽ habet: in qua quidem parte secũ pugnare videtur Philosophus. Primò enim rem ita aggreditur: ♀ Si eodẽ modo prudentia affecta est ad honestum & turpe, quòd vtriusq; eorum est scientia: prudentiæ autẽ Proprium nõ est, scientiam esse honesti, profectò non erit Proprium prudentiæ, rei turpis esse scientiam. Et si prudentiæ Proprium est, honesti scientiam esse, eius certè rei turpis scientiam esse non erit Propriũ, quandoquidẽ eiusdẽ multa esse Propria nõ possunt.]

Porphyrius.

‡ *Louanienses lib. 5. topicor. Boetius.*

♀ *Arist. li. 5. topi cap. iiij.*

Hortarer hîc Lectorem, vt in his Aristotelis verbis omnem suam cogitationem paulisper ponat, quò facilius teneat & perspiciat, quo pacto hæc quæ scribit, inter se aduersentur. Si (inquit) eodem modo, hoc est, æquè primo, scientiam esse rei honestæ, & scientiam esse rei turpis, prudentiam respiciat: atque si esse scientiam rei honestæ, non sit prudentiæ Proprium, prudentiæ Proprium non erit scientiam esse rei turpis. Posteà tamen vult Aristoteles, scientiam rei turpis nõ esse Proprium prudentiæ, si scientia honesti Proprium prudentiæ statuatur. Quod qua ratione, magnam tibi forsan mouebit admirationem, cùm ipse Aristoteles, scientiam honesti, & turpis scientiam, æquè prudentiam respicere, anteà in sua disputatione poneret. Dubitationẽ diluit, idq; acutè satis, (vt mihi videtur) Niphus: [q] non absonum & absurdum, vnum esse Proprium, & alterum non esse, quando non re ipsa, sed apparente quadam ratione, ad idem subiectum æquè referuntur.] Quod non potuisset euenire, si modò reuera æquè vnum subiectum respicerent. His quidem studiosè & exquisitè animo agitatis, diligenter in Aristotelis exempla incumbamus: Prudentiam videlicet esse Speciem, ad quã duo Propria comparantur: quorum alterum est, esse scientiam rei honestæ, alterum, scientiam esse rei turpis. Volumus vtraque hæc Propria æquè quoad Speciem & apparentiam, in prudentiam cadere: ita tamen, vt scientiam esse rei honestæ non tantùm apparenter, sed etiam re ipsa prudentiæ sit Proprium: scientiam verò rei turpis, esse prudentiæ tantùm apparenter, & veluti fucata quadam Specie conuenire. Quibus diligenter perspectis, verba Aristotelis hunc in modum interpretari licebit: [r] Si eodem modo (id est, si secundum apparentiam) æquè prudentia affecta est ad honestum & turpe, quòd vtriusq; eorum (id est, honesti & turpis) est scientia: Prudentiæ autem Proprium nõ est, scientiam esse honesti, (quod est prudentiæ Proprium apparenter ac re ipsa) profectò non erit Proprium prudentiæ, rei turpis esse scientiam, cùm non reuera, sed apparenter tantùm prudentiæ competat. Et si prudentiæ Proprium est, honesti scientiam esse, eius certè (hoc est, prudentiæ) rei turpis scientiam esse, non erit Proprium, (adiungit rationem:) quandoquidem eiusdem multa esse Propria non possunt.] Ac si diceret, quandoquidem cùm duo Propria, quorum alterũ re vera & apparenter, alterum verò apparenter tantùm conuenit, nõ possunt esse eiusdem subiecti vera Propria: quoniam alterũ ex his non reuera, sed Specie quadam fucata in subiectum cadit. Ex his igitur facilè cerni potest, Aristotelem minimè voluisse, idem subiectũ plura non potuisse habere Propria vera & legitima: sed fucata nõ esse genuina, neq; ficta pro germanis Proprijs esse accipienda. Sunt etiam qui dicunt, Aristotelem per Propria veras & perfectas Definitiones significasse: quia vnius rei vna est tantùm completa Definitio. Quòd si solutionem anteà adhibitam parum habere acuminis opinatus fueris, hanc, si placet, amplecti poteris. Nos autem superiorem magis Aristotelis mentem attingere iudicamus, licet interim non inficias eamus, Aristotelem libro quinto Topicorum, interdum locos Definitioni inseruientes adducere. De qua quidem re paulò pòst dicemus.

[q] *Niphus li. 5 topi. loc. xliij.*

[r] *Arist. li. 5. top. cap. iiij. e*

Oppo

23229

Opponens.

Proprium eſt ex natura rei, quare Speciei non accidit. Antecedens probo: Quicquid in definitione ponitur, eſt ex rei ſubſtantia: ſed Proprium in definitione locum habet, ergo ad rei naturam pertinet. Secundam confirmo enuntiationem: Elemẽta definitionis in definitione locum habent, at Proprium eſt definitionis elementum. † Deinceps, ea quæ ad Genus & Proprium pertinent, videamus: in his autem elementa definiendi tradentur.] Obiectio. † *Ariſt. li. iiij top. cap. i.*

Reſpondens.

† Idcirco in Generis & Proprij locis definiendi elementa tractantur, quia vt Genus, ſic & Definitio deſtruitur, ſi non in rei natura dicatur. Quemadmodum etiam illud Proprium eſt interimendum, quod non reciprocatur: ſic illa Definitio erit refellenda, quæ non conuerſim dicitur.] Quare ipſum Proprium non eſt definiendi elementum, ſed in quibuſdam Proprij locis Definitionis elementa traduntur. Solutio. † *Niphus lib. iiij. topicor. in principio.*

Opponens.

Aſinus eſt Proprium comparatione hominis, non autem viciſsim cum homine dicitur: Definitio igitur anguſtioribus terminis clauditur quàm res definita. Primam enuntiationem ita confirmo: ‡ Omnis propoſitio, omnisq; quæſtio, aut Genus declarat, aut Proprium, aut Accidens.] Hæc verò propoſitio, homo eſt aſinus, neque Genus, neq; Accidens declarat, proinde Proprium demonſtrat. Obiectio. ‡ *Ariſt. li. ij topi. cap. iij.*

Reſpondens.

Ad hanc difficultatem videtur duplex poſſe dari reſpõſio. Prior eſt, ſed minùs veriſimilis, quòd tantùm loquatur de propoſitionibus atq; quæſtionibus veris & affirmatiuis. Altera verò eſt, quòd omnis propoſitio, & omnis quæſtio, ſiue vera ſit, ſiue falſa, aliquid horum indicet: non quaſi eius prædicatum ſemper ſit Proprium, Genus, aut Accidens ſubiecti: ſed quia omnis propoſitio & problema quæſtionẽ habet, qua quæritur, vtrum prædicatum ſubiecto conueniat, aut nõ conueniat. Et quia prædicatum nõ poteſt ſubiecto competere, niſi aliquo horum trium modorum, videlicet tanquam Proprium, Genus, aut Accidens: hinc fit, vt in omni propoſitione, aut problemate affirmatiuo, virtute quæratur, vtrum prædicatum ſit Proprium, Genus, aut Accidens ſubiecti: in negatiuis verò, vtrum prædicatum neque Proprium neque Accidens ſit ſubiecti. Vel aliter: Omnis propoſitio, & omne problema, eſt enuntiatio ſimplex, ſignificans prædicatum ineſſe, aut non ineſſe ſubiecto: ſed quicquid ineſſe ſignificatur, hoc indicatur ineſſe, aut vt Proprium, aut vt Genus, aut vt Accidens. Quod verò ſignificatur non ineſſe, hoc indicatur neque Proprium eſſe, neque Genus, neque Accidens. Ergo omnis propoſitio, omneq; problema, ſaltem virtute, indicat ſuum prædicatum eſſe, aut non eſſe, Proprium, Genus, aut Accidens ſui ſubiecti, ſiue ipſum re vera tale ſit, ſiue non. At de Proprio in præſentia ſatis eſt diſputatum. Quòd ſi locupleSolutio.

tiorem argumentorum ſupellectilem exquiras, eam partim ex ijs quæ ſuperiùs à nobis tractabantur, partim ex vocum communitatibus & differentijs accipere Lectorem oportebit.

DE ACCIDENTE.

CAPVT XX.

ACcidens verò eſt, quod adeſt & abeſt, ſine eius rei, in qua ſitum eſt, interitu.

Auicenna. Auicenna nonnihil de Porphyrij auctoritate detrahere, eumq; in negligentiæ vituperationem vocare conatur, quòd tam oſcitanter Accidentis tractationi indormire videtur, vt non ambiguas & ancipites Accidentis ſignificationes, quemadmodum in cæteris attributis fecit, explanaret. Sed non tam inconſideratè illud Porphyrio criminis loco obijceret Auicenna, ſi modò rationes illas pauliſper ſecum expenderet, quibus adductus Accidentis ſignificationes in præteritis reliquerit. Nam cùm in communitatibus & differentijs quinque vocum, Accidens à Proprio abundè ſatis & copioſè ſeiunxerit, nõ neceſſe habuit, alias adducere ſignificationes, quibus ab Accidente ſecerneret Proprium: partim ¶ quòd eſſent ſatis perſpicuè & euidentes:] partim quòd in primo ſuæ Inſtitutionis ingreſſu, promiſſum faceret, ſe, vt Inſtitutionis ratio poſtularet, hoc eſt, breuiter & ſummatim, Attributorum naturas tractaturum. Nos tamen, ne fortè Momus quiſpiam illud ipſum nobis vitio verteret, aliquas Accidentis ſignificationes in medium afferemus. Vocabulum [Accidens] poteſt vel in ſermone vulgi vel Philoſophorum verſari. Vulgus, Accidens in ſua ponit oratione, quando aliquid fortuitò accidere videtur. ¥ Vt ſi homo cùm agrum fodit, fortè fortuna theſaurum inueniat.] Similiter etiam ¶ Accidentis ſignificatione vulgò vtimur, cùm caſu aliquo in debitorẽ nos incidiſſe dicimus.] Atq; ‡ huiuſmodi Accidens ab Ariſtotele Fortuna, ſeu Caſus appellatur.] Si verò conſideretur, vt de eo Philoſophi loquuntur, quadripartitas habet ſignificandi poteſtates. ¶ Primùm enim accipitur à Philoſophis nonnunquã pro eo quod non eſt ex eſſentia & natura alicuius rei: & ita albo accidit homo, & rationis conſors: & ſummatim, omni ſuperiori ſuum inferius accidere dicitur.] Ita Ariſtoteles hominem domino Accidens aſcititium & aduentitium eſſe dixit. Secundo autem loco, ¥ Accidens illud declarat, quòd opera & induſtria intellectus efficitur: & hoc modo omnia vniuerſalia poſſunt Accidentia nuncupari.] ¶ Illud item quod non eſt ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ inhæret: & ſic accipitur in peruagata illa diuiſione: Quicquid eſt, vel eſt Subſtantia, vel Accidens. Ita aptum ad riſum, & vnũquodq; Proprium, Accidens eſt: item cæcitas, candor, & hic candor. Atque ſic poſtremæ nouem Categoriæ Accidentis nomine deſignantur.] Quarto & poſtremo modo ‡ accipitur pro forma accidentaria cõmuni, quæ

¶ *Petri Hiſp. commentator.*

¶ *Iauellus.*
¶ *Petri Hiſp. commentator.*
‡ *Iauellus.*
Ariſt. lib. ij. phyſic. cap. iiij.
¥. vi.
¶ *Louanienſes Petri Hiſpani commentat.*
Iauellus.
Dorbellus.
Ariſt. in categorijs cap. de relat.
¥ *Antonius Andreas.*
¶ *Raianus.*
Louanienſes.
Iauellus.
‡ *Louanienſ.*

non

23229

non ex naturalibus Speciei, ſed ex proprijs Indiuiduorum principijs proficiſcitur: quæ aliquando commutari poſſunt, interdum ob certam cauſam commutari nequeunt, ſubiecto ſeu Indiuiduo permanente: vt candor hominis, frigus aquæ: deq; his intelligenda ſunt, quæ hîc à Porphyrio de Accidente traduntur.] Primùm igitur quid ſit Accidens oſtendit, ad cuius definitionem, quã Melanchthon puerilem appellat, tot interpretationes allatas eſſe cenſet Raianus, quot hominum opiniones & ſententiæ eſſe videntur. Quod cùm ita ſit, Lectoris vtilitati non parum ſeruire putabimus, ſi, quemadmodum tenebricoſa hæc definitio requirit, vnumquodque vocabulum in ea repoſitum explanauerimus. Primùm itaque ? eſt aduertendum, (vt de ipſa re definita, hoc eſt, de Accidente pauca diſſeramus) Accidens duplicem poſſe habere ſignificationem. Priore modo, vt indicet, ſeu præcipuè ſignificet quandam inhærendi rationem, qua forma ipſa ſuo ſubiecto dicitur inhærere, ſeu ineſſe. Hic reſpectus rebus eſt aſsignandus, & idcirco nõ ad Dialecticum, ſed ad primum Philoſophum pertinet. Secundò, vt ſignificet affectionẽ quandam rationis, quæ videlicet intellectus operationem conſequi habet. Vt enim cætera vniuerſalia non niſi operatione intellectus, vniuerſalis rationẽ accipiunt, ita & ipſum Accidens (modò vniuerſalis vera ſit Species) accipere debet: & ſecundum hanc ſignificationem à Porphyrio Definitum eſt Accidens. Pari ratione verba illa [adeſt & abeſt] dupliciter exponi poſſunt: vno modo, vt per adeſſe & abeſſe intelligamus inhærere & poſſe non inhærere: priore quidem verbo (nempè adeſſe) actum dicente, poſteriore (hoc eſt abeſſe) potentiam. Cuius ratio eſt, quia probabiliùs putamus, candorem reſpectu hominis non eſſe Accidens, ſi nullus omnino ſit homo candidus, eò quòd tum candidum de homine dici non ſit aptum. Atque hac ſignificatione non conſiderantur [adeſſe & abeſſe] hoc in loco, vt meminit Caietanus: partim quòd artis vocabulum per Accidens, quod res eſt, non debeat definiri: partim quòd multa ſint ratione tantùm in rerum natura cohærentia, quæ Accidentia ſunt, quibus tamẽ inhærere minimè competit. Atque hoc ipſum ex naturis vniuerſis perſpici licet. Quamuis enim Accidentia ſingularia non operatione intellectus, ſed re vera in rerum natura permanentia, ſubiectis re ipſa inhæreant, tamẽ horum Indiuiduorum communia Accidentia, ſi vel re vel ratione Accidentium appellationem habeãt, re ipſa ſubiectis non inſunt, ſed tantùm ratione per intellectum illis conuenientem: quemadmodum ipſa (vt eo vtamur verbo) vniuerſalitas intellectus ſequitur operationem. Nihil enim re ipſa in naturis vniuerſis agnoſcimus, quod nõ competit Indiuiduis. Quare vniuerſalia ratione tantùm propriè inhærere dicuntur. Interim tamen non negauerimus, etiam naturis vniuerſis, rerũ ſingularũ interuentu, vt re ſubſtantijs inhęreant, cõuenire. Altero modo, per [adeſſe & abeſſe] idem intelligitur, quod aptũ affirmari & negari. Eſt enim candor aptus affirmari de ſubiecto cui ineſt, & ab eodem permanente negari, idq; quatenus nomine cõcreto, videlicet candidum ſignificatur.] Atq; ϒ hac ſignificatione vſus eſt auctor in definitione Accidentis, adeò vt [adeſſe] deſignet cõpoſitionem, quæ fit affirmando, & [abeſſe] diuiſionẽ, quæ fit negando. Cùm ergo dicitur: [Accidens eſt,

Melanchthon

Raianus.

? *Louanienſes*

Caietanus.

Actus inhærẽdi rebus ſingulis potentia vniuerſis cõpetit, vt aſſerunt Colonienſes.

ϒ *Petrus de Bruxellis.*

eſt,quod adeſt & abeſt,] intelligitur, Accidens illud eſſe, quod de re affirmatur, & de eadem negatur. Verbum etiam [&] vim habet copulandi, non quòd vnum idemq; Accidens ſimul,ſed quòd temporis interuallo adſit,& abſit:] quod non ſine cauſa contingit. Nam ‡ cùm Accidens ex rerum ſingularum principijs profluat,quę propter materiæ viciſsitudinem,varia & commutabilia habentur,quæ nõ permittit formam aliquam ita ſubiecto conglutinari,vt forma illa copulata vllo modo copulari nequeat, idcirco iure optimo, Accidens & adeſſe, & à ſuo ſubiecto abeſſe dicitur.] Et quemadmodum duas attribuimus ſignificationes vocabulis [adeſſe vel abeſſe,] ſic & huic, [abſque ſubiecti interitu:] vel ¶ vt declaret, id quod re vera interit, quo modo à Porphyrio non conſideratur: vel vt id demonſtret,quod mente & intellectu in nihilum interit: quæ ſignificatio hìc eſt accipienda.] ¥ Cæterùm,licet ſubiecti natura & definitio ſalua ſit, interim vt Accidens vel adſit, vel auferatur, quia eſt poſterius ſubiecto, nec ſubiecti naturam neceſſariò ſequitur, ipſum tamen Accidens cùm abſit à ſubiecto, interire & cadere, nemo (quod quidem arbitror) negabit. Quod clariùs perſpicietur, ſi tenuerimus, Accidens tribus modis poſſe interire. Vno modo, ratione contrarij,quod ſubiecto interdum aduenire ſolet: contraria enim ab eodem ſe mutuò expellunt. Secundo, per interitũ cauſæ, cuius gratia ſubiecto ineſt: vt rubor qui per verecundiam, non qui naturali quadã inſtillatione ſubiecto ingeneratur. Poſtremo, cùm corrumpitur ſubiectum,nam Accidens nullam habet eſſentiam,niſi in ſubſtantia reponatur. Verùm cùm dicimus, Accidentia interire, non tam ſcrupuloſè interitum accipi volumus, vt tantùm circa ſubſtantiam verſetur,ſed vt illud notet, nõ quòd omnino,quemadmodum ſubſtantia,ſed quadam ex parte,vel minus propriè interire dicitur, quo modo Accidentia corrumpuntur. Neque reprehenſionis aliquid, aut admirationis haberi debet, æquè ortum ac interitum in Accidentis definitione non eſſe poſitum, hoc eſt, vt Accidens ſit, quod adeſſe præter ſubiecti ortum,& abeſſe abſque eiuſdem interitu poſsit: quia illa particula neceſſariò eſt intelligenda. Nam cùm interitus neceſſariò ſit prior ortu,rectè cohæret,Accidentis præſentia ſubiectum non oriri, ſi modò illius abſentia non intereat.] Sed vt ab ortu & interitu ad Accidentis ſubiectum noſtra deflectat oratio,annotandum videtur: ⁋ Subiecti nomen in varias ſignificationes ductum eſſe. Dicimus enim ſubiectum, vnde origo eſt nomini, id quod iactum eſt ſub aliud. Vnde inquit Poëta:

Pedibusq; rotarum ſubiiciunt lapſus.

Item per translationem:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Iam in pronunciatis Subiectum eſt,de quo aliquid dicitur: vt cùm dicimus, homo eſt animal, homo eſt Subiectum. Sic etiam Subiectum, in quo eſt aliquid: vt prudentiæ ſubiectum hominem dicimus,& ſubiectum formæ materiam. Dicimus etiã id circa quod tractatus actioq; rei cuiuſpiam verſatur: ſic ſubiectum viſus,colorem dicimus: ſubiecta artium,ea quæ præcipuè ſibi conſideranda ſumpſerunt. Dicitur & aliter, octo enim ſignificationes fecêre:] quæ his quæ ſubſequuntur verſibus comprehendêre:

‡ *Obiectum, famulus, poſitum ſub, cui quid inhæret,*

Quod

‡ *Colonienſes*

¶ *Petrus de Bruxellis.*

¥ *Colonienſes.*

3°

§ *Rodo. Ag. li.i.de inuẽti. cap.xiij.*

Vergil lib.j. Aeneidos.

Verg. li.vi. Aeneidos.

‡ *Petri Hiſp. commenta in proœmio logi. quæſti.xv.*

23229

Quod prius est copula, proprij logicaliter infra,
Quo simul ars hæret, sunt bis subiecta quaterna.]

ϙ Neque nobis in præsentia sit Subiectum, quod cõmuni nomine Subiectum quo, appellatur, hoc est, cuius interuentu Accidens substantiæ inhæret, quale Subiectum est superficies.] ϒ Neque quod in pura manet potẽtia, cuiusmodi est materia prima.] Sed ad verum & proprium Accidentis subiectum, quinque conditiones requiruntur. Primùm vt sit, Subiectum quod, seu postremum Accidentis receptaculum, & sic excluditur superficies, & tum vnum Accidens est alterius Subiectum. ϛ In quo nihil est incommodi: nam magnitudo est candoris Subiectũ, non quòd substantia sit, cui insit candor: sed quòd sine magnitudine nequeat candor substantiæ candidæ inhærere: & hoc ab aliquibus dicitur Subiectum quo.] ‡ Sola verò substantia est inhærendi subiectum, licet vnum Accidẽs alterius sit Subiectum, dispositione seu affectione quadam.] Deinde, ϙ vt sit actu: hinc dicimus materiam non esse Subiectum formæ naturalis, cùm per se potentia tantùm, at verò ratione formę, actu in rerum sit natura.] Tum verò vt subiectum sit re & essentia ab Accidente separatũ: ideo animal vel corpus non potest esse subiectum hominis, neque homo Accidẽs respectu animalis, nec aliquod inferius comparatione superioris. Si enim homo animali adesse, & ab eo abesse potuisset, non autem potest, quia adesse & abesse significant verè & directè de aliquo enunciari, tamen in Accidentis definitione nõ cõtineretur: quia non potuisset adesse & abesse à subiecto, qu ãdoquidem animal non potest esse subiectum hominis, quoniam non re, sed ratione tantùm ab homine separatur. Adhuc etiam, vt nõ sit ex natura Accidentis. Postremò, vt subiectum possit in se habere Accidens actu, & ideo etiam animal non erit subiectum hominis, quia actu hominis naturam in se inclusam habere nequit. Est igitur Subiectum, substãtia completa, quæ cùm non sit ex natura sui Accidentis, ab eodem re differt, cui Accidens inhærere actu, atque de eodem directè & legitimè dici potest. Quicunq; hanc Subiecti descriptionem acriùs intuebitur, eamq; in promptu habebit, omnes Sophistarum fallacias dissoluere nullo cum labore valebit. His ita declaratis, restat vt integram definitionem aperiamus. [Accidens est] vniuersale, qua appendicula singularia Accidentia à definitione remouentur. [quod adest & abest] hoc est, ϒ quod adesse & abesse potest: vel quod adest actu, & abest potentia: & tum particulæ repugnantes nõ erunt in definitione. Quamuis enim actu adesse, & actu abesse, inter se repugnent; tamen potentia abesse, & actu adesse, minimè aduersantur.] Sine eius rei, in qua situm est,] id est, sine subiecti, [interitu.] Quia Accidens est suo subiecto posterius: at posterius id quod antecedit non corrumpit, nisi illius rei naturam necessariò comitetur. Quare ϛ Accidens est vniuersale, quod alicui inhæret subiecto, seu de eo dicitur, & eidem potest nõ inhærere, seu de eodem potest verè negari, sine tamen eius interitu. Cui consentit illud D. Augustini interpretamentum: Accidens est, cuius præsentia subiectum non constituit, & eius absentia non destruit.] Vel: ‡ Accidens est, ~~cuius~~ neque affirmatio, neque negatio, subiecti rationem, seu definitionem aufert.

ϙ *Petri Hisp. commentat.*
ϒ *Aquinatis commentator.*
ϛ *Arborem.*
‡ *Paul. Vene. lib. 1. physic. com. 16.*
ϙ *Colonienses. Aquinatis commentator.*
ϒ *Boëtius. Mathisius. Arborem. Petri Hispani commentator.*
ϛ *Louanienses D. Augustinus.*
‡ *Petrus de Bruxellis.*

Cuius

Cuius genera duo ſunt: alterum, quod ſeparari poteſt: alterum, quod non poteſt. Ac dormire quidem in iis eſt, quæ ſeparari poſſunt: nigror ſic in coruo & Æthiope ineſt, vt ſeparari non poſsit. Poteſt enim & coruus albus & Æthiops intelligi mutato colore, ſine interitu rei cui inhæret.

Mirabitur fortaſsis aliquis, qua de re Porphyrius in hoc Attributo priùs rei definitionem aggrediatur, antequam eam in partes diſtribuat: cùm in alijs vocibus à rei definitione exordium dicendi caperet. Sed nulla ſubeſt ratio, cur quiſquam admiratione afficiatur, cùm res ſoleat diſtribui priusquàm definiatur, ſi modò plures habeat ambiguitates, neque vno modo dicatur. In hac verò diuiſione, [quæ eſt Accidentis in Accidentia,] vera ſolummodò Accidentia comprehenduntur. [Cuius genera duo ſunt,] id eſt, duplicia ſunt Accidentia. [Alterum quod ſeparari poteſt,] facilè, & re vera, à ſubiecto, appellaturq; Accidens ſeparabile. [Alterum, quod non poteſt,] citò, & facilè, à ſubiecto ſeparari, quod dicitur Accidens nõ ſeparabile. [Non quòd nullo modo à ſubiecto ſeiungi poſsit, ſed quòd difficulter, quia cauſam habet firmam qua ſubiecto inhærere ſolet.] Inhæret autem id vel quibuſdam, vt cæſius oculorum color: vel omnibus ac toti Speciei, vt nigror coruo, candor cygno.] Affirmat Paulus Venetus, Porphyrium per ſeparari, & non ſeparari, ſignificaſſe interitũ, & non interitum, ad hunc modum: Accidentium quædam poſſunt interire ſine ſuis ſubiectis, vt candor & nigror in Socrate & Platone: & quædam non poſſunt interire ſine ſuis ſubiectis, hoc eſt, niſi ſubiecta corrumpantur, vt candor in cygno, nigror in coruo. Ac dormire quidem in ijs eſt,] id eſt, inter hæc Accidẽtia annumeratur, [quæ ſeparari poſſunt,] cùm homo & quouis animal quandoque vigilet. [Nigror ſic in coruo & Aethiope ineſt, vt ſeparari nõ poſsit,] naturaliter, vel facilè. Non eſt inconueniens nec abſurdum, vnum idémque Accidens Specie, reſpectu diuerſorum ſubiectorum, ſub duobus his Accidentium membris contineri, quanuis comparatione eiuſdem ſubiecti, in vtriſq; eſſe nulla ratione poſsit.]

Obiectio. Sed dices: Porphyrius à ſeipſo deſciſcit, modò enim Accidens illud eſſe voluit, quod ſubiecto inhærere & ab eodem abeſſe potuiſſet: nũc verò Accidens eſſe aliquod docet, quod à ſubiecto non ſeparatur.

Solutio. Reſpondet Porphyrius: Non eſſe abſonum, Accidens poſſe abeſſe à ſubiecto, & tamen non ſeparari. Nam dicitur non ſeparabile Accidẽs, quod re ipſa nequeat à ſubiecto auferri, vel quod difficulter ab eodem diſtrahatur. Dicitur etiam illud ipſum Accidens abeſſe poſſe: quia licet non re ipſa, intellectu & cogitatione à ſubiecto ſemoueri poteſt. [Poteſt enim & coruus albus & Aethiops intelligi mutato colore, ſine interitu rei cui inhæret,] nempè ſubiecti, cuius duplex ſolet aſsignari conſtitutio, eſſentialis & aduentitia. Eſſentialis ſubiecti conſtitutio ex principijs ſubſtantiæ conſtat, quæ ſunt Genus & Differentia in formis & rebus ſingulis repoſita, ex ea conſtitutione propria paſsio naſcitur. Conſtitutio aduẽtitia eſt, quę ex qualitatibus primis conſtat, cuiuſ-

* Louanienſes

† Aquinatis Commentator.

§ Valerius.

‡ Paulus Ve. lib. i. phyſico. cõmen. xx v.

¶ Petri Hiſp. Commentator.

¥ Albertus.

23229

cuiuſmodi ſunt, calor, frigus, humor, & ſiccitas: atq; ex hac cõſtitutione Accidentia quę ſeparari & nõ ſeparari poſſunt, ſuam originẽ deducũt: hæc enim Accidentia à natura & eſſentia ſpeciei prouenire nequeunt. Quod hinc perſpici poteſt: ⁹ Si corui ouum argẽto viuo cum humore viſcoſo, quale eſt anſeris & cati, q̃ frigida ſunt animalia, vnguẽ ſeu pinguedo, oblinatur, ſitq; nidus in frigidiſsimo loco, ſicut in ſummis montibus, ex ouo naſcetur coruus albus.] Qualem ſe Neapoli vidiſſe teſtatur Sipõtinus, tẽpore Calixti Pontificis, apud Alphõſum Sicilię Regẽ. De hoc etiã meminit Satyricus, cùm ait: *Coruo quoq; rarior albo.* & Eraſmus Roterod. & Ouidius. Præterea, ᵞ Coloniæ, anno ſalutis humanæ 1482. viſus erat coruus albus.] ⁊ Æthiopes etiã in locis frigidis paulatim candorẽ recipiũt.] ‡ Cæterùm, vt hæc oĩa vera eſſe cõcedamus, ad mentem tamẽ Porphyrij explanandã, aut parũ, aut nihil facere videntur. Scribit enim Porphyrius, nigrorẽ corui & Æthiopis eſſe Accidẽs, quod nequit ſeparari. At probant hæc exempla, nigrorẽ corui eſſe Accidens huiuſmodi, vt ſeparari poſsit. Neq; Burlei ſentẽtia eſt omnino ſequẽda, qui ratũ habet, ⁹ diuiſionẽ hanc Accidentis deſcriptioni nõ repugnare, quia vnũquodq; Accidens à ſuo ſubiecto, ſecundum ſpeciem diuelli poteſt. Quãuis itaq; Accidẽs ſit nõ ſeparabile reſpectu vnius ſubiecti, attamẽ alterius comparatione ſeparari poteſt. Verbi gratia: Licet curuitas nõ auferatur à naſo curuo, tamen à naſo eiuſdem ſpeciei, ſcilicet à recto remouetur. Quod idẽ de corui nigrore eſt dicendũ.] Hęc opinio magno eſt errore implicata: quandoquidẽ Porphyrius tã Accidens ſeparabile q̃ nõ ſeparabile, ad ſubiecta de quibus affirmãtur, nõ ad illa de quibus nõ omninò dicũtur, affecta eſſe voluerit. Sed nigror corui de nullo niſi de coruo enuntiatur: ergo nigror corui nõ eſt Accidens ſeparabile vel nõ ſeparabile, niſi cõparatione corui. Præterea, Burlei ratione cõcludi poteſt, ridendi facultatẽ inter Accidentia ſeparabilia collocari. Illa etenim ridendi vis, q̃ Socrati inhęret, poteſt interire, interim vt Plato non corrũpatur: ergo ſi ad veritatẽ loquatur Burleus, vis illa ridendi erit ſeparabile Accidens. Quãobrem dicendũ eſt, ſeparabile & nõ ſeparabile in diuiſione Accidentis ſignificare potentiam, in definitione [adeſſe & abeſſe,] aptitudinẽ notare. Illud eſt Accidens ſeparabile, quod ſuo ſubiecto manente corrũpi poteſt. Illud eſt nõ ſeparabile, quod non poteſt interire, interim vt ſubiectum in rerũ natura permaneat. Accidens autẽ adeſt præter ſubiecti ortum, quia generari poteſt, licet ſubiectũ nõ generetur. Abeſt ſine ſubiecti interitu, quia poteſt corrũpi, ſubſtantia, cui inhæret, permanẽte. Quare licet nigror corui nequeat auferri vel ſeparari, quoniam nõ poteſt euaneſcere, niſi ſubiectum ad interitum perueniat: tamen à ſubiecto abeſſe dicitur, quãuis corui natura non corruat, quoniam nigror, ſaluo coruo, poteſt interire. Quemadmodũ enim naturæ corui nõ aduerſatur, abſq; nigrore reperiri, ſic neq; naturæ nigroris, qui coruo inhæret, repugnat, ſaluo ſubiecto interire. Similiter de motu cœli & candore niuis eſt iudicandum. Nam licet horum nullum corrumpatur ſubiectis permanentibus, habent enim vim vt intereant, abſque ſubſtantiarum interitu: quia motus non eſt ex natura cœli, neque nix ex eſſentia candoris. Nam cùm omnes candores in eandem naturam & eſſentiam cogantur, (eſt enim candor ſpecies ima,)

⁹ *Louanienſes Colonienſes. Dorbellus.*

Eraſmus in prouer. Corvus albus.

Ouid ij. meta.

ᵞ *Colonienſes.*

⁊ *Albertus.*

‡ *Paul. Ven.*

⁹ *Burleus.*

& cùm nix nõ ſit ex natura illius cãdoris qui homini inhæret, nix eſſen
Obiectio. tiam candori in ipſa niue reperto non accõmodabit.] ¶ Sed ſi intellectu
¶ *Burlæus.* cõprehendamus coruum candore nitentẽ, quæſtio oritur, an intellectu
vero vel falſo? Verè nequit intelligi, quia coruus ſecundum naturã nõ
poteſt eſſe candore tinctus. Si intellectu falſo, ita Propriũ abeſſe intelli
Solutio. gitur, atq; de ſua ſpecie negatur. Ad hoc eſt reſpondendum: Omne Ac
cidens nõ ſeparabile, vel hoc præcipuè nomine poſſe ſeparari, quia idẽ
ſubiectum ſpecie poteſt naturam illi Accidenti aduerſantẽ habere. Nõ
enim ratiocinando rectè efficitur, coruo, quia niger eſt, repugnare, can
dorem habere. Aſt ita de Proprio nõ eſt dicendum. Nam quia Propriũ
alicui inhæret, ideo ſubiectũ nihil quod illi Proprio eſt contrarium ha
bere poteſt: vt quia aliquis homo aptũ habet animũ ad ridendum, ideo
nõ habere naturalem illam ridẽdi procliuitatẽ, cuiuis homini aduerſari
dicimus. Cùm verò in contentione ponatur, an coruus albus verè repo
natur in animi notione? dicendum eſt, illud verè fieri, ſi modò quid ſibi
velit Porphyrius exploratũ habeamus. Nã coruo minimè repugnat vt
¶ *Paul. Ven.* candidus cogitetur, quia eſt nigrore circũfuſus. ¶ Neq; huiuſmodi intel
lectus, quo coruũ cõcipimus albũ, verus appellatur, quòd hęc enuntia
tio ſit vel poſsit eſſe vera, coruus eſt albus: ſed quia hoc pronuntiatum
nõ eſt falſum, coruus eſt aliquid cui nõ repugnat candor. Quãuis enim
coruo, vt illius materia ex hac vel illa cõſtitutione ſiue cõplexione con
ſtat, candor aduerſetur: quoties tamen coruus in ſua eſſentia & natura
Replicatio. conſideratur, candidus cogitatione poteſt cõprehendi.] Quòd ſi tibi in
argumentũ aſſumpſeris, eũ intellectũ falſum eſſe, quo quicquã aliter q̃
re vera eſt, intelligitur, ideoq; intellectũ illum, qui coruũ candidum fin
Dilutio. git, eſſe falſum, quandoquidem re ipſa niger ſit, nõ candidus. § Reſpon
§ *Iohannes de Lapide in pro-œmio vniuer. quæſtio. iij. Boetius.* det Boëtius, antecedentẽ enuntiationẽ non eſſe vniuerſalẽ, cùm in illis
tantùm falſa verſetur cogitatio, quæ per coniunctionem & cõpoſitio
nem fiunt: vt ſi quis componat aut coniungat per intellectum, id quod
natura coniungi nõ patitur, huiuſmodi intellectum falſum & fucatum
eſſe, nemo homo dubitabit: vt ſi quis hominẽ & equum iungat cogita
tione, vel Centaurum depingat,] vel monſtrum illud de quo meminit
‡ *Horatius libro de arte poëtica.* Horatius: ‡ *Humano capiti ceruicem pictor equinam*
Iungere ſi velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris: vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem, mulier formoſa ſuperne:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?].

Huiuſmodi figmentũ naturæ prorſus aduerſatur. Sed quandoquidem
nõ repugnat principijs Dialecticis corui, vt candorẽ habeat, certè ſi cor
uũ albũ cogitatione & mente cõplectar, licet re ipſa ſit nigrore tinctus,
huiuſmodi cogitatio à vero abhorrere nõ eſt iudicanda. Verùm, vt hęc
¶ *Louanienſes* omnia facilius accipi poſsint, intelligamus oportet, ¶ dupliciter per in
tellectũ vnũ ab altero ſeparari: vno modo, per ſolam intellectus appre
henſionẽ, qua vnũ apprehẽdere poteſt, altero nõ apprehẽſo, propterea
q̃ illius rationẽ ſeu definitionẽ nõ ingrediatur: atq; hũc ſimplicẽ intel
lectũ appellãt. Hoc modo ridendi vim ab homine ſeparari cõtingit, ſed
non animal ab homine. Includitur enim in conceptu hominis, animalis
cõceptus, atq; ex eo erui nõ poteſt. Altero modo, vnũ ab alio ſeparatur

per

23229

per intellectũ cõponentem, quãdo oppositũ vnius de altero enũtiatur: vt si hominẽ iudicet ad hinnitũ aptum, coruũ candidissimũ. Diuidentẽ verò si vnum ab altero neget: vt si intelligat hominem non esse risus capacem, coruum non esse nigrũ. Huiusmodi intellectus cõponens aut diuidens, dupliciter verus dici potest: priore modo, positiue, (vt aiunt) absolutè, atq; simpliciter. Hoc modo intellectus, coruũ esse album, aut non esse nigrũ, imò posse esse album, & non nigrũ iudicans, falsus est. Simpliciter enim falsa sunt hęc. Nã ab eo quod res est, aut nõ est, oratio vera vel falsa dicitur: & propter nostrũ affirmare & negare, nihil mutatur in re. Secũdo, negatiue, & cũ quadã additione. Hoc modo dictus intellectus, quodammodò verus est, quia scilicet falsus nõ est, propter subiecti aut eius rationis interitũ, hoc est, quasi subiecti rationẽ & definitionem euertat & tollat. Id quod sanè ex cõsequenti facit intellectus concipiens hominẽ nõ esse ad risum aptũ, vt ex his q̃ dicta sunt, liquidò constat. Ad hunc sensum subindicandũ non tantùm dixit Porphyrius, coruum posse intelligi album, & Æthiopem candidum, sed adiunxit, [absq; rei, in qua situm est, interitu.] Auicenna Porphyrium reprehendit, quòd dicat ♀ coruum posse intelligi album, & Æthiopem candore nitentem, quia separari intellectu, & separari re vera sunt ambiguæ significationes, quæ in re definienda adhiberi nõ debent.] Verùm, ϒ Porphyrius necessariò vsus erat in definitione alia separandi significatione, ea videlicet, quæ secundum intellectum spectatur, & in diuisione alia quæ secundum rem. Omnia namque Accidentia in illa separandi acceptione, quæ est secundum intellectum, conuenire dicuntur.]

Obiectio. ♀ *Auicennæ*

Solutio. ϒ *Louanienses*

Definiunt etiam illud hoc modo: Accidens est, quod & inesse in eadem re, & non inesse potest.

Quandoquidem prima Accidentis descriptio, propterea quòd sit vel ξ ex Platone sumpta,]vel ‡ ab ipso Porphyrio excogitata, nõ multũ auctoritatis apud Peripateticos foret habitura, alias affert Accidentis descriptiones, quas ab Aristotele accepit, quarũ prima ita sese habet. [Definiunt] Peripatetici [illud etiam,].i. Accidens, [hoc modo: Accidens est,] vniuersale, [quod & inesse in eadem re, & non inesse potest,] .i. ♀ quod de subiecto affirmari & de eodem negari est aptũ.]ϒ intellige ex priore definitione, absq; subiecti interitu.] ξ vicissim,] ‡ aut simul. Similitas enim negãte & aiente enuntiatione simul de eodem naso nõ numero sed specie effertur: aliquis enim nasus est sim⁹, & aliquis sim⁹ nõ est. Cętera verò oĩa sunt apta nata vicissim de eodem subiecto numero affirmari, & non affirmari. Hinc liquet, inesse & non inesse hoc in loco neq; actum, neq; potentiã, sed aptitudinẽ significare:] & ideo aduersæ particulæ in hac definitione nõ ponũtur, quia inesse & non inesse sunt cõtraria, quoties actũ, nõ quando potentiã aut aptitutinẽ designãt. Sed vt de particula [inesse] pauca disseramus, nobis nõ est prętermittendũ; ♀ aliquid octo modis inesse: Primo, pars integralis inest in toto, vt man⁹ in corpore. Secũdo, totũ in partib⁹, vt corpus humanũ in suis membris. Tertio, species est in genere, vt homo in animali, & quoduis inferius in suo superiori. Quarto, genus est in specie, & omne superius in suo inferiori. Quito, forma inest in materia: q̃ q̃dẽ in duas rursus cõsumitur par-

ξ *Antonius Andreas.*

‡ *Paul. Venet.*

Aristot. li. i. topic. cap. iij.

♀ *Clitomachus.*

ϒ *Titilmannus.*

ξ *Hunæus.*

‡ *Paul. Venet.*

♀ *Iauellus in antepradica. diuisio. ij.*

tes: alia enim est vera, naturalis seu essentialis, vt anima in homine, quæ materiæ inhæret, altera fortuita & ascititia, quæ subiecto ex materia & forma constituto inest. Sextò, rex est in regno. Septimò, aliquid est in fine, vt in fœlicitate virtus. Postremo autem loco, contentum est in eo quod continet, vt locatum est in loco, ex quibus hoc natum est.

Insunt, Pars, Totum, Species, Genus, & calor igni,
Rex in regno, res in fine, locóque locatum.]

Ex his omnibus, quintam assumit significationem in sua definitione Porphyrius, qua Formam aduentitiam cõpleto subiecto inhærere dicimus. Atq; ideo ♀ locatum non est Accidens comparatione loci, quod quamuis inesse & non inesse loco possit, nõ tamen est Accidens, quoniam non ita inest in loco, vt quinta illa significatio postulat & requirit.] ♀ Excluduntur etiam partes integrales, & alia eiusmodi, vt manus, vnguis, calcei respectu hominis, item rationis capax respectu animalis, anima comparatione hominis, & generaliter omnis differẽtia respectu Generis, & forma substãtialis collatione materiæ. Hæc enim licet aliquo modo adesse concedantur, & possint nõ inesse saluo subiecto, nullũ tamẽ eorum inhærere dixerit, qui, quid inhærere sibi velit, satis cognitum habuerit. Quare nec veræ quinti vniuersalis tales erũt prædicationes, animal est ratione præditum, materia est animata, id est anima informata, quamuis ad illas vtcunq; accedere fateamur.] Sed si definitionem Subiecti paulò antè traditam, in memoria habueris, his rationibus satisfacere nullo negotio poteris. ♀ Inter hanc & superiorẽ definitionẽ, hoc discrimẽ ponit Caietanus, quòd hęc magis expressè accidentis naturã explicare videtur, quòd Logicã potentiã exprimat per verbum [potest.] Addit cõmentator, priorem de omni Accidente datã esse, hanc de separabili duntaxat. Nos cũ Caietano vtramq; de vtroq; intelligimus.] Quòd si Caietani opinio sit vera, ille quidẽ certo certiùs à veritate deflectit, qui ait: ‡ primã & secundã Accidentis descriptionẽ, Accidens tantùm separabile cõplecti: tertiã verò descriptionẽ & Accidens separabile & non separabile continere. Id si recipimus, iam subuertimus subruimusq; omnes omnium importunorum Sophistarum importunas, ineptas, ridiculas cauillationes: nec erit recurrendum ad eam monstrosam, vt sic dicam, subintellectionem, quã Porphyrius ex veterum Philosophorum sententijs commemorat, quę multa monstra, portenta, in nobili Philosophia peperit. Ego semper modum illum intelligendi calorem sine igne (aut potiùs ignem sine calore) & coruum esse albũ, valdè suspectũ habui, putauiq; esse magis ingenioſam quàm necessariam subtilitatem.] ♀ Sed parùm diligenter, quid de hac re sentiant & Porphyrius & Boëtius inspexit (Raianus.) Nam Accidens à Porphyrio primò definitũ diuiditur in duo, separabile, & nõ separabile. Et si cui cõpetat affirmatio mẽbri diuidẽtis, eidem & affirmatio diuisi cõgruet. Quare dicẽdũ esse puto, Porphyriũ dedisse, ꝑmiscuè primam Accidentis definitionem, vt Accidenti separabili & non separabili cõgrueret.] Quòd autẽ acutissimã illam de intellectu solutionem reprehẽdat Raianus, in quàm magno errore versetur, quodq; vniuersę peripateticorũ scholę repugnet, & ex his quę scripta sunt, & ex illis de quibus inferiùs sermonẽ habuerimus, facilè (ꝙ quidẽ spero) liquebit.

Item

♀ *Petri Hisp. Commentator.*

♀ *Louanienses*

♀ *Louanienses Petrus de Bruxella. Caietanus. Auerroës.*

‡ *Raianus in prædic. Caſary*

♀ *Arborem. Boëtius.*

23229

Item quod nec Genus eſt, nec Differentia, nec Species, nec Proprium, ſempérque in ſubiecta re inhæret.

Tertia hæc eſt Accidentis definitio, quæ (auctore Ariſtotele) ſuperiori eſt deterior. ♀ Siquidẽ hac propoſita, ſi quis eam ſit intellecturus, is antè quid Genus, quid Species, quid Differentia, quid Propriũ, ſciat opus eſt. At altera ſatis ipſa per ſe plena & perfecta eſt, vt quid ſit Accidens per ſe intelligatur.] Accidens eſt vniuerſale, [quod nec eſt Genus,] id eſt, ♈ quod aptum natum eſt aduentitia & tranſmutabili quadam ratione, de aliquo affirmari, cuius reſpectu nec Genus eſt,] [nec Differentia, nec Species, nec Proprium] ♋ alicuius, cõparatione nimirũ ſui ſubiecti.] ♯ Poteſt enim Accidens eſſe Genus vel Species, reſpectu ſuorũ inferiorum: vt color, ſi ad parietem referatur, eſt Accidens: ſi ad candorem & nigrorem, eſt Genus.] [Semperq́,] ♀ quamdiu exiſtit,] [in ſubiecta re,] .i. in ſubiecto, [inhæret.] Non dixit, ſemper in Indiuiduo, ſed [in re ſubiecta inhęret:] ♈ aliud enim eſt, ſubiectũ Accidentis; & aliud, Indiuiduum. Subiectũ Accidentis eſt ſubſtantia, cuius beneficio Accidentis natura cõſeruatur. Indiuiduum verò Accidentis illud eſt, de quo tanquã de inferiori in natura rei affirmatur.] Pręterea, ♋ hęc vltima particula, [ſemper in ſubiecta re inhæret,] adijcitur, non ad alĩ quam neceſsitatem, ſed ad naturam Accidentis aperiendam. Tantò eſt deſcriptio ſeu definitio melior, quantò melius ac plenius naturã exprimit eius quod definitur vel deſcribitur. Eſt enim hoc de natura Accidẽtis, quòd quãdiu eſt, in ſuo ſubiecto ſubſiſtit. Quanquã enim (vt ſuperiùs cõmemorauimus) poſsit Accidẽs à ſubiecto abeſſe, abſq; interitu ſubiecti, vt Accidente perdito, in ſua nihilominus ſubſtãtia ſubiectum permaneat: non tamen ſecundum naturã euenire poteſt, vt Accidens ſeparetur à ſubiecto, ſic vt permaneat in rerũ natura. Non ſolùm enim nõ poteſt Accidens ab omni ſubiecto ſeparatum ſubſiſtere, ſed nec poteſt extra ſubiectum ſingulare, cui ſemel inſuerit, exiſtere, ita vt nec migrare poſsit de ſubiecto alio in aliud. Cùm enim, iuxta Phyſicorũ ſententiam, Accidentis eſſe ſit ineſſe, neceſſe eſt, vt quãdiu eſt, in ſubiecto cui ineſt, debeat permanere.] ‡ Definitionẽ hanc ratione primæ partis reprehendit Auicẽna, dicens Porphyrium eadem opera, alia etiam vniuerſalia potuiſſe definire per cæterorũ negationẽ, quod abſurdum eſt. Reſpõdet Albertus: Ideo Porphyrium hunc in modum Accidens definiuiſſe, & non reliqua, quòd Accidens vniuerſale ſit imperfectum, ac imperfectiorẽ inhærendi & enũtiandi modum habẽs. Atq; ob id, tanq; aliorũ priuationẽ, per eorum negationes eſſe definitũ, quemadmodum ſemper priuatio per habitũ definiri debet. Nemo tamẽ arbitretur, Accidens veram priuationẽ eſſe, ſed ei quodammodò aſsimulari.] Quare ♈ hęc definitio per negationẽ data, huic loco nõ eſt omninò incõmoda, eò quòd iam explicata ſunt ſufficiẽter alia quatuor vniuerſalia: & neceſſe eſt, omne vniuerſale, quod neq; Genus eſt, neq; Species, neq; Differentia, neq; Proprium, eſſe Accidens: poſtquã conſtat, omne vniuerſale horum quinque aliquod eſſe debere. Veruntamen non æquè bona fuiſſet hæc deſcriptio, ſi ante hũc locũ vllum aliorũ vniuerſalium ſimili modo fuiſſet deſcriptũ. Nã ſi initiò ſtatim libri definiuiſſet, Genus eſſe quod nõ eſt Species, neq; Differentia, neq; Proprium, neq; Accidens.

♀ *Ariſt. li. 1. topic. cap. iiij.*

♈ *Georgius Bruxellenſis.*

♋ *Hunæus.*

‡ *Raianus.*

♀ *Hunæus.*

Colonienſes dubio vij.

Paulus Venet.

♈ *Colonienſes dubio vij.*

♋ *Titilmãnus.*

Obiectio.

‡ *Louanienſes. Auicenna.*

Solutio.

Albertus.

♈ *Titilmãnus.*

non fuiſſet probanda huiuſmodi deſcriptio, eò quòd nondum nota fuiſſent, quæ in definitione ponũtur. Nunc verò dum præcedentes quatuor Species explanatæ ſunt, nõ malè nec obſcurè vltima per priorum abnegationem definitur. Atque id ſimiliter licebit, vbicunque plures ſunt Species ſub eodem Genere in numero determinato præter vnam, omnibus definitis, vltimã tandem per priorum negationẽ deſcribere.]

¶ *Aquinatis commentator. Petri Hiſpani commentator. Colonienſes.*

¶ Neque hæc definitio putanda eſt ſola conſtare negatione, præſertim cùm illæ negationes etiam ſignificationes aientes præ ſe ferant. Cùm enim dicitur: [Quod neque Genus eſt, neq; Species,] hinc accipimus Accidens nõ in quid, ſed in rei qualitate dici. Et cùm adijcitur: [Neq; Differentia,] intelligitur Accidens de ſuo ſubiecto in quale fortuitò efferri. Cumq; ponitur: [Neque Proprium,] ſtatim cognoſcimus Accidens non reciprocari. Poſtrema item definitionis pars continet affirmationem, nempè Accidens ſemper in ſubiecta re inhærere.]

Obiectio. ¥ *Colonienſes cap. de proprio*

¥ Verùm illud meritò quæri poteſt, quam ob cauſam noluit Porphyrius, Proprium & Accidens per dici, ſeu enuntiari, definire, quemadmodum eum in definiendo Genus, Speciem, & Differentiam, feciſſe conſtat? Cæterùm, illud definiendi genus in Proprio & Accidente explicando omiſit: partim quòd per illorum definitiones cognoſcere poterimus, quales habeant dicendi naturas: partim quòd [dici] de rebus non ita planè conuenit, Proprio, & Accidenti, ac alijs tribus attributis: hæc propriè de re dicuntur, illa propriè inhærent.] Atque hactenus in tribus hiſce Accidentis deſcriptionibus vtcunque verſati fuimus, quas ſi quiſpiam ſecum diligenter & acriter reuoluerit, parum eas inter ſe diſferre perſpiciet.

§ *Glareanus. Iobannes de Lapide.*

§ Nam ſi Accidens ad ſuum ſubiectum comparetur, primam habet definitionem: ſi ad ſuam cauſam, de eo datur ſecunda definitio: ſi ad quatuor vniuerſalia, vltima ei conueniet definitio.] Atque tres illæ Accidentis deſcriptiones ita inter ſe conueniunt, vt

‡ *Paul. Ven.*

‡ prima ſecundam, ſecũda tertiam explicare videatur. Quicquid enim eſt aptum natũ adeſſe & abeſſe ab aliquo ſubiecto ſine illius interitu, aptitudinẽ habet de eodem vel affirmari vel negari. Sed vnumquodq; Accidens ſibi habet primam conditionem attributam: ergo & ſecundam. Præterea, quicquid de aliquo affirmari, vel negari poteſt, eſt illud quod neque eſt Genus, neque Species, neque Differentia, neque Proprium, ſed ſemper in ſubiecta re inhæret. Sed omne Accidens poteſt affirmari & de ſubiecto negari: ergo vnumquoduis Accidens eſt illud quod neque eſt Genus, neque Species, neque Differentia, neque Proprium, ſed ſemper in ſubiecta re inhæret.] In his tamen illud eſt præ-

¶ *Louanienſes*

cipiendum, ¶ haſce definitiones plenam Accidentis naturam non explicare, quatenus Species eſt vniuerſalis: cùm vnius duntaxat meminerint ſubiecti. Sed ſi Accidens vt vniuerſalis Species definiendum eſt, id hoc modo fiat oportet: Accidens eſt, quod pluribus adeſt & abeſt præter ſubiecti interitum. Vel, quod in idem redit, Accidens eſt vniuerſale, quod de pluribus temerè & fortuitò aptũ eſt dici.] Vel, ¥ Ac-

¥ *Daniel Bar.* § *Iauellus.*

cidens eſt, quòd mutabiliter de pluribus in quale effertur.] Atq; § non additur, de pluribus Specie vel numero, quia ſunt quædam accidentia, quæ de multis Genere, alia quæ de Specie, nonnulla quæ de numero tantùm differentibus enuntiantur.]

AN

23229

AN MORS, EXVSTIO, ET VITA, in numero Accidentium habeantur.

CAPVT XXI. QVAESTIO XV.

QVid de hac quæstione sentiant interpretes, adhuc inter eos non conuenit. Hic ♀ mortem esse Accidens] admittit: alius dum eam partem defendere conatur, in eas detruditur angustias, vt scribat, ♈ quosdam esse, qui separabilibus solùm Accidentibus hanc definitionem cõuenire velint. Cæterum, cùm aduri, necari, tangendi sensu deficere, in ijs sint, quæ separari possunt, eademq; subiectam rem interimant: palam est, neque his omnibus prædictam definitionem posse accommodari.] Alij verò, hæc tum sub Accidente contineri, tum Accidentis definitionem habere volunt. Cùm ♉ ad naturam Accidentis satis sit, absque Subiecti interitu abesse posse, ideoq; Porphyrius hanc clausulam, [absq; subiecti interitu] vocabulo [abesse] tantummodò accõmodauit. Quamuis ergò mors & exustio adesse nequeant, interim vt Subiectum non corrumpatur, tamen hæc absque substantiæ interitu abesse, nemo sanæ mentis inficias ibit.] Cæterum ‡ aduertendum est, mortem esse vitæ carentiam: id enim trito nomine mortuum vocatur, quod vita caret, quale est cadauer, vel potiùs eius materia. Quare nec Accidens erit mors, nec Vniuersale, quemadmodum nec cæteræ formæ priuantes. Quôd si per mortem, mutationem aliquam intelligere placeat, sicuti per cætera, quæ enumerata sunt, omnia erunt vera Accidentia: non quidem eorum quæ corrumpuntur, sed iuxta Aristotelis sententiam, ipsius materiæ primæ. Quòd si vrgeas, ista non verè dicuntur de materia, sed de ipsis compositis corruptis, non enim materia aut generari dicitur, aut corrumpi, sed homo, vel ignis, aut alia res naturalis: horum ergò potiùs quàm materiæ videntur esse Accidentia. Respondebitur, complura esse Accidentia, quæ de suis Subiectis non prædicantur, propter solam vocabulorum penuriam & defectum: quia aut nominibus concretis omnino carent, aut si habeant concreta, illa tamen non Subiectis talium Accidentium, sed alijs quibusdam adiunctis imposita sunt. Verbi gratia, Corrumpi non de materia, quæ interitus est Subiectum verè dicitur, sed de toto composito, quod est illius interitus terminus à quo saltẽ remotus. Quare neq; ob defectum prædicationis de aliquo efficaciter concludi potest, illud nõ esse inhærendi subiectum: neq; ex vera prædicatione formæ aduentiæ de aliquo, ipsum est huiusmodi Subiectum.] Verùm quod materia non sit interitus Subiectum, antea satis comprobatũ arbitror. Quis enim dubitat, ♀ Accidens esse quod [adesse potest] subiecto, completo actu existenti.] Qua explanatione, materiam non esse Subiectum, in procliui est videre. Dicendum est itaque, ♈ mortem & exustionem non esse Accidentia: partim quòd non sint naturæ perfectæ, & completæ, (quoduis autem vniuersale est absolutum, & omnibus suis partibus perfectum,) partim quòd ♉ Accidens in præsentia in eam signi-

♀ Ioban. Maioris Scotus.
♈ Mathissius.
♉ Dorbellus.
‡ Louaniensis.
Arist. li. i. de ortu & interi.
Obiectio.
Solutio.
♀ Burleus.
♈ Aquinatis commentator.
♉ Dorbellus.

ficationē dicatur, vt illud tantùm sit illius definitionis particeps, quod subiectum conseruat, atque perfectum reddit.] ¶ Cùm itaque mors & exustio subiectis suis repugnent: nam si quispiam sit homo, est corpus animatum: si sit corpus animatum, non est mortuum: quod similiter de exustione est dicendum: idcirco hæc in numero Accidentium nequeunt reponi.] Partim etiam ¥ quòd sint abstracta, cùm ea tamen à Porphyrio definiantur, quæ vulgò concreta appellantur. Quòd si percontetur aliquis: vtrum mortuum & exustum, quæ concreta nominantur, sint, nec ne Accidentia? Responsum reddas: Concreta illa in duas significandi potestates deduci, aut vt declarent momentaneas commutationes ab eo quod est, ad id quod non est: atque ita ab Accidentibus esse separata, & ad substantiæ Categoriam reduci, quandoquidem motus deperdens est eiusdem essentiæ cum suo termino à quo. Aut vt demonstrent præuias quasdam alterationes, quæ commutationibus illis subitis, momentaneis, & in ipso temporis articulo ac puncto cohærentibus antecedunt, caq; significatione inter Accidentia locari, quia adesse & abesse sine subiecti interitu possunt.] At ‡ cùm aliquid comburendo in nihilum occidit, illud contingit non ei quod subiectum est, sed quod potiùs est obiectum. Quoties igitur exuri, dissolutionem domus notat, quoad formam suæ cōpaginis, est tantùm Accidens: quoties verò eam ostendit dissolutionem, quæ domum constituit & absoluit, substantialis (vt eo vtar vocabulo) interitus appellatur, atque ad substantiam, gratia termini ad quem, qualis est ignis, vel ratione sui habitus, cuiusmodi est natura lapidis vel ligni, reducitur.] Sed Pauli Veneti de hac controuersia mobilitas & inconstantia silentio non est prætermittenda, qui tam manifestò secum pugnat, vt neq; in hac neq; in illa parte fidem habere videatur. ‡ Accidens est duplex, commune & strictum. Accidens communiter sumptum, tam aiens quàm priuans Accidens indicat, & eo modo à Porphyrio definitur, cùm illud Accidens esse dicat, quod adesse & abesse absque subiecti interitu potest. Accidens strictum, seu compressius acceptum, in nouem Categorias diuiditur: & hac ratione priuatio non est Accidens, licet sub prima Accidentis significatione cōtineatur: quia priuatio accidit materiæ, & adest & abest non solùm subiecto actu, sed etiam potentia cohærenti, sine eiusdem interitu.] At in Dialectica sua, in qua Porphyrium explanat, hunc in modum sibi ipsi repugnat: ¶ Porphyrium scilicet non Accidentia abstracta, sed concreta, nō priuantia, sed aientia, neque Accidentia quorum subiectum est tantùm potentia, sibi in orationem assumpsisse. Mors verò, interitus, & exustio, sunt abstracta non concreta, sunt Accidentia priuantia, non positiua, vt vocant: atque illorum subiectum, quod est materia prima, non actu, sed potentia subsistit. Loquitur igitur Porphyrius, de Accidentibus quæ subiectis actu permanentibus conueniunt, & quæ subiectis nomen & rationem tribuunt: nō autem de his mentionem facit, quæ subiecto repugnant, atque nomen & rationem sui subiecti penitus extinguunt & destruunt.] Sed vt his tandem supersedeamus, considerandum est, ¥ viuere dupliciter sumi: vel pro operatione vitali, qua significatione est Accidens, quia viuens nō semper actu vitales exercet operationes, quamuis facultatem habeat:

vel

¶ Stephanus Caruj.

¥ Petri Hisp. commentator. Aquinatis commentator. Iohannes de Lapide. Obiectio. Solutio.

‡ Colonienses.

‡ Paul. Vene. lib. 1. physic. com. lxi.

¶ Paul. Ven.

¥ Colonienses.

23229

vel pro actu primo, hoc est, viuente natura imbui, atque ea ratione Accidentis nomen non accipit, sed in Categoria substantiæ sedem & locum habet.]

AN IDEM NVMERO ACCIDENS pluribus subiectis inesse possit.

CAPVT XXII. QVAESTIO XVI.

QVamuis intelligendi industria efficiatur, vt Accidens ali quod vniuersale varijs inhæreat subiectis, quemadmodum candor, qui homini & cygno inest: attamen vnum idemq; singulare Accidens simul vel diuerso temporis interuallo in duobus subiectis nõ reperiri, omnes interpretes vna mente consentiunt. Cùm omnes dico, eos excipio, qui contendunt[q] Deiunctam quãtitatem necessariò pluribus inesse subiectis: quod quidem in quinario numero cernitur, qui simul quinque substantijs inhæret,] licet alij eas quinque substantias vnũ efficere subiectum affirment. Excipiendus est item Boëtius, cui placet, [r] Accidens posse mutare locum, licet sine aliquo subiecto nequeat inhærere.] Verùm, ni aliquis in nomen, Subiectum, cauillari videatur, animaduertamus oportet, duplex ab interpretibus subiectum cõstitui: [s] vnum inhærendi, alterum appellationis. Subiectum inhærendi est illa tantùm substantiæ pars, cui Accidens inest: subiectum appellationis est, de quo Accidens dicitur.] Subiectum appellationis hac ratione ab inhærendi subiecto secernitur, quòd vnumquodque subiectum inhærendi, appellationis subiectum esse possit: at quicquid est appellationis subiectum, statim inhærendi subiectum dici non debet. Verbi gratia: Oculus est subiectum inhærendi respectu visus, at verò homo est subiectum appellationis, quia de homine enuntiatur. Quemadmodum enim diximus, oculum aspectu quicquã perspicere, pari ratione eandem homini vim accommodamus: affirmamus etenim hominem videre, non quòd vnaquæque pars hominis visum habeat, sed quòd illa pars hominis, cui visus inhæret, qualis est oculus, hoc officio fungatur. Quamuis enim sint quædam Accidẽtia, quæ tantùm circa vnam subiecti partem versantur, vt in oculo visus, in pedibus bipes, ea tamẽ integro subiecto appellationem tribuere, vsu & experientia docemur. Dicimus enim hominẽ esse bipedem, quãuis bipes tantũmodò pedibus insit. Vt autẽ hæc quæ diximus, ad præsentem quæstionẽ referantur, volumus nullo pacto contingere, vnum idemq; Accidens numero diuersis inhærendi subiectis inesse, quamuis diuersa appellationis subiecta habere possit. Exempli causa: Idem numero candor & Platonẽ & illius cadauer denominat: Plato enim est candidus, Platonisq; cadauer eodem candore numero candidum appellatur. Attamen ille candor qui de Platone illiusq; cadauere dicitur, vni eidemq; subiecto, non solùm Specie, verũ etiam numero inhæret. Cùm enim duplicia Accidẽtia à Dialecticis numerẽtur, quædam quæ formæ, aliæ quæ materiæ insunt, quemadmodũ

[q] Tartaretus cap. de quãt.

[r] Boetius in anteprædica. diuisio. ij.

[s] Paul. Ven. lib. i. de ortu & interit. in explic. cap. iij.

scientiæ

ſcientiæ & virtutes in forma hominis, hoc eſt, in anima, colores in hominis materia, hoc eſt, in corpore, reperiuntur: cùm idem corpus numero tam Platonis quàm illius cadaueris materia habeatur: perſpicuũ eſt idem inhærendi ſubiectum numero, videlicet corpus, candorem habere, licet de diuerſis ſubiectis dicatur. Quanquam enim cadauer illud ſpecie à Platone differt, idem tamen corpus numero, & Platonis pars erat, cùm vitam & ſpiritum duceret, & Platone morte deleto, ſui cadaueris pars efficitur. Cùm igitur illud ipſum corpus ſit ſubiectum cui candor inhæret, ad veritatẽ certo certius loquemur, ſi eundem numero candorem in Platone illiuſq; cadauere dixerimus reperiri.

Opponens.

Obiectio. Hæc obiectio eſt multis difficultatib⁹ implicata, & idcirco ſolutio eiuſdẽ rationis æquo animo accipienda eſt, donec aut ipſe autor, aut aliquis alius meliorem excogitauerit.

Si mille homines in vnum locum congregati eſſent, atque ſi aliquis eos alta voce alloqueretur, vocem loquentis ad illorum aures perduci perſpiceremus: cùm autem aërem vocis eſſe ſubiectum nemo neſciat, neceſſe eſt aſſerere, vocem emiſſam ad illorum aures per aërem peruenire. At verò non vna eademq; numero pars aëris ad omnes illorum aures perfertur: ergo idem Accidens numero in multis ſubiectis reperitur, ſcilicet in diuerſis partibus aëris.

Reſpondens.

Solutio.

Eadem vox numero ad illorum aures non affertur, quia vt primùm emiſſa eſt vox, mille oriuntur voces, atq; per diuerſas aëris particulas, tanquam per gyrũ & orbem quendam, ad aſtantium aures deferuntur.

Opponentis replicatio.

Replicatio. ¶ *Cæſar. tract. ij. ca. de voce.*

¶ Vox eſt ſonus ex ore animalis proficiſcens, certisquibuſdam naturæ inſtrumentis formatus,] at illæ voces generatæ in aëre ab animalis ore non proficiſcuntur, ſed in aëre tantùm oriuntur: quapropter voces non erunt.

Reſpondentis dilutio.

Dilutio.

Quæuis vox quoad ſua principia ex animalis ore proficiſcitur: quãuis itaque voces illæ in aëre ortæ, ab animalis ore non prouenerint, illa tamen vox, ex qua cæteræ ſuas deduxerunt origines, ex ore animantis emiſſa erat. Quod ad naturã vocis conſtituendam ſatis eſſe opinamur.

Opponens.

Obiectio ϒ *Boëtius in antepradica. diuiſi. ij.*

ϒ Si malum in manu teneatur, manus mali odore cõpletur, ideo odor, qui eſt Accidens, in aliud ſubiectum tranſire poteſt.]

Reſpondens.

Solutio. ϛ *Paulus Ve. in antepredi. diuiſi. ij.*

Scribit Paulus Venetus ϛ Boëtium reſpondere, odorem, qui in manu percipitur, in manu tanquã ſubiecto non eſſe, nec anteà in pomo tanquam in ſubiecto fuiſſe: ſed odorem illum in quodam fumo reſoluto à pomo, qui manui adhæret, aut aëri illi cõiuncto, reperiri.] Sed vt Pauli Veneti ſolutionem credibilem & probabilem eſſe concedamus, in hoc tamen (ni fallor) peccat, quòd ſolutionem illam Boëtio aſcribat, cùm longè

23229

longè aliam, & ab hac, quam Paulus Venetus adducit, diuerſam habeat. Vult enim Boëtius Ariſtotelis eſſe opinionem, Accidens à ſubiecto in ſubiectum migrare, ſed ſine aliquo ſubiecto non poſſe cohærere, vt ſuprà commonſtrauimus. Vniuerſa Louauienſis ſchola atteſtatur, ? hoc argumentum nihil obſtare, cùm non numero idem odor, qui antè malo inhærebat, in manum ſe recipit, ſed ideò odore mali cõpleri dicitur, quia malum odorem nouum in manum producit. Quale quidem igni aſtantibus contingit: cuius argumentum eſt, quod mali odor per hoc nhil remittitur, quòd manus quoque ſimili imbuitur odore, niſi fortaſſis manus ipſa alio contrario odore ſit infecta. Nam tunc vterque remitteretur.]

Boëtius.

? Louanienſes in antepradi. diuiſi. ij.

Opponens.

Si quis ad ignem accedat, calorem ignis pedetentim in ſuo corpore generari ſentiet. In dubium igitur vocari poteſt, vtrum ille calor ex igne proueniat, nec ne? Si dixeris ex igne nõ proficiſci, riſum cõmouebis, cùm ratione ignis calor ad corpus deferatur. Quòd ſi ignis calorem eſſe conceſſeris, illud confeſtim ſequetur, calorem illum ex igne ad corpus migraſſe, & tum idem Accidens numero in diuerſis ſubiectis, temporis ſaltem ſpacio, reperiri. Si verò occurras, ex igne per aërem ad corpus deduci, idem etiam abſurdum cõſequetur, cùm ab igne in aërem, ab aëre in corpus calor deferatur.

Obiectio.

Reſpondens.

Idem numero calor, neq; in igne, neq; in aëre, neque in corpore generatur. Quod autem idem calor numero in igne & corpore non ſit, hinc accipi poteſt, quòd calor igni inhærens ſit ſummus, vimq; habeat comburendi: ſed calor qui corpori ineſt, non eſt maximus, neque corpus exurit. Dicendum eſt itaq;, in aëre illo, quo circumſcribitur ignis, calorem quendam ratione ignis generari, deinde illũ aërẽ corpus ambientem, nouum quendam calorem, & proinde numero à calore aeris & ignis differentem in corpore procreare, atque corpori, tanquam ſubiecto proprio, inhærere.

Solutio.

AN INHÆRERE SVBIECTO, ſit ex natura & eſſentia Accidentis.

CAPVT XXIII. QVAESTIO XVII.

CVm veteres & acutiores interpretes, nõnihil de hac quæſtione ſcripſerint, nos etiam eam eſſe tractandam ducimus, ea tamen lege, vt quæſtionis ſterilitatem dicendi breuitate compenſemus. ϒ Inhærendi potentia, eſt quædam quaſi propria paſſio cõparatione Accidentis. Quod verò inhærere ex eſſentia Accidentis non habeatur, hiſce argumentis confirmari poteſt. Natura Accidentis mente & intellectu concipitur, licet ad ſubiectum non ſit affecta: ergò inhærere ex natura Accidentis eſſe nequit, quamuis proximè eam cõſequatur. Præterea, cũ inhærere

ϒ Aquinatũ commentator. Colonienſes

rere in quantite & qualitate eandem rationem & significationem obti-
neat, necessum esset, illas Categorias in vnam cogi naturam, cõcederet
si modò inhærendi vim ex illorum natura esse opinaremur.] ¶ Quãuis
igitur ad naturam Accidentis pertineat, subiecto ineſſe, (nam ϒ Acci-
dentia sine suo fundamento, quod est substantia, cohærere nõ possunt,
vt quid sit albor, quidve color, nam neque albor, neque color constat
absque aliqua re subiecta:)] non tamen Accidenti repugnat, sine sub-
iecto sub intelligentiam cadere: ʒnec verò falsum & mendacium in se-
parando existit.] Quare quoad cogitationem hæc ratio non rectè co-
hæret: Accidens est, ergo alicui inhæret: sed satis est, quòd quandam
naturalem inhærendi potentiam siue propensionem habeat.]

¶ *Paul. Vene. lib. i. physic. com. xxvi.*
Iohannes de Lapide.
ϒ *Hospinianus cap. de specie.*
ʒ *Arist. li. ij physic. cap. ij.*

Opponens.

Obiectio. *Arist. li i. metaphysic. & Titilmannus cap. xxij. prædicabilium.*

Accidentis esse, est ineſſe, auctore Aristotele, ergo inhærere, est ex
natura Accidentis.

Respondens.

Solutio.

Aristoteles per esse, significat existere, quandoquidem Accidens sine
suo fundamento existere nequit. Verùm, quoniam huc deducta est ora
tio, acriter & diligenter est considerandum, duo hæc vocabula, esse &
existere, inter se separata esse. Id existit, quod actu & re ipsa in rerum
natura cohæret. Illud autem, esse dicitur, quod mente, intellectu, & co-
gitatione agitatur. Quare licet Accidens non possit sine substantia
existere, tamen esse, hoc est, in mente & animo, sine suo fundamento,
versari potest.

Opponens.

Obiectio

Si Accidens esse possit absque subiecto, per se subsistere potest: at
per se subsistere nequit, quia illud tantùm substantijs attribuitur, ergo
absque subiecto non potest permanere.

Respondens.

Solutio.

‡ *Paul. Vene. lib. i. physic. com. xxvi.*

‡ Ratio non omninò valet: quoniam licet Accidentia sine substan-
tijs intelligantur, per se tamen nõ existunt, cùm quendam respectum,
propensionem, atque inhærendi potentiam habeant.] Ex his colligi-
tur, ea per se existere, quæ nec facultatem quidem habent inhærendi,
quandoquidem substantia aliquo pacto Accidens esse nequeat, ideoq; a
subiecto ineſſe nõ potest, ac idcirco in rerum natura per se existit. Vel
respondendum est, ¶ non esse definitionem Substantiæ per se existere:
nec Accidentis esse definitionem, vt in subiecto insit: sed ipsius sub-
stantiæ naturæ competit, verè esse, non tamen in subiecto: Accidentis
essentiæ conuenit, suam in subiecto naturam habere.]

¶ *Soncinas li. v. metaphysic. quæstio. xiiij.*

Opponens.

Obiectio.

ϒ Inhærere, est ex essentia huius & illius inhærere: sed hoc & illud
inhærere, sunt Accidentia, ergo inhærere est ex essentia Accidentis.

ϒ *Aquinatis commentator. Petri Hisp. commentator.*

Respondens.

Solutio.

Inhærere ad naturam quorundam Accidentium pertinet, eorum vi-
delicet

23229

delicet, quæ nihil aliud esse solent, quàm quidam inhærendi respectus, cuiusmodi sunt respectiua (vt vocant) Accidentia. Veruntamen nolo Lectorem existimare, inhærere poni inter vniuersalia, cùm sit transcendens, & in quauis Categoria, Substantia excepta, collocetur.

AN IMAGO IN SPECVLO SIT Accidens, & cui tanquam subiecto inhæreat.

CAPVT XXIIII. QVAESTIO XVIII.

PArum habet negotij & difficultatis docere, simulacrum illud in speculo Accidentis rationem habere, cùm sit & rationi consentaneum, & interpretum testimonijs multis ab hinc sæculis comprobatum: licet non omninò desint, qui idolum illud, nihil esse, sed sensus nostros hallucinari contendunt. Quod vt firmiùs corroborare possint, sæpenumero in exemplum solent dare directum baculum, qui si fortè in aqua ponatur, ita aspectus noster decipitur, vt cõfestim baculum curuatum esse iudicet. Verùm, cùm illa opinio vna voce ab omnibus sit reclamata, præstat vt ad contentionem illam, de simulacri subiecto, ancipiti sanè contentione distractam, orationem transferamus. Nam quẽadmodum in cæteris, ita in hac controuersia, inter se decertant Dialectici: adeò vt hi ipsum speculum, illi corpus, alij aërem interiectum, imaginis esse subiectum constituant. Nonnulli verò in tanto versantur dubio, & tam ancipiti animo pendent, vt dum dubitant quid sit in hac quæstione verisimum, omnem desperare veritatem videantur. Gilebertus enim Porretanus, vir certè de differendi facultate multis nominibus bene meritus, dum desinit suum adhibere iudicium, occultè & quasi circuitione quadam imaginem esse in speculo negãs, affirmat vulgum eum de mente & sanitate deturbatum esse iudicaturum, qui simulacrum in speculo esse abnueret. Aptiùs tamen & commodiùs illam opinionem defendi dicit, quandoquidem nulla conditione contingit, non corpus in corpore moueri. ? Cui quidem suum addit calculum Albertus, licet in alia fuerit opinione in libro cui titulum fecit De homine, in quo quid ipse sentiret, ex animo scripsit.] Quod quidem nonnihil fidei continere videtur, cùm alibi à Gilberto Porretano his verbis deflectat: ϒ Discutiendum est, an imago rei visibilis in oculo reperiatur: in qua quæstione diuersæ sunt hominum opiniones. Quidam volunt, eam oculo non inesse, quemadmodum imaginem in speculo esse negant: in qua sententia Empedocles illiusq; adstipulatores fuêre. Huic etiam accedit Gilbertus Porretanus, qui imaginem non ipsi speculo, sed aëri extremo speculum tangenti adhærere opinatur. Sed hæc opinio minuenda est, vtpote quæ ab Aristotele & Peripateticorum schola quàm longissimè discrepat. Quare imago potest esse in speculo & in oculo, non secundum essentiam realem & materialem, veniam autem horum verborum impetratam velim, quandoquidem aptiora atque maioris emphaseos non suppetant. Imago igitur est in oculo vt in speculo, non tanquam in subiecto proprio,

Gilb. Porretã. in libr. de sex princip. cap. de actione.

Nõ est in speculo res quæ speculatur in illo.

? Colonienſis in prædi. dub. vi. actio. Albertus.

ϒ Albert. in exposi. cap. 4. Aristotelis de sensu & sensa. dub. x. Empedocles.

Gilbertus non dixit imaginẽ esse in aere. leg. eũ in vi. prin. cap. de actione

quia cùm non qualitas, ſed potiùs quædam qualitatis intentio habeatur, non eget ſubiecto, vt qualitas in ſua natura conſideratur.] Cùm verò dicat Porretanus, non corpus in corpore moueri non poſſe: ⁋ dicendum eſt, imaginem in ſpeculo non moueri, ſed ſemper generari & corrumpi: quia illud ex quo imago oritur non eſt in ſpeculo, ſed potiùs extra ſpeculum, cuiuſmodi eſt corpus aſpiciens, quãdo recto quodam ſitu ſpeculo opponitur. Non ergo mouetur loci mutatione, vt nõnulli arbitrantur, ſed perpetuò noua forma naſcitur: quemadmodum dicimus lumen loco non moueri, ſed recentem oriri eſſentiam, ratione nouæ præſentiæ illius qui lucem affert. Tribus itaque modis imago in ſpeculo oritur & cadit: ex motu aſpicientis, ex motu ſpeculi, & ex motu aëris intermedij. Quod hinc intelligitur, cùm ad commutationem ſpeculi, recta quædam oppoſitio ex neceſsitate requiratur, quę ratione inſpicientis vel ſpeculi poteſt commutari, & ita corrumpitur vna, & generatur alia. Aër etiam interiectus illam ad interitum perducit, ſi commutetur, vt quando aër medius non rectè inter aſpicientem & ſpeculum iacet.] Vel reſpondere licebit: ⁋ Duplicia eſſe Accidentia, abſoluta, & reſpicientia. Abſoluta rurſus in duo membra ducuntur, quædam à ſubiecto ſuo, tanquam à materia & cauſa, dependent: quædam verò, tanquã à materia & ſubiecto tantùm, & ab alio ſuam cauſam trahere ſolent, quod in lumine cerni poteſt. Quamuis itaque Accidentia, quæ à ſubiecto tanquam à cauſa & materia dependent, quieſcente ſubiecto non moueantur, Accidentia tamen reſpicientia alio mouentur mutato.] At omnes Aquinatis confirmatores & defenſores ad vnum ſentiunt, ⁑ imaginem corpori aſpicienti tanquam ſubiecto, aëri interiecto vt deferenti, ſeu imaginem illam portanti, ſpeculo autem quaſi radium terminanti, inhærere: ideoq; imaginem ad motum ſpeculi non moueri, quia illi veluti ſubiecto non ineſt, ſed tantùm per Accidens, quoties corpus aſpiciens, quod imaginis eſt ſubiectum, mouetur.] Similiter de vmbra eſt dicendum, eam ſcilicet eſſe in eo cuius eſt vmbra, tanquam in ſubiecto: in aëre, tanquam in medio: in pariete, ſeu terra, tanquam in termino. Licet ſint qui arbitrentur, vmbram quadam ex parte lucis eſſe priuationem, naturamq; minùs abſolutam habere, eaq; de cauſa à naturis vniuerſis eſſe remouendam. Atque hactenus de imagine in ſpeculo, ſeu oculo, eadem enim in vtriſque ratio eſt habenda, ſatis diſputatum puto, ‡ quæ licet ſit qualitas, (ſeu ⁋ potiùs qualitatis intentio,]) non tamen eſt paſsio, vel paſsibilis qualitas, quia vnaquęq; talis forma ſibi aliquid in Specie contrarium & aduerſum habet: ſed habitus, vel affectio eſt cenſenda, veruntamen ita, vt nõ ipſa forma proprie, ſed eiuſdem ſimilitudo exiſtat, quæ in mente & animo reponitur.] Alij ſententiam habent, imaginem in quarta qualitatis Specie contineri. Verùm, an ita ſe res habeat nec ne, Lector ſuo iudicio liberè vti poterit. [Expoſitis omnibus his quæ nobis propoſita erant, velut quid Genus eſſet, quid Species, quid Differentia, Proprium, & Accidens: iam quid commune inter ſe habeant, quid proprium, diſſeramus.]

Obiectio. Solutio.

⁋ *Colonienſes in principijs. Gil. Porret. cap. de actione*

¶ *Albert de ſenſu & ſenſa. dubio. x.*

⁑ *Verſ. cap. de actio. in princip. Gil. Porre.*

Iohannes de Lapide ibidẽ.

Aquinat. cõmetat. ibidem & omnes (vt vocant) Thomiſtæ.

‡ *Colonienſes dub. vij. actio.*

⁋ *Albert. de ſenſu & ſenſa. dub. x.*

DE

23229

differentiis quinque vocum.

CAPVT XXV.

COmmune est quidem omnium, vt dixi, de multis dici: sed ita tamen, vt Genus ac Differentia de Formis & Indiuiduis, quę sunt eis subiecta, dicantur: Species autẽ, de suis Indiuiduis: Proprium de Specie, cuius sit Proprium, & de Indiuiduis, quæ Speciei subiecta sunt: Accidens, & de Formis, & de Indiuiduis. Nam animal de equo & boue, quæ Species sunt, & de hoc equo & hoc boue, quæ sunt Indiuidua, dicitur. Rationis autẽ expers, tum de equo & boue, tum de singulis dicitur. Sed Species, qualis est homo, de singulis hominib. modò dicitur. At Proprium, & de Specie, cuius est Propriũ, & de Indiuiduis illi Speciei subiectis dicitur: vt quod aptum est ad risum de homine & de hominibus singulis. Quod verò nigrũ est, de Specie coruorũ, & de singulis coruis, quoniã Accidens est quod separari nõ potest, dicitur: & moueri, quod Accidens est quod potest separari, de homine equóque dicitur: sed ita, vt primùm de Indiuiduis, secundo autem loco de iis etiam quæ Indiuidua continent.

¶Declaratis superiùs singulorũ vniuersaliũ definitionibus, hoc in loco singula singulis cõferens, ostendit Porphyrius, in quibus cõsentiant ac rursus differãt dicta quinq; vniuersalia, idq; satis lucidè ac prolixè prosequitur, vt nõ sit operæ precíũ nos in istis diutius occupari. Si q̃ tamẽ difficilia, aut notatu digna videbũtur, q̃ diligenti explanatori minimè dissimulanda forẽt, ea q̃ breuissimis indicare ac explanare conabimur. Quòd igitur hoc in capite dicit, Accidẽs de pluribus Speciebus prędicari, nõ omninò generaliter, sed in plęrisq; intelligendũ est veritatẽ cõtinere. Ex fine huius capitis, tanq; autoritas quędã celebris deducitur, Accidentia scilicet primò & proximè Indiuiduis inesse, secundariò autem speciebus, & alijs superioribus, eo ordine quo in illis includũtur. Quod licet de separabilib. tantùm intelligat Ægid. Rom. nos tamẽ de omnibus Accidentib. cõmunib⁹, quæ nõ sunt propriæ passiones, potiss simùm si absoluta fuerint, accipiemus: quia certũ est, multos respectus rationis ipsis vniuersalibus, pximè inesse, vt sunt, relatio generis, totius vniuersalis, partis essentialis, & huiusmodi.] Sed cùm hic loc⁹ superiùs quãdo in Proprij explicatione versati fuimus, sit satis explanatus, nõ est q; fusiùs eandem rursus cantilenã repetamus. Vt autẽ Porphyrij mentẽ in pauca cõferamus: Propriũ ab Accidente diduci & separari docet, q; Accidẽs primùm rebus singulis, Proprium primaria ratione vniuersis notionib. inhæreat. Num igitur Porphyriũ tã iniquè interpretabimur? illius videlicet voluntatẽ ferre, vt nobis persuadeamus, Accidentia singularia priora esse vniuersis? minimè. aut proprias passiones prius formis q̃ Indiuiduis conuenire? ne id quidem. Sed tam Propria q̃ Accidentia

¶ Louanienſes

Aegidius Romanus

tia æquè primùm alicui rei ſingulari ac vniuerſali ineſſe: ita tamen, vt Propria Indiuiduis ratione Formarum, Accidentia verò non Specierũ gratia, ſed vi ſua eiſdem inſint. Exempli cauſa: Cicero eſt candidus, Cicero item eſt diſciplinæ capax: hoc Propriũ eſt, illud Accidens. Cicero eſt candid⁹ per ſe, hoc eſt, quia eſt Cicero, vel res ſingularis: Cicero eſt diſciplinæ capax non per ſe primùm, hoc eſt, quia eſt Cicero, vel quòd Indiuiduorũ principia habeat, ſed quia humana natura imbuitur. Rurſus, homo eſt candidus, homo eſt diſciplinæ capax: Candidus appellatur, non quia homo eſt, hoc eſt, quoniam eſt animal rationis particeps, (eam enim naturam haberet, licet nõ eſſet candidus) ſed quia ex conſtitutione & complexione Indiuiduorum cõſtat: & quia Cicero vel alius quiſpiã eſt candidus. ¶ Color etenim eſt in corpore, ergo in aliquo corpore. Si enim in nullo eſt ſingulorũ corporũ, nec in vniuerſo corpore.] Eſt autem diſciplinæ capax, quia eſt animal ratione prædituin. Vides igitur ¥Porphyrium per [Primũ] ſignificare [per ſe:] vt Indiuiduis primùm, hoc eſt, per ſe, nõ ratione Formarum, inhærent Accidentia.] At quæres, an vniuerſus candor prius inſit vniuerſali ſubiecto, quàm ſingularis candor Indiuiduo? Reſpondeo: Aliquid bifariã ineſſe: aut re, aut intellectu. Vniuerſalis candor, reipſa priùs nõ inhęret ſubiecto vniuerſo, quàm Indiuiduis candor ſingularis. Imò vix aliqua ex parte, niſi ratione rerũ ſingularũ, Accidentia vniuerſa re vera inhęrent. At intellectus, qui eſt rerũ vniuerſarũ quidam quaſi Architectus, cõcipere poteſt hominẽ vniuerſum, quatenus habet conſtitutionẽ Phyſicã, candore perfuſum, licet ad res ſingulas cogitatio non transferatur. Valet igitur hæc ratio: Homo eſt re vera candidus, ergo aliquis homo eſt candore tinctus. Hæc autem nõ neceſſariò cohæret: Homo tantùm cogitatione eſt candidus, ergo aliquis ſingularis homo candorem habet. Hinc itaq; perſpicitur, candorẽ vniuerſum naturæ ordine, ſingulari candore priorem eſſe. Illud enim eſt naturæ ordine prius, ‡ à quo non retrò cõmeat conſecutio,] ſcilicet quoad intelligendi facultatem.

¶ *Ariſt. in categorys cap. de ſubſtantia.*

¥ *Dorbellus.*

Obiectio.

Solutio.

‡ *Ariſtot. in catego. cap. de modis prioris.*

DE COMMVNITATIBVS ET differentiis Generis & Differentiæ.

CAPVT XXVI.

COmmunis eſt autem Generi cum Differentia, Formarum complexio. Differentia enim Species complectitur, etſi non omnes quas Genus. Particeps enim rationis etſi non continet ea quæ ſunt expertia rationis, vt animal, at certè hominem & Angelum, qui Species ſunt, continet. Quæque de Genere, quia Genus ſit, dicuntur, omnia de Formis iis quæ illi ſubiectæ ſunt, dicantur, neceſſe eſt. Sicuti quæ de Differentia, vt Differentia eſt, dicuntur, eadem etiam de Specie, quam illa efficit, dicuntur. Nam quoniam animal Genus eſt, de eo quaſi Genere, dicetur eſſentia, & quod animatum eſt, & quod ſenſum habet. Quinetiam de Formis omnibus, quę animali ſubiectæ ſunt,

hæc

23229

hæc ipſa vſque ad Indiuidua dicentur. Quoniámque particeps rationis Differentia eſt, de eo Differentiæ nomine dicetur id quod ratione vtitur: nec de eo ſolùm quod eſt particeps rationis, ſed de iis etiam Formis, quas id quod rationis eſt particeps cõplectitur. Hoc etiam cõmune illorum eſt, quòd Generibus Differentiſque ſublatis, tolluntur vnà ea omnia, quæ illis ſubiecta ſunt. Vt enim ſi nullum ſit animal, nec equus eſt, nec homo: ſic, ſi nihil ſit rationis particeps, animal quod ratione vtatur, conſtare nullo modo poteſt. Proprium autem Generis eſt, in pluribus dici, quàm Differentiam, quàm Speciem, quàm Proprium, quàm Accidens. Cùm enim animal in homine, equo, aue, & angue dicatur, tamen quadrupes de his tantùm quæ quatuor pedes habent: & homo, in ſolis Indiuiduis: quod ad hinnitum natum eſt, in ſolo equo, & ſingulis: itémque Accidens in paucioribus dicitur. Sumendæ autem ſunt Differentiæ, quibus Genera in partes diuiduntur, non quæ Generis vim naturámque complent. Deinde, Differentiam Genus vi ſua continet, quandoquidem animalium aliud rationis particeps, aliud expers: Differentia autem non cõtinet Genus. Tum antiquiora prioráque ſunt Genera iis Differẽtiis quæ illis ſubiectæ ſunt. Itaque ſi tolluntur, tollunt Differentias, nec ab illis vnà tollun tur. Sublatis enim animantibus, rationis cõpotibus & expertibus nihil loci relinquitur. At verò Genera non tollunt Differentiæ. Vt enim omnes tollantur, tamen ſubſtantia animata, ſenſus compos, quod animal eſt, mente & cogitatione intelligetur. Præterea, Genus in quæſtione qua natura rei inueſtigatur, dicitur: Differentia, in quæſtione, vt dixi, qualitatis. Genus etiam in quaque Forma & Specie vnum eſt, vt in homine Genus eſt animal: Differentiæ multæ, vt quòd rationis eſt particeps, quòd mortale, quòd ad mentem & ſcientiam percipiendam natum eſt, quibus à cæteris cæteris animantibus diſtinguitur. Poſtremò, Genus Materiæ ſimile eſt, Formæ Differentia. Multa ſunt præterea, quæ Generis Differentiæque propria ſunt & communia, ſed hæc ſatis multa ſunt.

Naturæ ordinem obſeruans auctor, Formæ Differentiam proponit, atque quid inter ſe commune habeant Genus & Differentia, & qua ratione ſecernantur, oſtendit. In prima communitate duo ſunt annotanda: Primum, ? Differentiam eam ſignificari, quæ Generis, non quæ Differentiæ naturam abſoluit: deinde, [complecti, ſeu continere] non actum, ſed potentiam declarare, ea ratione, qua ſuperiora res ſubiectas & inferiores continere dicuntur. [Quæque de Genere, quia Genus ſit, dicuntur, omnia. &c.] Hæc communitas, vel potiùs huius com- ? *Antonius Andreas.*

munitatis exempla, quibuſdam magnam affert dubitationem, dum ea quæ hîc à Porphyrio dicuntur, aptè & accõmodatè percipere ſtudeant. Sed vt nos eiuſdem intelligentiam habeamus, verba auctoris more noſtro παραφραστικῶς percurramus. [Quæcũ de Genere, quia Genus eſt, dicuntur,] id eſt: ♀ Quæcunque de Genere in natura rei efferuntur.] Ideo enim dixit, [quia Genus eſt,] vt oſtenderet verba ſua in omnib⁹, quæ de Genere dicuntur, valere: ſed in his [quæ de Genere, quia Genus eſt,] hoc eſt, in natura Generis, [dicuntur: Omnia de Formis iis quæ illi ſubiectæ ſunt, dicantur neceſſe eſt.] Nam ♈ cùm alterum de altero, tanquam de ſubiecto dicitur, quicquid de prædicato dicitur, id omne de ſubiecto quoq; dicetur.] [Sicuti quæ de Differentia, vt Differentia eſt,] id eſt, neceſſariò, ſiue in Differentiæ natura, [dicuntur: eadem etiam de Specie, quam illa] Differentia [efficit] ♑ in eſſentia rei,] [dicuntur.] Ex hoc loco colligunt, aliquid de Differentia, idq; in natura rei, efferri, in quo nihil eſſe incommodi arbitramur. Eſt enim Ariſtoteles auctor, Differentias συνωνύμως de primis ſubſtantijs enuntiari: quòd ſi hoc admittatur, dicamus neceſſe eſt, Differentiam definitione abſolui, non cõpoſita illa ex Genere & Differentia, ſed ſimplice quadam, quæ tamen in natura rei Differentiæ Speciebus accommodatur. Fingamus, verbi gratia, animo & cogitatione, ſenſus capax, eſſe animalis Differentiam. Definitio huius excogitatæ Differẽtiæ hæc cenſetur: Senſus particeps eſt illud, quod ad ſentiendum eſt potens: iam quia ſenſus capax de animali dicitur, illius definitionem ſimiliter de animali affirmari oportet. Eſt enim animal id, quod eſt ad ſentiendum potens. Atq; hæc eſt illa natura, quæ Differentiæ eſt attribuenda. Neq; enim, vt quibuſdam videtur, voluit Porphyrius, ſuperiores Differẽtias de inferioribus enuntiari, hoc enim non omninò cũ veritate conſentit. Cùm enim pronuntiamus, rationis capax eſſe ſenſus compos, ſenſus compos eſſe animatum, animatum appellari corporeum: hęc ita accipi non debent, quaſi hæc Differentia, rationis conſors eſſet ſenſus compos, ſed ſubſtantiam potiùs, quæ eſt rationis particeps, ſentiendi facultatem habere. Sicuti cùm dicimus, aptum ad riſum eſſe hominem, nolumus propriam illam ridendi vim, naturam accipere humanam: ſed animal illud, quod eſt ad riſum potẽs, humanitatis ſpeciem habere. Rationis igitur capax, quatenus eſt ſimplex Differẽtia, in ſua ſimplice natura conſiderata, neq; ſenſus capax, neq; animatum, neque corporeum appellabitur. Quòd quidem de alijs Differẽtijs veris germanisq; eſt dicendum. Quãuis illud nõ prorſus abnuerim, ‡ Differentiam ſuperiorẽ in ea quę inferior eſt, quadam virtute cõtentam eſſe ac cõprehenſam.] Sed noſtræ opinioni ita obſiſtes: Irrationale eſt inanimatum, eſt igitur falſum, ſuperiorẽ Differentiã de inferiore non dici. Reſpondemus: Inanimatũ dupliciter intelligi, vel quemadmodum tanq; res contradicens animato aduerſatur, hoc eſt, vt Inanimatũ nihil aliud niſi non animatũ notet, vel quẽadmodũ ſignificationẽ ignotæ Differẽtiæ habet. Quãuis itaq; irrationale eſt nõ animatũ, ♀ (eſt enim ea perpetua & immota contradicentium lex, vt de omni re neceſſe ſit vere alterũ contradicentium dici, vtraq; de nulla)] tamẽ inanimatũ cui Differentiæ nomẽ eſt impoſitum, nunq; de rationis capace dicetur. [Nam quoniam animal Gen⁹ eſt,

♀ *Antonius Andreas.*

♈ *Ariſt. in categ. regula ij.*

♑ *Burleus.*

Ariſt. in categor. cap. de ſubſtant. propri. ij.

‡ *Paul. Ven. cap. de genere.*

Obiectio.

Solutio.

♀ *Rodol. Ag. libro. i. de inuentione. cap. xxvi.*

23229

est, de eo quasi Genere dicetur essentia]& substãtia, [& quòd animatũ est, & quòd sensum habet,].i. sensus cõpos. [Quin etiã de formis omni bꝰ q̃ animali subiectę sunt, hęc ipsa vsq; ad Indiuidua,] ¶ imò & de ipsis Indiuiduis][dicẽtur.]Arboreus in explicatione huius loci, interpretes grauissimis verbis reprehẽdit, quòd hæc exempla Porphyrij tam sicco pede pertranseant: atq; illis hoc etiã vitio vertit, vt ea quæ vnicuiq; patent, & difficiles nõ habẽt explicatus, copiosissimè & vbertimè tractẽt: at verò asperiora & abstrusa leuiter percurrãt. ¥ Nam cùm ex hoc loco colligi possit, animatũ atq; sensus cõpos, Genera esse animalis, hæc nihil habere asperitatis volunt, vel potiùs timore perculsi, silentio cõmittunt. Animatũ & pro Genere & Differentia nonnunq; à doctis vsurpatur: pro Genere, vt intelligamus idipsum sumi pro corpore animato.] Hæc oĩa propemodum verè dicũtur, sed parũ accõmodatè. Sunt enim quidã interpretes, qui in rebus explicãdis nulla caligine tectis, seipsos diligẽtissimos præbẽt, inuolutatamẽ & obscura prætereũt. Atq; in eodem genere, in quo ipse Arboreus sępenumerò offendit, alios reprehẽdit. Elt etiã verũ, Differẽtias quãdoq; ad sua Genera significãda imponi. Sed vt hoc in loco, sensus cõpos, & animatũ, Genera declarẽt, nõ est cur cõcedamus. Nam si animatũ & sensus capax, pro Differẽtijs accipiantur, Porphyrij poterũt cõmunitati inseruire, quãdoquidẽ de his sunt intelligẽda, q̃ in natura rei dicũtur. Differẽtia in natura rei subiectæ cernitur. ¥ Nam illud de Genere, quia Genus est, dicitur, quod de Genere generatim & necessariò prædicatur, siue id Genus sit, siue Differentia, siue aliud quicq;.]Quamobrẽ animatum & sensus particeps, pro Differentijs hoc in loco à Porphyrio accipiuntur. [Quoniamq; particeps rationis, Differẽtia est, de eo Differẽtiæ nomine] .i. de rationis participe, [dicetur, id quod ratione vtitur: nec de eo solùm, quod est particeps rationis, sed de iis etiã formis, quas id quod rationis est particeps cõplectitur.] Ergo quicunq; est rationis particeps, vtitur ratione, quod vsu & experiẽtia falsum esse cõprobatur. Videmus enim insanos rationis esse capaces, nõ tamẽ ratione vti: potiùs igitur rationis particeps de ratione vti, q̃ ratione vti de rationis participe enuntiari debet. Sed quo pacto huic loco satisfaciant interpretes videamus. ‡ Boëtius ponit quandam discrepantiam, inter rationis particeps esse, & ratione vti, & rationem habere, quorum vti propriè Accidens est.] Atq; hãc Boëtij solutionem reprehenhit Arboreus, idq; meritò, si modò ipse interea loci meliorem excogitaret. ¥ Licet dicat Boëtius, hanc Differentiã, vtens ratione, esse rationalitati (eo enim verbo vtitur Arboreus) cognatã, & rationale dici de homine: & aliud esse habens rationẽ, & ratione vti: nõ tamen mihi planè videtur satisfacere Porphyrio. Stapulensis (atq; Mathisius) dicit, rationis particeps sumi pro eo quod est omnino vti ratione, nõ tamen si quis quouis modo vtatur ratione, dicetur planè & syncerè rationalis. Nam semifatuus nõ omnino destituitur ratione, quare erit vtens ratione, nõ tamen rationalis, quia quodam modo eius ratio, propter perturbationem, qua torquetur & laborat, est læsa.]Sed hæc responsio Boëtiana opinione est longè ineptior. Concedit enim semifatuum vti ratione, non tamen esse rationalem: cùm necessariò relinquatur, semifatuum esse rationalem, si rationis vsum habeat. Ab actu enim ad potẽtiam in pronunciatis aientibus valet argumentum: vt actu ridet Cicero

? *Mathisius.*

¥ *Arboreus.*

¥ *Louanienses*

‡ *Mathisius & Boetius.*

¥ *Arboreus.*

Fab. Stapulẽ. Mathisius.

cero, ergò potest ridere. Pari ratione, à potentia ad actum in pronuntiatis negantibus, ratio commodè deducitur: vt semifatuus non est rationalis, ergò non vtitur ratione. At aliquis dicet, Arboreum à nobis non iure redargui, cùm non neget semifatuum esse rationalem, sed eum non purè & syncerè rationalem vocari: esto. Quæro igitur ab Arboreo, quid per purum rationale intelligat? Differentiam aut non differentiam notet, opus est. Si Differentiam significatam esse dixerit, semifatuus erit purè rationalis, cùm Differentia illa seipsam omnibus æquè hominibus præbeat. Quòd si purum rationale, non Differentiam, sed perfectũ rationis vsum declaret: tum enim ea, quæ ad mentem Porphyrij nihil pertinent, adducit. Vult etenim Porphyrius, omnia quæ de Differentia dicuntur, de Formis dici. [Quoniamq; particeps rationis, Differentia est, de eo Differentiæ nomine. &c.] Quare de differentia loquitur Porphyrius. Ita quoquò se verterit Arboreus, iaceat necesse est omnis eius subtilitas & solertia. Paulus Venetus affirmat, ? vti ratione, latiùs se extendere, quàm rationis particeps: quoniã rationis particeps, quod diuidit animal, de nullo, nisi de animali dicitur: vti autem ratione, de animali & intellectu, qui non est animal, sed animalis pars, effertur. Atque licet destructo rationis participe, animal ratione vtens corruat, non tamen idcircò sequetur, vtens ratione interire.] Hæc ille ingeniosè forsan & subtiliter, non tamen verè, parumq; credibiliter scripsit. Non enim inde efficitur, ratione vtens, latiùs quàm rationis particeps, quod animal distribuit, patere: quòd ratione vtens, de intellectu, & rationis particeps de solo homine seu animali dicatur. Quandoquidem valde leue est, & nugatorium, intellectum ratione vti, non tamen esse rationis participem. Dicimus igitur solum hominem, vel solum animal, esse rationis particeps, & ratione vti, non tamen ea de causa secludimus intellectum: cùm vocabulũ solum, vt superiùs admonuimus, non excludat subiectum subordinatum, cuiusmodi est anima, & intellectus. ¥ [Subiectum Subordinatum vocant, quod interuentu alterius, aliquid in se recipit, vel cuius interuentu aliquid in aliud recipitur.] Quare solus homo est rationis capax, solus homo ratione vtitur, licet vtraque hæc humano intellectui conueniant: & idcirco Pauli Veneti responsio fallax, minimeq; Dialectica est habenda. Sed vt tandem Porphyrio satisfaciamus, diligenter admodum est notandum, Dialecticos omnes in harum quinq; vocum tractatione plærumq; per actum potentiam demonstrare. Verbi gratia: cùm dicimus omne vniuersale de multis affirmari, per affirmari, non tam actum, quàm potentiam seu aptitudinem significamus. Sic ipse Porphyrius per ridens, non actum, sed ridendi facultatem seipsum intelligere meminit: atque illud paulò inferiùs de bipede commemorat. Cùm dicat igitur, vti ratione, de rationis participe efferri, per vti ratione, non actum, sed aptitudinem significat. Illud enim est rationis particeps, quod vtitur, hoc est, quod potest vti ratione, quemadmodum vniuersale est illud, quod in multis dicitur, id est, dici est aptum. [Proprium autem Generis est in pluribus dici, quàm Differentiam, quàm Speciem, quàm Proprium, quàm Accidens.] Sumendę sunt hîc Differentiæ illæ, auctore Porphyrio, quæ Genus constituunt,

Obiectio.

Solutio.

? *Paul. Vene.*

¥ *Hunæus cap. de proprio*

Porphyrius cap. de proprio

non

23229

non quæ diuidunt. Difficultas latet in eo quod dicit, Accidens in paucioribus dici quàm Genus, cùm sint quædam Accidentia, quæ de diuersis generibus efferuntur, coloratum enim de corpore animato singulisq; illius Formis ac Indiuiduis, & de corpore item inanimato dicitur. Respondent quidam, duplicia esse Accidentia, communia & certa. Communia sunt, quæ diuersarum formarum Indiuiduis conueniunt, vt nigror hominibus & equis inhæret. Certa appellantur, quæ alicuius certæ solius Speciei Indiuidua sunt, vt ridere tantùm homini competit, sic & loqui. ? Aues enim non propriè, neq; à natura (in quarum numero psitaci habentur) sed quadam arte instructæ, verba facere dicuntur:] in ijs Accidentibus Porphyrij verba autoritatem habent. Alij volunt, locum in omnibus Accidentibus valere, cùm ϒ Genus de pluribus directè & per se, quàm Accidens dicatur. Nam Genus de formis & Indiuiduis legitimè, Accidentia indirectè & per Accidens de Speciebus diuersorum Generum enuntiantur.] Hęc igitur Porphyrij assertio ϛ intelligenda est de primaria attributione, qua cùm Genus primùm de Formis dicatur, & Accidens de Indiuiduis, videtur illius attributio quâm huius esse fusior.] Vis vt planiùs dicam? Accidens potest naturam Accidentis capere, si modò vni Speciei, ac illius Indiuiduis conueniat. Genus nequit esse Genus, nisi de multis dicatur Speciebus. Non igitur quenquam hoc errore duci oportet, vt arbitretur Porphyrium non noluisse aliquod esse Accidens, quod in paucioribus quàm Genus diceretur, sed ad naturam Accidentis non necessariò requiri, illius æquè latè ac Generis naturam patere. Exempli causa. Coloratum æquè esset Accidens, si de homine tantùm dicendi aptitudinem haberet, ac nunc est, cùm de diuersis Generibus effertur. At animal Genus esse nõ potuisset, si de homine tantùm enuntiandi vim & potẽtiam haberet, quandoquidem Genus in multis formis dicitur. [At verò Genera non tollunt Differentiæ: vt enim omnes tollantur, tamen substantia animata, sensus compos, quod animal est, mente & cogitatione intelligetur.] Aliquid é rerum natura tollitur dupliciter, vel re vera, vel intellectu: Genera hoc modo à Differentijs diuidentibus secernuntur, quòd extinctis Differentijs, Genera re ipsa, sed non cogitatione tollantur. Sublatis autem superioribus, diuidentes differentiæ & re ipsa & intellectu corrumpuntur. ‡ Verbi gratia, sublato animali, rationis compos, & rationis expers, in veritate & intellectu aufertur. Nam si nullum animal sit, nihil est rationis particeps vel expers. Atque si animal non intelligatur, rationis capax & inops, non possunt mente comprehendi. Quamuis autem Genus, sublatis differentijs re ipsa aufertur, veruntamen intellectu non destruitur. Si enim non intelligeretur nec particeps, nec expers rationis, tamen animal substantiam esse animatam sentientem, intellectu percipi potuisset.] ? Non dicit itaque Porphyrius, naturam generis permanere, ablatis vniuersis differentijs, quæ Genus diuidunt: sed illam tum posse intelligi, hoc est, si intelligamus Genus non habere in se aliquam suarũ Differentiarum, ille intellectus principijs essentialibus eius non repugnabit. Sunt enim Differentiæ quasi Accidentia quędam Generis.] Neq; cogitationem diuinam hîc accipere debemus, sicuti vulgò dici solet, sed

? *Niphus libro. v. topico.*

ϒ *Colonienses dub. iij. comm.*

ϛ *Mathisius.*

‡ *Paul. Veneti.*

? *Louanienses*

ſed humanam potiùs, præſertim cùm non ſtatuit Porphyrius ratione præditum, vel ratione carens, re vera tolli, licet illud anteà quodammodò aſſeruimus: ſed vel Platonem, vel alium quemuis hominẽ, poſſe animal, quod eſt ſubſtantia animata ſenſus compos, in ſua cogitatione ponere, interim vt nulla diuidens Differentia in animo Platonis verſetur. Quòd ſi hæc interpretatio fuerit à nobis recepta, Ariſtoteli ſatisfacere in procliui erit, cùm dicat, ♀ ſublatis primis naturis, nihil loci relinqui cæteris omnibus.] Loquitur eo loci Ariſtoteles de interitu qui re vera, non qui intellectu fieri ſolet: re ipſa ſublatis inferioribus, corrumpuntur ſuperiora, quamuis ſuperiora abſque rebus ſubiectis in noſtram cogitationem cadere valeant. [Genus etiam in quaque Specie & Forma vnum eſt.] ♈ Vnius vnũ eſt Genus tantùm proximum. Fieri enim poteſt, vt vna res multorum Generum remotorum naturas ſortiatur, vt homo eſt & animal, & corpus, & Subſtantia.] At vnius Speciei plures docet eſſe Differentias, vt Plato voluit, cuius opinionẽ hîc Porphyrius ſequitur. Vel eiuſdem plures ſunt Differentiæ, ♋ quia propriæ rerum Formę nobis ignotę ſunt, quas circuitione ſcribere neceſſe eſt.] [Poſtremò, Genus, Materiæ ſimile eſt: Formæ, Differentia.] ♄ Genus Materiæ, Differentia Formę ſimilitudinẽ gerit: quòd quemadmodum Materia Phyſica exiſtit in potẽtia ad oẽs formas naturales recipiendas, ita Genus eſt in potentia, vt cum quauis Differentia ſuarum formarum copuletur: & vt vnaquæuis forma naturalis materiam adornat, eamq; ad certam aliquam Speciem deducit conſtituendam: ita Differentia vltima Generi eſt ornamento, atque Genus ad certam Speciem perficiendam vnà ſecum trahit. Ad extremum, vt compoſitum naturale ex materia & forma, tanquam ex ſuis cauſis, efficitur: ſic Species ex Genere & Differentia, quaſi ex principijs ſuis, abſoluitur.] At licet his in rebus Genus ad materiam, Differentia ad formam habeat ſimilitudinem, in alijs tamen inter ſe multum differunt. ♀ Non enim res tota toti rei neceſſe eſt ſimilis ſit, ſed ad ipſum ad quod confertur, ſimilitudinem habeat, oportet.] ♈ Materia ita compoſiti naturalis eſt pars, vt eiuſdem comparatione rationem totius habere nequeat: at Genus, Speciei pars & totum appellatur.] ♉ Nam cùm Genus in Definitione collocatur, partis: cùm de eadem enuntiatur, totius nomen ſibi aſſumit.] ♄ Materia porrò & forma, compoſitumq; naturale, re & natura ſeparantur: Genus, Differentia, & Species, ratione tantùm ac intellectu inter ſe diſcrepant. Homo enim, animal, atque rationis compos, non ſunt tria, re & natura, ſed intellectu ſolummodò diſtincta: tres igitur conceptus appellantur, quia tres in mente & intelligentia ſignificationes efficiunt, quarum vna eſt Generis, altera Differentiæ, tertia Speciei conſtitutæ.] ♀ Animal, naturam ſentiendi: rationis capax, intelligendi vim: homo, vtraſque facultates: at Socrates tres illas potẽtias & materiam naturæ ſingularis ſignificat & declarat.] Genus inſuper & Differentia in recto caſu de rebus ſubiectis dicũtur, materia & forma in obliquo. Eſt enim homo animal rationis capax, idem autem non eſt corpus & anima, ſi ſeparatim ſumantur, ſed ex corpore & anima conſtat. Hoc etiam notandum eſt, ♉ Genus ſi ad Speciem cõparetur, quæ per ipſum conſtituitur, non eſſe materiam, licet aliquam cum materia teneat ſimi

litu-

♀ *Ariſt. in categorijs cap. de ſubſtantia.*

♈ *Louanienſes*

♋ *Mathiſius.*

♄ *Paul. Ven. ca. de differet.*

♀ *Cicero li. iij ad Herennũ.*

♈ *Aquinas lib. de eſſe & eſſentia. ca. ij.*

♉ *Scotus cap. de genere.*

Daniel Barb. cap. de differ.

♄ *Auicenna in ſua metaphyſic. tracta.*

♀ *Petrus de Bruxellis, cap. de differentia*

♉ *Daniel Bar. cap. de differentia.*

23229

litudinem, ſed eſſe formam indeterminatam, inchoatam, indiſtinctam, & confuſam: quæ diſperſa in materiam, nondum per propriam perfectam materiam determinata eſt. Cùm verò ſit Forma, nullo modo ſecundum quod Forma eſt, prædicari poteſt. Nec etiam ex ea parte, quatenus eſt forma totius, ſed prædicatur ea ratione, qua totum eſſe cognoſcitur, ſiue ſit in potentia, ſiue in actu.] Vel dici poteſt, ? Genus eſſe formam totius permanentis in potentia: Differentiam eſſe formam totius actu exiſtentis.

? *Martinus Pollichius libro. 1. topicor.*

DE COMMVNITATIBVS ET Differentiis Generis & Speciei.

CAPVT XXVII.

GEnus quidem & Species, communem habent eam dicendi rationem, qua in multis, vt dixi, reperiuntur. In quo, Speciem illam intellectam volo, quæ Species modò eſt, non etiam Genus, cùm accidit, Speciem atque Genus eſſe. Hoc etiam illorum Commune eſt, quòd priora ſunt iis, de quibus dicuntur, & quòd vtrunque quiddam totum eſt. Sed hoc differunt, quòd Genus Species complectitur: Species continentur, nec Genera continent: quippe cùm in pluribus Genus quàm Forma dicatur. Prȩterea Genera præponi oportet, quæ Differentiis iis, quas efficientes Formarum diximus, quaſi efformata, Species compleant & abſoluant. Itaque priora ſunt naturę ordine Genera, tollũtque, neque tollũtur. Si enim Species ſit, Genus etiam omnino eſt: at ſi Genus ſit, nõ cõtinuò Species eſt. Genera etiam vna ratione de omnibus Formis, quæ ei ſubiectæ ſunt, dicuntur: Formæ de Generibus non item. Iam hoc ſuperant Formas Genera, quòd Formas complectuntur: Formæ autem Genera, quòd proprias Differentias. Præterea nec Species ſummum, nec Genus infimum locum obtinere poteſt.

[Sed hoc differunt, quòd Genus Species cõplectitur. &c.] ϒ Vnũ ab altero continetur dupliciter, aut potentia, aut actu: Genus ſuas Species, potentia, non actu complectitur, at Species Genus actu, non potentia continet.] ϛ Cùm continere potentia, hoc in loco prò latiùs patere, accipiatur.] Cuius rei teſtis eſt ipſe Porphyrius, cùm dicit, ſpeciem non continere ſuum Genus, adiungens rationem, [quippe cùm in pluribus Genus quàm Forma dicatur.] ‡ Continet Forma Genus in ſe, non ſub ſe,] Genus non continet Formam in ſe, hoc eſt, actu & in ſua natura, ſed ſub ſe. [Priora ſunt naturę ordine Genera, tolluntq; neq; tolluntur. Si enim ſit Species, Genus etiam omnino eſt: at ſi Genus

ϒ *Burlem.*

ϛ *Mathiſius.*

‡ *Paul. Vene.*

nus ſit, non continuò Species eſt.] Quandoquidem huius loci difficultas præcipuè in ijs verſatur, quę naturæ ordine priora ſunt, ita exordiendum eſſe putamus, vt ad eorum definitionem inueſtigandam noſtras diſputationes conferamus. ♀ Ea naturæ ordine priora ſunt, à quibus non retrò commeat conſecutio.] Vt, homo eſt, ergo animal eſt. Hoc tamen nõ retrò viciſsim dicitur: Animal eſt, ergo homo eſt: nam à Genere ad Speciem in terminis aientibus, & in rebus conſtituendis, ratio non aptè ducitur. Sed dices Porphyrium à vero eſſe abductum: Numerus enim eſt Genus binarij, attamen à numero ad binarium retrò commeat conſecutio. ♈ Conſequentiæ reciprocæ dicuntur, in quibus ſicut ex antecedente conſequẽs, ſic ex conſequente antecedens ſequitur: vt Pater eſt, ergo filius: & ediuerſò, Filius eſt, ergo pater eſt: ſic Numerus eſt, ergo binarius eſt: & rurſum, Binarius eſt, ergo numerus eſt.] Ad hoc eſt reſpondendum: ♊ Generi duas ſignificationes eſſe ſubiectas, atq; vnum altero prius naturæ ordine bifariam eſſe. Vnum eſt Genus, quod ſuas Species ordine quodam eſſentiali reſpicit, vt cõiuncta quantitas, vt numerus: alterum, quod ad ſuas Species ſine huiuſmodi ordine eſt affectum, vt animal, vt color. Homo enim equum non neceſſariò antecedit, neque hominem equus, neque alborem nigror, neque nigrorem albor: at linea neceſſariò ſuperficiei, & binarius ternario præire ſolet. Simili ratione, aliquid alio prius eſſe naturæ ordine dupliciter intelligi poteſt, vel conſecutione, vel cauſa. Illud ordine naturæ prius eſt per conſecutionem, quod ſine alio eſſe poteſt, nõ tamen ediuerſò: & quicquid hoc modo natura prius appellatur, prius etiam tempore dicitur, quia vnum ſine alio etiam temporis ſpacio poteſt cohærere. Hac ſignificatione illud Genus quod naturali ordine ad ſuas Species non refertur, hoc eſt, quod non continet eiuſmodi Species, quæ ex alijs formis eidem Generi ſubiectis dependent, prius eſſe admittitur. Quamuis enim à Specie ad Genus apta ſatis concluſio ducatur, non tamen à Genere ad Speciem ſumpta ratio valebit, ſi modò de eſſentia in rerũ vniuerſitate ponenda ſermo habeatur. Genus enim ſine ſuis formis, non ſimul, ſed ſigillatim ſumptis, poteſt in rerum natura permanere. Illud verò prius eſt naturæ ordine per cauſam, quod cum illo cõuerſim dicitur, atq; eſt illius cauſa. Hac ratione Subiectum eſt natura prius Proprio: quamuis enim Species natura Proprio antecedat, cum Proprio tamen reciprocatur, atq; Proprij cauſa appellatur: & quoniam numerus & binarius inter ſe cõuertuntur, & numerus eſt cauſa binarij, ideo numerus, tanquã cauſa, ordine naturæ binario prior eſſe debet. Quod etiam de cõtinuo reſpectu lineæ, de linea collatione ſuperficiei, de ſuperficie comparatione corporis, eſt dicendum. Quam ob rem, cùm aſſerat Porphyrius, Genera Speciebus naturæ ordine priora eſſe, vtraq; ſignificatione vtitur: cùm dicat inſuper, Specie ſublata non interire Genus, illud Genus eſt accipiendum, quod eas Species complectitur, quarum vna ad alteram componendam non concurrit.] Aut reſpondere poteris: Quædam eſſe Genera, quorũ modò mentionem fecimus, quibus huiuſmodi formæ ſubijciuntur, vt vna alteram conſtituat & abſoluat. Binarius ternarium, ternarius quaternarium, ad extremum, minor numerus maiorem ſolet procreare. Huiuſmodi

♀ *Ariſtot. in catego. cap. de modis prioris.*

Obiectio.

♈ *Hunæus in poſt prædi. ca. de modis prio.*

Solutio.

♊ *Paulus Ve.*

23229

modi Species duplicem habent comparationem, vnam ad inferiora; nempè ad Indiuidua, alteram ad eas Species quarum sunt principia: prima comparatione Genus huiusmodi Formas naturæ ordine antecedit, altera verò nequaquam. Quamuis itaque binarius cum numero reciprocetur, vt est principium numeri ternarij, & alterius cuiuspiam numeri, si tamen eundem ternarium vt Speciem consideremus, cum numero non retrò commeat. Numerus enim potest esse in rerum natura, licet binarius Speciei nomen non habeat. Adde etiam numerum posse cogitatione comprehendi, quamuis binarius aut alia quæuis numeri Species in animo non ponatur: & idcirco naturæ ordine prior est suis formis, quandoquidem à numero ad binarium non retrò commeat consecutio, quoad intelligendi vim & facultatem. [Si enim sit Species, Genus etiam omninò est.] id est: Si Species in rerum naturam cadat, & Genus: vt si homo est, animal est: nam per Genus & Speciem non nuda artis vocabula, sed res intellectas volumus. [At si Genus sit, non continuò Species est,] hoc est, possum animo comprehendere Genus, non intellecta Specie. Vel ita: Non sequitur, quia Genus est in rerum natura, aliquam certam esse Speciem, quamuis necessariò sequitur, aliquam esse Speciem. Vt non efficitur, hominem idcirco esse, quia animal est: sed potiùs ideo aliquod esse animal, hominem scilicet aut belluam. Nam † Genus, quamuis sine singulis Speciebus fortassè, sine omnibus tamen esse non potest.] ‡ Neque vnquam tolletur à Specie Genus, nisi omnes quæ sunt Generi subiectæ remoueantur, hoc modo: Quod neque immortale est, neque mortale, animal non est.]

† *Rod. Agric. li. 1. de inuet. cap. iiij.*

‡ *Quintil. lib. 5. cap. 8.*

DE COMMVNITATIBVS ET differentiis Generis & Proprij.

CAPVT XXVIII.

GEneri cum Proprio hoc commune est, quòd Species sequuntur. Vt enim si quid sit homo, idem animal: sic si quid sit homo, continuò ad risum aptum sit, necesse est. Illud etiam, quòd æquè Genus de Formis dicitur, atque Proprium de iis Indiuiduis quæ ipsum participant. Æquè enim homo & bos animantes sunt, & Anytus & Melitus æquè apti ad risum. Atque etiam illud commune est, quòd vna ratione & Genus de suis Formis, & Proprium de iis quorum Proprium est, dicitur. Inter ea autem intercst, quòd Genus prius est, posterius Proprium. Primùm enim animal esse debet, deinde Differentiis Propriisque distingui ac diuidi. Et Ge-

nus quidem de multis Formis dicitur, Proprium autem de vna aliqua Forma, cuius sit Proprium. Præterea, Proprium vicissim commeat retrò, cùm de eo dicitur cuius est Proprium: at Genus de nullo vicissim dicitur. Non enim si quid sit animal, id continuò sit homo: neque si quid animal, idcirco aptum sit ad risum: sin aliquid sit homo, continuò etiam aptum animum ad risum habeat, necesse est: vicissimque, si quid aptum animum ad risum habeat, homo. Præterea, inest Proprium in tota Specie cuius Proprium est, & in sola ea, idque semper: Genus verò, etsi in tota Specie cuius Genus est, & semper, attamen non in sola ea reperitur. Præterea, si Propria tollantur, non etiam Genera vnà secum tollunt: cùm interim sublatis Generibus, Formæ eæ, quarum sunt Propria, constare nullo modo possunt: ita sublatis iis, quorum sunt Propria, ipsa etiam tollantur, necesse est.

[Generi cum Proprio hoc commune est, quòd Species sequuntur:] Non tempore, sed in argumento: [vt enim, si quid sit homo, idem animal: sic, si quid sit homo, continuò ad risum aptum sit, necesse est.] Hæc ratio inter argumentandum sequitur: Plato est homo, ergo est animal, ergo est aptus ad risum. [Illud etiam, quòd æquè Genus de Formis dicitur, atque Proprium, de ijs Indiuiduis quæ ipsum participant. Æquè enim homo & bos animantes sunt, & Anytus & Melitus æquè apti ad risum.] Anytus Rhetor Athenienſis fuit. ? Ille & Melitus acerrimi fuerunt Socratis inimici,] à quibus reus peractus est. Anyti meminit Horatius:

Anytus. Melitus. ? Mathisius Socrates.

Y Horatius lib. ij. Serm. Sa. iiij.

Y - *Qualia vincunt*
Pythagoram, Anytiq́ reum, doctumq́ Platona.]

Plutarchus in vita Socrat.

De hoc etiam Plutarchus mentionem facit. Sed ad ipsam communitatem redeamus, qua docemur, Genus & Proprium æquè secundum magis & minus de rebus subiectis affirmari. In quam sententiam licet ipsa ratio nos perducat, attamen quibus vtuntur homines acuti argumentis ad hoc labefactandum, operæ pretium est considerare.

Opponens.

Obiectio.

§ Porphy. cap. de different.

§ Differentiæ quæ casu [conueniunt,] etiam si separari non possunt, tamen & cõtentionem capiunt & remissionem.] Proprium casu Speciei conuenit, idcirco intenditur & remittitur.

Respondens.

Solutio.

‡ Paul. Ven.

Aut locus ille Porphyrij (vt anteà est monstratum) auctoritatem non habet in omnibus Differentijs, quæ casu & temere rebus insunt, sed in quibusdam: aut ‡ Proprium duobus modis sumitur, vno modo

vt à

23229

vt à Speciei principijs profluit, & ita neque intentionem, neque remissionem capit: altero, vt in materiam hac vel illa ratione dispositam recipitur, eaq; ratione intenditur & remittitur. Proprium hîc in primam, in Differentiæ tractatione in secundam significationem dicitur.

Opponens.

Obiectio.

Quicquid de aliquo secundum prius & posterius dicitur, non æquè de illo enuntiatur: sed est aliquod Genus, quod secundum prius & posterius dicitur: Coniuncta enim quantitas prius de linea quàm de superficie effertur, & numerus prius binario quàm ternario, & figura prius triangulo quàm quadrangulo asscribitur: ergo Genus non æquè de suis formis dicitur.

Respondens.

Solutio.

Nullum Genus quatenus est Genus, prius in vna Specie quàm in alia dicitur. Sed vt Genus in suas Species recipitur, nunquam prius de vna quàm de alia affirmatur. Vt materia prima quatenus est materia absolutè intellecta, æquè ad res omnes naturales est affecta. Ea autem ex parte qua contrahitur, atque per formam certa efficitur, prius ad elementa quàm ad concreta & mixta corpora refertur. Hoc igitur ponit Porphyrius, Genus vt Genus, atque vt est totum quoddam confusum in potentia existens, æquè de omnibus suis formis dici: quemadmodum autem eius natura tam arctis terminis est circumscripta, vt actui pars sit speciei, prius vni quàm alteri formæ accommodatur.]

Opponens.

Obiectio. ¶ *Arist. li. 1. de demõstra. cap. 4.*

Rationis particeps magis est animal quàm homo, ¶ semper enim id magis tale est, quod causa est, vt tale sit alterum:] ergo Genus non æquè dicitur,

Respondens.

Solutio, ¶ *Louanienses li. 1. de demõ. Themistius li. 1 de demonst.*

¶ Semper id quod pluribus tribuitur, ita vt alteri propter alterum tribuatur, necesse est, vt illi plus competat, propter quod alteri communicatur. Vt si quis diligit Præceptorem propter puerum discipulum, magis diligit puerum discipulum. Quæ Maxima videtur generaliter vera, signatis duabus conditionibus. Prima est, vt causa quæ sumitur, sit positiua & principalis: nam non sequitur, filij sunt parui, quia parentes, qui eos genuerunt, parui erant: ergo parentes fuerunt filijs minores. Item: Amo virtutem, quia amo voluptatem, quæ ex virtute percipitur: ergo magis amo voluptatem. Quia in priore sumitur causa priuans, in posteriore verò causa minùs principalis. Altera conditio est, vt id in quo fit comparatio, possit suscipere magis & minùs, & cũ diuersitate participetur ab ijs quæ inter se cõparantur. Hinc nõ sequitur: Homo est ad risum aptus, quia animal rationis par-

ticeps est ad risum aptum, ergo animal rationis particeps est magis aptum ad ridendum. Item homo intelligit, quia eius anima intelligit, ergo anima magis intelligit: quia in vtroque exemplo id in quo fit cõparatio sine diuersitate ambobus communicatur, & præterea in priori exemplo id etiam non suscipit magis & minus. Quòd si roges, in quo genere causæ accipienda sit hæc Maxima, videntur posse assignari exempla in quolibet Genere, saltem largè loquendo. In Genere causæ efficientis: vt Luna est lucida, quia Sol est lucidus, ergo Sol est magis lucidus. Finis: vt milites amant conflictum, quia amant lucrum, ergo magis amant lucrum. Materiæ: vt lapis est natura grauis, quia terra, quæ in eo dominatur est grauis, ergo terra est natura grauior lapide. Formæ: vt materia cognosci potest, quia forma potest cognosci, ergo forma magis cognosci potest.] Huc etiam alia conditio addi potest, vt vtraque rationem rei, in qua versatur comparatio, habeat.

ϙ Aristot. in catego. cap. de qualitate. propri. ij.

ϙ Omninò (enim) nisi vtraq; rationẽ eius rei de qua agitur, recipiant, nunquam alterum, altero magis minúsve dicatur.] Præsens igitur ratio est fallax, partim quòd animal nequit intendi & remitti, partim quòd hæc Differentia, rationis particeps, non est animal. [Atque etiam illud commune est, quòd vna ratione, & Genus de suis formis, & Proprium de ijs, quorum Proprium est, dicitur.] id est, quemadmodum Genus vniuocè de suis formis, ita Proprium de suis Indiuiduis dicitur.

ϒ Louanienses

ϒ Per prædicationem vniuocam hoc in loco significatur omnis ea quæ non est æquiuoca, quo modo vniuocè dici, omnibus vniuersalibus commune est. Aliter ab Aristotele sumitur vniuoca prædicatio in Categorijs.] Nam propriè in Categorijs vniuocam prædi-

ϛ Burlem.

cationem sumit. ϛ Illud autem propriè συνωνύμως dicitur, quod de aliquo vno nomine vnaq; definitione rei subiectæ naturam tribuente, effertur. Communiter verò συνωνύμως dici, est eodem nomine eademq; descriptione nomini congruente, de aliquo enuntiari, qua significatione Proprium vno modo dicitur.] Animaduertas verò,

‡ Albertus.

‡ Proprium in duas deduci comparationes, aut vt est Proprium, qua significatione subiectum in definiendo Proprio locum habet: atque si hoc modo suam definitionem subiecto attribueret, idem esset in definitione sui ipsius, & idem de seipso diceretur. Est enim ridens, quemadmodum definitur vt Proprium, homo aptus natus ad ridendum. Alio modo definiri potest Proprium, quatenus significat Accidens in aliqua Categoria repositum, atque ea ratione, ridens, est aptum natum ad risum. Ita suam definitionem subiecto impertitur.] [Præterea Proprium vicissim commeat retrò, cùm de eo dicitur cuius est Proprium: at Genus de nullo vicissim dicitur.] Aut hic locus falsus est, aut ab Aristotelis auctoritate discedamus oportet, qui docet Genus reciprocari.

Obiectio.

ϙ Arist li. ij. topico. cap. i.

ϙ Nam & à Proprio, & definitione, & à Genere, commutato sermone, appellationem accipi necesse est: vt si cui insitũ sit, vt sit animal gradiens bipes, vicissim id animal gradiens bipes esse verè dicetur. Símilis est Generis ratio.] Dicendum est, Aristotelem noluisse Genus reciprocari cũ Specie aliqua: sed definitionẽ, Genus, & Proprium ab Accidente differre, quòd Accidens si inhæreat subiecto, de eodem ex necessitate nõ effertur, (ϒ nam Accidens, vt candorem & iustitiam,

Solutio.

ϒ Arist. lib. ij topic. cap. i.

nihil

23229

nihil prohibet quadam ex parte ineſſe. Quocirca non ſatis eſt, candorem & iuſtitiam docere ineſſe, ſi docere velimus aliquem album eſſe, vel iuſtum.] Definitio verò, Genus & Proprium de eo cui inſunt neceſſariò dicuntur: vt ſi animal ſit in homine, homo eſt animal. † Nihil enim horum poteſt aliqua ex parte conuenire, ſed omninò vel conueniunt, vel non conueniunt.]

† *Ariſt. li. 1. topico. cap. 5.*

DE COMMVNITATIBVS ET differentiis Generis & Accidentis.

CAPVT XXIX.

COmmunis eſt Generi cum Accidente, de multis, vt dixi, dicendi ratio, ſiue in iis ſit Accidentibus, quæ ſeparari poſſunt, ſiue in iis quæ non poſſunt. Nam & moueri in multis dicitur, & quod nigrum eſt in coruis & Æthiopibus, aliisquè nonnullis quæ ſine animis ſunt. Hoc autem inter Genus Accidénsque intereſt, quòd Genus Formis prius ſit & antiquius, Accidentia poſteriora Formis. Vt enim Accidens ſtatuatur id quod abeſſe non poteſt, certè Accidente prius eſt, id cui inhæret: hoc etiam, quòd æquè Genere participant ea, quæ illo participant, Accidente non æquè. Contentionem enim remiſsionémque capit Accidentium communio, Generum nõ item. Quòd primùm in Indiuiduis Accidentia inhærẽt, Genera & Species naturæ ordine priora ſunt Indiuiduis ſubſtantiis. Et quòd Genera in quæſtione naturæ de iis, quæ illis ſubiecta ſunt, dicuntur, Accidentia verò in quæſtione qualitatis vel modi cuiuſuis rei. Si enim rogatus fueris, qualis ſit Æthiops? nigrum eſſe reſpondebis: aut quomodo affectus ſit Socrates? ægrotare eum, vel valere dices. At Genus quidem quid à cæteris quatuor differat, diximus. Vnumquodque autem eorum, à quatuor cæteris etiam differre videbitur: ita cùm quinque ſint, & vnumquodque à cæteris quatuor diſtet, effici videtur, vt quater quinque ducta, viginti differentias omnes expleant. Non ita eſt, ſed quoniam ſemper enumerantur deinceps, ex duobúsque vna Differentia, quia iam ſumpta eſt, relinquitur, ex tribus duæ, ex quatuor tres, ex quinque quatuor: profectò ex quatuor, tribus, duabus, & vna, decem fiunt & colliguntur Differentiæ. Nam quoniam quid Genus à Differentia, quid à Specie, quid à Proprio & Accidente differret, dictum eſt, idcirco quatuor hinc oriuntur Differentiæ. Quid autem Differentia à Genere differret, tum dixi, cùm quid ab ea

differret Genus oſtendi. Reliquum eſt igitur, vt quid à Specie Proprio, & Accidente differat, doceamus, ex quo tres naſcuntur. Rurſum quid Species à Differentia intereſſet, dixi, cùm quid Differentia à Specie diſtaret, dicerem: quid etiam differret à Genere Species docui, cùm quid Genus à Specie differret, docerem. Ita reſtat, vt quid Species à Proprio & Accidente differat, diſſeramus, quæ duæ fient Differentiæ. Illud tantùm ad diſputandum relinquetur, quid inter Proprium interſit & Accidens: quándoquidem quid à Specie, quid à Differentia & Genere differret, antè docui, cùm eorum inter ſe Differentiam traderem. Si ergo quatuor Generis, Differentiæ tres, Speciei duę diſtinctiones, in vnum conferantur: ſi denique Proprij ab Accidente vna, certè ex omnibus decem fient: quarum quidem quatuor Generis & cæterorum iam oſtendimus.

In hoc capite nullus locus occurrit, in quo aliquid aſperitatis lateat. Cùm autem dicat: Accidentia intentionem & remiſsionem capere, eaq; primùm Indiuiduis inhærere: quid ſibi velit Porphyrius, antè ſatis explicatum arbitramur. Ad cæteras igitur communitates vocumq; differentias tranſeamus.

DE COMMVNITATIBVS ET differentiis Speciei & Differentiæ.

CAPVT XXX.

COmmunis igitur Differentiæ cum Forma, par æquáque communio eſt. Singuli enim homines æquè participes ſunt hominis, Differentiæq; rationis, ex qua participes rationis nominantur. Hoc etiam iis commune eſt, quòd ſemper adſunt iis, quibus ipſorum conuenit communicatio. Semper enim Socrates & rationis eſt particeps & homo. Proprium autem Differẽtiæ eſt, in quæſtione dici, qua quale quicque ſit: Speciei verò, in ea qua quid quicque ſit, quæritur. Nam ſi homo qualitate aliqua affectus ſumatur & intelligatur, non omninò qualis ſit, ſed quia Differentiæ Generi accommodatæ eum talem fecerint. Iam in multis Formis ſæpè Differentia cernitur, velut quadrupes in pluribus animantibus Specie differentibus: Species autem ſola Indiuidua, quæ ſub Specie ſubiecta ſunt, complectitur. Præterea, prior eſt Differentia ea Specie quæ ex ipſa nominatur, quandoquidem ſublato eo quod rationis eſt particeps

23229

ticeps, homo conſtare nullo modo poteſt: at homine ſublato, quod rationis eſt particeps, minimè tollitur, cùm Angelus cohæreat. Præterea, cõiungitur Differentia cũ alia Differẽtia: ſiquidem quod rationis eſt particeps, quõdque mortale, in vim naturamq; hominis concluduntur. Species autem cum Specie non copulatur, vt aliud inde Genus oriatur. Equam enim quandam ſi certus aſinus contrectet, inde mula naſcitur: at ſi omninò equam aſinus cõtrectet, nunquam mulam poſsit gignere.

[Hoc etiam ijs commune eſt, quòd ſemper adſint ijs quibus ipſorum conuenit communicatio. Semper enim Socrates & rationis eſt particeps & homo.] Nemo ita eſt, quantum equidem intelligo, grauitati deditus, qui in ijs perlegendis quæ in hac communitate à quibuſdam proferuntur, riſum continere poſsit. Cùm enim doceat Porphyrius, Socratem ſemper hominem eſſe & rationis participem, volunt nonnulli, Socratem æquè ſenſu & vita carentem, ac vitam & ſpiritum ducentem, hominem & rationis participem eſſe. In quam ſententiam multa ſcribunt, Auicenna, Aquinatis commentator, Albertus, Dorbellus, Colonienſes, Lambertus, Paulus Venetus, Scotus, Tartaretus, atque alij conplures. In qua opinione defendenda, tam nugatorias diſtinctiones fabricantur, tam ineptas ſolutiones architectantur, vt ad eas enumerandas iure optimo offenſionem atque faſtidium habere debeam. Æquè itaque ſunt irridendi, ac ſi hominem inſanum, ſobrium: ſtultum, ſapientem: garrulum, elinguem: barbarum, eloquentem: candidum, nigrum eſſe, ſibi defendendum proponerent. Dicamus ergo, ⁹ huius rei (videlicet, Socratem mortuum hominem eſſe) neque Boëtium, neque Auerroëm meminiſſe, neque etiam ex Porphyrio ſatis commodè ſumi.] Valde itaque nobis arridet Burlei interpretatio, licet à Paulo Veneto ſit iniquè reclamata: Socratem ſemper dum exiſtit, hominem atque animal rationis particeps eſſe: ϒ cui accedit Simplicius. [Iam in multis formis ſæpè Differentia cernitur, velut quadrupes in pluribus animantibus Specie differentibus: Species autem, ſola Indiuidua, quæ ſub Specie ſubiecta ſunt, complectitur.] ⁹ Eam hîc Differentiam ſignificat, quæ Genus abſoluit, ideo addidit [ſæpè,] vt cognoſceremus vltimam Differentiam, quæ cum Specie infima reciprocatur, non in multis Formis, ſed in vna tantùm dici.] [Præterea, prior eſt Differentia ea Specie, quæ ex ipſa nominatur. Quandoquidem ſublato eo quod eſt rationis particeps, homo conſtare nullo modo poteſt: at homine ſublato, quod rationis eſt particeps minimè tollitur.] Dicendum eſt, aut Porphyrium ſeipſum ad Platonicorum opinionem inclinaſſe, aut ϛ illum in Generis Differentia verſatum fuiſſe. Nam ſublata Generis Differentia, interimitur Species, at ſublata vnica Specie, cõſtare poteſt Differentia, quia alias ſub ſe Species cõprehendit: vt ſentiendi vis permanere poteſt, corrupto homine, ſublata ſentiendi facultate, tollitur homo.] Aliud autem de Differentia vltima eſt dicendum.

Auicenna.
Aquinat. cõmẽtator.
Albertus.
Dorbellus.
Colonienſes.
Lambertus.
Paulus Vene.
Scotus.
Tartaretus.
⁹ *Louanienſes.*
Boëtius.
Auerroës.
Burleus.
Paulus Vene.
ϒ *Mathiſius.*
Simplicius.
⁹ *Antonius Andreas.*
Paulus Vene.
ϛ *Paul. Vene.*

Sublata enim illius Specie, non remanet Differentia: vt interempto homine, tollitur rationis particeps, licet aduersam tenuerit sententiam Porphyrius, Platonicorum opinionem sequutus. [Præterea, coniungitur Differentia cum alia Differentia. Siquidem quod rationis est particeps, quodq; mortale, in vim naturamq; hominis cõcluduntur. Species autem cum Specie non copulatur, vt aliud inde Genus oriatur.]

‡ *Louanienſ.* ‡ Hic locus ab Ægidio Romano de diuersis Differentijs exponitur, quibus eandem ac vnam re ipsa Differẽtiam circumloquimur, ne plures fere eiusdem rei concedantur. Albertus post Auicennam de ijs intelligit Differentijs, quarum prior vt potentia, posterior vt actus se habet.] Andreas & Tartaretus, minimè contrarias Differentias, cuiusmodi sunt rationis particeps & expers, sed subordinatas Differentias, hoc est superiores & inferiores significari dicunt. Quòd si, quemadmodum Porphyrij exemplа indicant & innuunt, duas Differentias æquè proximas intelligamus, tum hic locus Platonicis, non Peripateticis erit assignandus. Quod verò asserat duas Species tertiam non efficere, in constitutione, quam Formalem vocant, locum habet. ? Non enim rationi repugnat, vt vna Species aliam tanquam materia constituat. Siquidem ternarius binarium numerum, superficies & linea corpus, calor & frigus teporem, hoc est, moderatum calorem vel frigus, efficere dicuntur.] Loquitur igitur Porphyrius de constitutione Dialectica. Est autem cõstitutio Dialectica, vera & pura definitio, & quęcunque in definitione collocantur, sunt illius constitutionis partes. Cũ itaq; diuersæ Species in definitionibus reponi nequeant, quicquid enim est in definitione, est vel Genus, vel Differentia, ideo rectè dixit,

Aegidius Romanus. *Albertus.* *Auicenna.* *Antonius Andreas.* *Tartaretus.*

? *Tartaretus.*

duas Species tertiam non constituere: ac si diceret, ? duas Species in tertiæ Speciei definitione non reponi.] Cui quidem interpretationi fauet, quod postea addit. [Equam enim quandam, si certus asinus cõtrectet. &c. hoc est, quamuis singularis equa, certus & indiuiduus asinus tanquam principia efficientia, ad muli ortum extrinsecus concurrant, quod vulgari quodam versu pronunciari solet,

Ψ *Burlem.*

§ *Coloni. dub. viij. communi.*

Ψ *Burdonem generat ſonipes coniunctus aſellæ,*
Sed mulum generat mixtus aſellus equæ.]

Hinc tamen non efficitur, asinum & equam vniuersam in muli vera germanaq; definitione reponi, cùm ortus rerum singularum non sit Dialectica constitutio. Quamobrem non negat Porphyrius, quin vniuersus equus atque communis asina extrinsecus concurrant, quemadmodum eorum Indiuidua ad materialem, vt ita dicam, muli ortum. Illud enim negare minimè conueniret. Nam licet ortus per se & propriè ad res singulas tantùm spectet, auctore Aristotele, erit tamen necessarium, vt vniuersalia per Accidens & ratione rerum singularum oriantur & cadant. De quo alio in loco erit differendum.

Arist. lib. vij metap. cap. viij

DE COMMVNITATIBVS ET Differentiis Differentiæ & Proprii.

CAPVT XXXI.

Dif-

23229

Differentiæ autem cum Proprio hoc commune eſt, quòd æquè illis participant ea, quibuſcũ cõmunicantur. Æquè enim id omne, quod particeps eſt rationis, eſt compos rationis: & quæ nata ſunt ad riſum, æque nata ſunt omnia. Illud etiam iis commune eſt, & ſemper conuenire & omnibus quæ continent. Quamuis enim animal bipes debilitatum quid habeat, ad id certè ad quod natum eſt ſemper accommodabitur. Et id quod ad riſum natum eſt, etiamſi non rideat ſemper, tamẽ ex eo, ad quod natum eſt, ſemper intelligetur. Differentiæ autem proprium eſt, plerumque in multis formis contineri, vt rationis particeps in angelo & homine dicitur. Proprium autem in vna Specie cuius eſt Proprium: & Differentia quidem ex iis conſequens eſt, quorum Differentia, etſi id viciſſim retrò non commeet. Proprium autem viciſſim etiam retrò commeat, quòd reciprocetur ipſum, & ea quorum Proprium eſt.

Nihil in hoc capite continetur, quod eſt ab alicuius intelligentia & ſenſu diſiunctum, quodq; non ſit in communi hominum prudentia ſitum. Quare ad alia orationem transferamus.

DE COMMVNITATIBVS ET Differentiis Differentiæ & Accidentis.

CAPVT XXXII.

Hoc Differentiæ cum Accidenti commune eſt, quòd in multis dicuntur. Cùm eo etiam, quod ſeparari nõ poteſt, illud commune eſt Differentiæ, quòd ſemper & omnibus, quæ complectuntur, conueniunt. Nam bipes ſemper homini cõuenit, & nigror coruis omnibus. Sed hoc differunt, quòd Formas Differentia cõtinet, nec cõtinetur: (nam & Angelum & hominem particeps rationis complectitur) Accidens verò quodam modo complectitur, quia ſit in multis. Quodammodo continetur, quod non vnum aliquod Accidens, ſed multa recipiant ea, quibus inhærere ſolent. Præterea nec intendi Differentia, nec remitti poteſt: at Accidentia & intenſionem capiunt & remiſſionem. Cúmque contrariæ Differentiæ miſceri inter ſe iungíque non poſſint, tamen contraria ſæpè Accidentia coniunguntur. Ac Differentiæ quidem & aliorum, hę ſunt communitates ac proprietates. Species autem quid à Genere differret & Differentia, dictum eſt tum, cùm quid Genus & Differentia

ferentia

ferentia à cæteris distaret, ostendimus. Restat, vt quid à Proprio & Accidente interſit, dicamus.

[Cum eo etiam quod ſeparari non poteſt, illud commune eſt Differentiæ. &c.] Hic locus non eſt verus in omnibus Accidentibus quæ ſeparari nequeunt, ſed in quibuſdam: Similitas enim eſt Accidens non ſeparabile, ſic naſi aduncitas, attamen omnibus non inſunt. Differentia & Accidens non ſeparabile diuerſa ratione rebus ſubiectis ſemper conueniunt. Differentia enim conuenit ſemper & re & intellectu: Accidentia quæ diuelli nqeueunt, re, non intellectu, ſubſtantiæ ſemper inſunt. ♀ Quamuis autem coruus aliquis candore nitens reperiri poſsit, quod fortuito quodam ortu, aut arte, aliáve de cauſa cõtingit: attamen quatenus coruus ex ſua naturali complexione ſeu conſtitutione conſtat, nigror omnibus coruis & ſemper ineſt.] Atque hac ſignificatione ſumit coruum hoc in loco Porphyrius, cùm nigrorem omnibus ineſſe coruis affirmet. [Sed hoc differunt, quòd formas Differentia continet, nec continetur. &c.] ♀ Continere, vt ex attributorum Communitatibus & Differentijs colligitur, quadruplicem habet ſignificationem: primùm, vnum aliud naturali ſeu eſſentiali ordine continet, vt ſuperiora inferiores naturas, non autem ediuerſò, complectuntur. Deinde, ſignificat actu & intellectu comprehendere aliquid: ſic inferiora continent naturas ſuperiores, quod tamen contrà non contingit. Ad hæc, cùm aliquod Accidens non ſolùm vni ſubiecto, ſed etiam pluribus ineſt: & hac ſignificatione Accidens ſuum continet ſubiectum. Poſtremò, cùm ſubiectum ita aliquod Accidens habet, vt alia etiam ſuſcipere poſsit: atq; eo modo Accidens à ſuo ſubiecto continetur. Duabus vltimis huius vocabuli ſignificationibus hîc vtitur Porphyrius.] [Cùm contrariæ Differentiæ miſceri iungiq; inter ſe nõ poſsint, tamen contraria ſæpè Accidentia coniunguntur.] ♀ Non loquitur hîc de omnibus Differentijs, ſed de contrarijs, quæ Genus diuidunt, cuiuſmodi ſunt, rationis capax, & rationis inops.] Quòd autem contraria Accidentia inter ſe coniungantur, perſpici poteſt in ‡ mediis coloribus, ſaporibus, & tactibilibus qualitatibus, vbi extrema contraria inter ſe confuſa æquè permiſcentur:] ♀ vt album & nigrũ, ex quorum mixtura enaſcitur color medius. Coaleſcit etiam ex calido & frigido temperatus tepor.] ♀ Rubor, pallor, & viridis color, quæ ſunt medij colores ex nigrore & candore, tanquam ex ſubiecto non inhærendi, ſed diſponendi, componuntur. Quemadmodum enim candor & nigror ex primis qualitatibus, tanquam ex ſubiecto diſpoſitionis, fiunt: ſic illi medij colores, ex albore & nigrore, non tanquam ex partibus, ſed tanquam ex ſubiecto diſpoſitionis cõſtituuntur.] Varia ſunt etiam alia exempla, quibus oſtendi poteſt, contraria ſimul coniungi. ♀ In mixto enim, quatuor elementorum qualitates ea ratione qua remittuntur, inhærent. Sic ſi lancea in ſublime feratur, atque eo tempore muſca caſu aliquo per lanceam è ſuperiore parte deorſum veniat, in muſca motus eſt, quo & ſurſum redditur, & deorſum fertur.

♀ *Paul. Vene.*

♀ *Martinus Pollichius.*

♀ *Tartaretus.*

‡ *Mathiſius.*

♀ *Arboreus.*

♀ *Paul. Ven.*

♀ *Aquinatis commentator.*

Opponens.

Homo

23229

Homo est bellua, ergò diuersæ Differentiæ inter se coniunguntur. Obiectio.
Antecedens ita confirmatur. Nihil quod est rationis particeps, differt ab homine, sed quicquid ratione caret, ab eo differt, quod est rationis particeps, ergo nihil quod ratione caret, differt ab homine. Præterea, quicunque dicit te esse animal, dicit verum: sed quicunq; dicit te esse brutũ, dicit te esse animal, ergo quicunq; dicit te esse brutũ, dicit verũ.

Respondens.

Ratio non est legitimè concluſa. † Cùm enim sit lex necessariò in ratiocinationib. ac syllogismis seruanda, vt neq; Medium, neq; aliqua medij pars conclusionem ingrediatur,] hanc argumentationem vitiosè effectam esse nemo non videt. Nam verbum [differt,] quod est medius terminus, non tantùm in maiore & assumpto, sed etiam in conclusione ponitur. ‡ Eaq; de causa hanc rationem in Baroco conclusam non admitti, vsu venire cernimus. Omnis homo differt ab asino, Brunellus non differt ab asino, quia est asinus, ergo Brunellus non differt ab homine. Hæc ratio neq; verè, neq; probabiliter sequitur, quoniam cùm, [differt ab asino,] sit Medium, eius aliqua pars, nempe [differt,] in conclusionem inseritur. Hunc igitur in modum concludenda foret ratio, ergo Brunellus non est homo, quod quidem est satis consentaum. Altera etiam ratio â legibus syllogismo & ratiocinationi impositis discedit. Cùm enim omnis syllogismus ex tribus tantùm terminis constare debeat, illud argumentum peccare videtur, quia in eo quatuor termini reperiuntur. Animal enim in Maiori illud tantùm quod ratione vtitur, in Minori id solummodò quod rationis est expers, significat. Quòd si animal ratione præditum, in vtraque præmissarum intelligas, minor est falsa, si verò rationis inops significari velis, maior enunciatio à veritate est seiuncta & remota.]

Solutio.
† *Tauellus tract. vi. cap. vi.*

‡ *Tauell. tract. vi. cap. vi.*

Opponens.

† Si candor & nigror inter se iungantur, eorum Differentiæ commiscentur, aut igitur contrariæ Differentiæ inter se copulãtur, aut prima illa, videlicet contraria inter se coniungi, tollenda sunt.

Obiectio
† *Paul. Ven.*

Respondens.

Differentiæ cõtrariorum Accidentium inter se permiscentur, non per se, sed per Accidens. Neque permiscentur tanquam partes aut subiectum alicuius tertij, eo modo quo commiscentur Accidentia contraria, sicuti docet Porphyrius, sed inter se quadam præsentia coniungũtur, eo modo quo candor & dulcedo lacti inhærent. Differentiæ verò Specierum disparatarum, cuiusmodi sunt ratione prędituм, & ratione carens, sentiens & non sentiens, nulla ratione inter se copulantur.] Aut dicas, ‡ non esse absonum, Differentias diuidentes contrariorum simul subiecto non inhærere, si modò imperfectæ differentiarum naturæ considerentur; quandoquidem verba Porphyrij de Differentijs categoriæ substantiæ intelliguntur.

Solutio.

‡ *Aquinatis commentator.*

Opponens.

Si

Obiectio. ¶ *Gregorius de Arminio. Aristot. lib. 1. metaphysic.*

¶ Si contraria simul alicui ineſſent, contradicentia eidem vno tempore conuenirent: hoc autem fieri omninò non poteſt, contraria igitur inter ſe non coniunguntur. Prima enuntiatio ex Ariſtotele eſt deſumpta, quæ ratione etiam confirmari poteſt, quandoquidem neceſſariò efficitur, nigrorem non eſſe in ſubiecto, ſi modò candor eidem inhæreat. Quare ſi contraria hæc ſimul inſint ſubſtantiæ, relinquitur, nigrorem ſubſtantiæ ineſſe, & non ineſſe.]

Reſpondens.

Solutio. ¶ *Aquinatis commentator.*

¶ Enuntiatio prima eſſet concedenda, ſi modò duo contraria ſecundum naturas ſuas cõpletas ac abſolutas eidem ſimul ineſſent, id enim à natura abhorret: tametſi non ſit falſitati conſentaneum, vnum eorum perfectè, alterum imperfectè eidem ineſſe. Nec hinc ſequitur, contradicentia de vna re efferri: quoniam vnum tantummodò contrariorum, quod altiores habet radices in ſubiecto, ſubſtantiæ denominationem & appellationem præbet.] Replicatio. § *Iohannes Capreolus.* § Quòd ſi adhuc hæſitaueris, hanc ſolutionem argumentationis vim non omninò delere, quoniam quandoque euenire ſolet, aduerſa æquis quibuſdam gradibus in ſubſtantia reperiri, ideoq; ſimul ſubiectum denominare. Dilutio. Dicendum erit, in corporibus mixtis & concretis vnum cõtrariorum ſemper vigere, & ſubiecto magis ſeu potiùs quàm alterum nomen aſſcribere. Quòd ſi duo contraria æquè ſubiecto ineſſent, nullam ab illis appellationem acciperet ſubſtantia.]

Opponens.

Obiectio. Quæcunque ſe inuicem expellunt, commiſceri nequeunt: ſed contraria ſe inuicem expellunt, ergo inter ſe coniungi non poſſunt,

Reſpondens.

Solutio. ‡ *Aquinatis commentator.* ‡ Contraria eidem ſubiecto in gradibus remiſsis inſunt, quamuis in ſummis inter ſe non copulentur.] Cùm verò dicas, ea quæ ſe expellunt, non poſſe commiſceri: illud quidem verum eſt, eo modo quo ſe exturbant. Contraria in gradibus ſummis, hoc eſt, in perfectis ſuis eſſentijs, ſe inuicem detrudunt: in eiſdem gradibus ſimul alicui non inhærent. *Burlens.* Ex his liquet, Burleum non ſatis accuratè hunc locum interpretatum fuiſſe, cùm dicat, Accidentia ideo permiſceri, non quia ſimul inſunt, vel ineſſe poſſunt, ſed quòd diuerſo tempore ſubſtantijs adſint.

DE COMMVNITATIBVS ET differentiis Speciei & Proprii.

CAPVT XXXIII.

Hoc

23229

HOC igitur Speciei cum Proprio cõmune est, quòd inter se reciprocantur. Nam si quid homo sit, etiam aptũ ad risum erit: & si quid aptũ ad risum sit, homo. Nam sæpè diximus, quod aptum est ad risum, ex eo quod natum sit ad risum, intelligendum esse. Atque etiam illud commune est, quòd æquè conueniunt. Æquè enim & Species insunt in iis quibus cum communicantur, & Propria in iis quorum sunt Propria. Hoc verò differũt, quòd Species aliorũ esse Genus potest, Proprium aliorũ Proprium esse non potest: quodq; Species antè cohæret, quàm Proprium, Proprium Speciei innascitur: sit enim homo necesse est, vt sit aptus ad risum. Cumq; Species semper in subiecta re insit reipsa, Propriũ interdum potentia inest, atque interdum solùm adesse potest. Homo enim semper est Socrates, nõ semper ridet, quanquã semper ad risum aptum animum habeat. Præterea, quorũ definitiones diuersæ sunt, ea inter se differunt. Cùm denique Speciei sit, subesse Generi, de multisque dici in quæstione qua rei natura quęritur, quæque sunt eiusdem Generis: Proprii est vni alicui, eique omni sempérque conuenire.

[Hoc differunt, quòd Species aliorum Genus esse potest, Proprium aliorum Proprium esse non potest.] Quidam aiunt, Porphyrium voluisse Speciem infimam esse Genus topicum comparatione Indiuiduorum. Quia ? Species Indiuiduis comparata, non iam Speciei retinet, sed Generis potiùs accipit faciem. Ad argumentandi rationem nihil propemodum differre videntur, Genus & Species, Species & Indiuiduum.] Nam ϒ omne superius ad suum inferius relatum, faciem Generis induit, & eundem ferè locum in argumentando obtinet.] Sed hæc opinio est parum ad Porphyrij sensum accommodata, vtpote quæ nihil cum Genere topico in vniuersalium communitatibus & differentijs commercij habet. Ad Speciem potiùs interiectam suam accommodat orationem, ϔ quæ hoc modo à quouis Proprio diducitur, quòd nullum Proprium in alias res conueniat: at verò Species intermedia cùm Generis naturam accipit, diuersis rebus necessariò accõmodatur. Atq; licet sensus compos, quod est Proprium Generi cõueniens, homini & bruto attribuatur, nõ tamen dicitur aliorũ esse Proprium, quia illis nõ accidit, quemadmodũ ex diuersis & disparibus naturis constant, sed vt eandem essentiã ex parte animalis habent. At animal est Genus hominis & bruti, non tantùm quia in animali cõueniunt, verùm etiam quia Specie & natura discrepãt. [Quodq; Species antè cohæret, q̃ Propriũ, Propriũ Speciei innascitur: Sit enim homo necesse est, vt sit aptus ad risum.] .i. Species est naturæ ordine suo prior Proprio. Sed hæc sentẽtia condemnanda videtur Peripateticis. In alia enim voluntate est Aristoteles, cùm doceat, ‡ in refutatione videndum esse, an tale aliquid [Proprium] adhibitum sit, quod aut contrarium sit, aut omninò æque antiquũ naturę ordine, aut posterius: neq; enim rectè Proprium ponetur.]

? *Rod. Agricola. i. de inuẽt. cap. vi.*

ϒ *Setonus Cantabrig Gorstius cap. de specie. Erasmus Sarcerius cap. de genere.*

ϔ *Paul. Ven.*

Obiectio

‡ *Arist. li. 1 Topic. cap. 5 6*

Solutio. Niphus in ſuam reſpondendi cõſuetudinem veniens, ait, hunc locum veriſimilem, non autem verum eſſe: quæ quidem reſponſio mihi neq; vera neq; veriſimilis videtur. Louanienſes aſſerunt, ¶ Albertum voluiſſe illud Proprium nõ eſſe congruenter aſsignatum, quòd ſuo ſubiecto cognitione noſtra eſſet poſterius.] Sed omnium falſarum interpretationũ vanitate ac leuitate reiecta, dicamus, ipſius Ariſtotelis teſtimonio commoti, duplex eſſe Proprium, complexum & ſimplex. Illud eſt ſimplex Propriũ, quod ſub quarto Attributo continetur, vt ridens, diſciplinæ capax. Complexum Proprium accipitur vel pro vera definitione, vel deſcriptione aliqua. Ariſtoteles de ſimplici Proprio nõ loquitur, cuiuſmodi Proprium hîc à Porphyrio ſumitur, ſed de cõplexo, hoc eſt, de definitione: quandoquidem illa definitio eſt refellenda, quę Specie definita ordine naturę non eſt prior. Neq; alicui in mentem admirari veniat, quinto Topicorum libro Ariſtotelem quoſdam tradere locos, vel ad definitionẽ confirmandam vel labefactandã, cùm in definitionis tractatione maximè ſexto Topicorum libro verſetur, non eſt, inquam, quòd aliquis huius rei admiratione capiatur: quia cùm Ariſtoteles primus huiuſmodi locorum princeps & inuẽtor extiterit, locorũ ordinem non tam ſuperſtitioſa ſolicitudine obſeruauit, vt diuerſorum prædicatorum locos, ſi res ita poſtularet, vno in libro literis cõſignare recuſaret. Cuius rei locupletiſsimus eſt ipſe teſtis. ¶ Nam & de ijs quæ iam diximus, & de ijs de quibus deinceps dicturi ſumus, hoc ſemel admonere volo, nihil horũ me velle ſubtiliter & accuratè docere, ſed tantùm rudem veluti formam ſubijcere rerum ſingularum. Ego autem ita ſentio, ad hanc artem, quam hoc loco docere inſtituimus, ſatis eſſe rudem quandam ac ſimplicem rerum ſingularum habere cognitionem.] Atque vt apertiùs illam tibi dubitationẽ eximamus, ipſius Ariſtotelis verba proferre non grauabor, quibus in libro quinto Topicorũ docet, Proprium illud eſſe deſtruendũ, cuius nulla pars in rei natura dicitur, quod ſanè de complexo Proprio eſt intelligendum. § Coniunctus huic locus eſt in reprehenſione & refutatione, cùm Proprium datur, cuius nulla pars quid res ſit explicet. Oportet enim vt in definitionibus, ſic in proprijs primùm Genus exprimi, deinde iam hoc pacto adiungi cętera, quæ ſeparant atque ſeiungunt. Non igitur rectè Propriũ ponetur quod non eo modo ſtatuetur: vt ſi quis Proprium animalis dicat, animum habere, non ponet in quæſtione naturæ animal: ex quo ſequetur animalis Proprium non rectè poſitum eſſe. In confirmatione autẽ conſiderandum, an collatum ſit aliquid, quod in quęſtione naturæ dicatur de eo cuius Proprium ponitur, & ita demùm adiungantur cętera. Hac enim in parte rectè Proprium datũ erit: veluti ſi quis Propriũ hominis ponat, animal ad ſcientiam & cognitionẽ natum, is & Proprium quod in quæſtione naturæ aliqua ex parte poſitum eſt, dabit, & ea ex parte, hominis Proprium rectè explicabit.] [Cumq; Species ſemper in ſubiecta re inſit re ipſa, Proprium interdum potẽtia, atq; interdum ſolum adeſſe poteſt: homo enim ſemper eſt Socrates.]. i. Socrates ſemper eſt homo: [nõ ſemper ridet, quanq; ſemper ad riſum aptũ animũ habeat.] Species hoc modo à Proprio differt, q; Species ſemper actu in ſuis Indiuiduis ineſt, Propriũ interdũ actu, ſemper potẽtia ſubiecto inhæret.

Niphus lib. 5 topic. lo. ix.

¶ Louanienſes lib. 5. topic. Albertus.

Ariſt. lib. i. Top. cap. iij. Proprium eſt duplex.

Obiectio.

Solutio.

¶ Ariſt. li. i. Top. cap. i.

§ Ariſt. li. 5. Topic. cap. ij. loco xiiij.

Species à Proprio quomodo differt.

Notan-

23229

Notandum eſt, hanc propoſitionem, (Proprium ſemper actu non inest) bifariam intelligi: vno modo, vt naturalis & inſita vis ea non actu ſemper inſit in ſubiecto, & ea ratione non eſt accipiendus Porphyrius: omne enim Proprium actu ſuo ſubiecto inhæret. Alio modo, vt ſubiectum exerceat operationem ſeu actum illius naturalis propenſionis, eaq; ſignificatione Proprium non ſemper actu in Specie reperitur. Quamuis itaq; ridendi vis ſemper actu homini adſit, non tamen idcirco homo actu continuò ridere eſt iudicandus.

Opponens.

Species actu ſemper in ſuis Indiuiduis non cernitur, quòd de Sole, Luna, & mundo perſpici poteſt: Sol enim actu & re vera in vnico tantùm Sole dicitur: Species igitur rebus ſubiectis ſemper actu non conuenit. Obiectio.

Reſpondens.

Porphyrius de illis loquitur Formis, quibus plura actu ſubijciuntur Indiuidua. Nam Species ea de cauſa à Proprio ſeparatur, quòd Species actu in ſuis Indiuiduis re vera & actu permanentib. reperiatur: at verò quamuis ſubiectum, in quo eſt Proprium, actu exiſtat, non tamen aliqua neceſsitate requiritur, vt ei Proprium actu inhæreat, ſed ſatis eſt, ſi modò facultas inſit. Solutio.

Opponens.

? Homo non ſemper aptum habet animum ad ridendum, quod ita probatur: Quicunq; nequit ridere, aptũ nõ habet ad ridendum animũ, ſed eſt aliquis inter homines qui ridere non poteſt, quod facilè quidem in illo cernitur, qui propemodum morte conſumitur, aut tantis doloribus opprimitur, vt nulla ratione ridendi actum exercere valeat. Obiectio. ? *Paul. Venet.*

Reſpondens.

Quemadmodum ars ſcribendi vel pulſandi eſt quædam potentia ex multis operationibus acquiſita, & ad primam qualitatis Speciem pertinet: ita facultas ridendi, eſt quædam potẽtia naturaliter innata, in ſecunda qualitatis Specie cõprehenſa. Quemadmodum igitur quiſpiam vim & facultatem ſcribendi & pulſandi habet, & quia inſtrumẽtis vel manibus caret, ideo ſcribere vel pulſare nõ poteſt: ita aliquis habet potentiam ridendi, qui tamẽ riſum facere non poteſt, quia organũ paratũ & in promptu non habet, quod nihil aliud eſt quàm potentia mouendi faciem. Vt ergo ad ſcribendum & pulſandum duas requirimus facultates, quarũ altera eſt ars in animo ſita, altera eſt habitus in manu exiſtens: ita ad riſum duæ poteſtates concurrunt, altera naturalis aptitudo appellatur, Speciei tanquam ſubiecto inhærens, altera eſt quidam habitus in re ſingulari ſecundum faciem veluti in ſubiecto permanẽs. Homo ſemper ridendi habet poteſtatem, ſi Speciei, non ſi Indiuidui potentiam intelligamus.] Solutio;

Opponens.

Si homo ſemper ridendi potentiam habeat, aut propinquam, aut remotam, Obiectio.

motam: est autem minimè cõsentaneum, potentiam habere remotam, propinquam igitur habebit: ea autẽ est conditio potentię propinquæ, vt quouis tempore in actum venire valeat. Quare si homo potentia propinqua ad risum sit aptus, eo tempore quo lamentatur, etiam actu ridere potest, quo nihil potest esse magis repugnans.

Respondens.

Solutio. Homo potentiam habet propinquam, vt actu quouis tempore rideat: cùm verò in argumentum sumatur, eo tempore quo quispiam lachrymas profundit, actu & in veritate ridere posse, illud quidem non grauatè & repugnanter damus, quoad naturam Speciei, in qua nullus est defectus, sed in fletu, qui risui aduersatur. Quare Plato vt est homo, actu semper ridere potest, & idcirco propinqua ridendi potentia ei est insita, licet aliquid impedimenti habere possit. [Præterea, quorum definitiones diuersæ sunt, ea inter se differunt.] Sed Speciei & Obiectio. Proprij definitiones diuersæ sunt, ergo inter se differunt. ? Quæres *? Colonienses dubio. x. & Paulus Vene.* forsan, cur separet Porphyrius Speciem à Proprio per eorum definitiones potiùs quàm cætera vniuersalia, quandoquidem cætera omnia attributa definitione inter se discrepant? Respondemus, eam ideo rationem Porphyrium fuisse sequutum, quia tanta est communitas & affinitas inter Speciem & Proprium, vt inter se reciprocentur: ne igitur eam ob causam aliquis sibi persuaderet, Speciem & propriam passionem natura non separari, ideo vtraque hæc per illorum definitiones secernit atque seiungit. Soluuo.

DE COMMVNITATIBVS ET Differentiis Speciei & Accidentis.

CAPVT XXXIIII.

HOC autem commune Speciei cum Accidente est, quòd in multis dicuntur. Raræ autem sunt aliæ communitates, quòd id quod accidit, & id cui quid accidit, distent inter se plurimùm. Proprium autem Speciei est, in quæstione qua quid quicque sit quæritur, de iis dici, quorum est Species: Accidentis autem, in ea qua quale quid sit, aut quomodo affectum sit. Illud etiam Speciei proprium est, quòd vniuscuiusque rei natura vnius est formæ particeps: multorum verò Accidentium, & eorum quæ separari possunt, & eorum quæ non possunt. Præterea, Species antè intelliguntur quàm Accidentia, etiamsi non possint seiungi, (rem enim subiici oportet, vt ei quid accidat) Accidentia verò posteriùs nascuntur, habentq; naturam suam omnem in substantia cohærentem. Speciei etiam æqua est parq; communio: Accidentium, etiam eorum quæ seiungi non possunt, non item. Quoniam Æthiops alius alio colore nigro

23229

nigro potest magis minúsve imbui, & infici. Nunc superest, vt de Proprio & Accidente differamus. Quid enim Proprium à Specie, quid à Differentia & Genere differret, diximus.

[Proprium autem Speciei est, in quæstione qua quid quícque sit, quæritur, de ijs dici, quorum est Species: Accidentis autem, in ea qua quale quid sit, aut quo modo affectum sit.] Sunt qui colligunt ex hoc loco, Accidens Differentiæ definitionem sibi assumere, cùm Accidens de multis in quale quid dicatur. Sed sensum Porphyrij satis conuenienter non attingunt, nam [quid] hoc in loco non significat aliquam essentiæ partem, sed subiectum, in quo situm est Accidens. [Accidentis autem in ea qua quale quid.] id est, Accidentis est Proprium in ea quæstione dici, qua quæritur, quale sit quid, hoc est, quale sit aliquid, non quale quid sit aliquid. [Illud etiam Speciei proprium est, quòd vniuscuiusque rei natura vnius est formæ particeps, multorum verò Accidentium.] Vnum aliquod Indiuiduum tantùm sub vna Specie infima continetur, sed eadem substantia singularis diuersa Accidentia habere potest. Vt idem Socrates, est quantus & qualis, pater & filius, agit & patitur.

DE COMMVNITATIBVS ET Differentiis Proprii & Accidentis.

CAPVT XXXV.

COmmune est illud Proprio cum Accidenti indiscreto, quòd illa in quibus cernuntur, constare sine ipsis nullo modo possunt. Vt enim constare homo sine eo nõ potest quod ad risum aptũ sit, sic esse sine nigro colore Æthiops nullo pacto potest. Et quẽadmodum in iis omnibus quorum est Proprium, & semper inest Proprium, ita Accidens quod seiungi non potest. Hoc verò differunt, quòd Proprium vni modò Speciei conuenit, velut homini id quod ad risum aptum est: Accidens autem quod seiungi non potest, velut niger, non solùm Æthiopi conuenit, sed coruo etiam, & carboni, & ebeno, aliisque nonnullis. Iam Proprium, & id cuius est Proprium, reciprocantur, in omnibúsque æquè inest Proprium: Accidens autem id quod separari non potest, non reciprocatur. Propriorum etiam æqua est párque communio, Accidentium alia maior, alia minor. Sunt præterea aliæ multæ Communitates & Proprietates eorum omnium quæ adhuc commemorauimus, sed hæ satis multæ sunt, ad ea discernenda, eorúmque inter se comprobandas Communitates.

[Commune eſt illud Proprio cum Accidenti indiſcreto,]id eſt, non ſeparabili, [quòd illa in quibus cernuntur conſtare, ſine ipſis nullo modo poſſunt.] Antequam verba Porphyrij explanauerò, libet hîc breuiter quæſtiunculam pertractare, quæ in Proprij neceſsitate verſari ſolet, hoc eſt, an Proprium tanta neceſsitate cum ſubiecto copuletur, vt abſque eo ſubiectum nequeat cogitatione comprehendi. De qua controuerſia inter omnes interpretes minimè conuenit. Auguſtinus Hunæus atteſtatur, ¶ definiri in vltima (Accidentis) definitione Accidens quod eſt quintum vniuerſale, & ſolum: priores duas definitiones etiam Proprium quarto modo comprehendere. Nihil enim aufert eſſentiæ is, qui Propria intelligit abeſſe, propterea quòd in rei eſſentia non includatur.] Cui ſuffragatur illud Grouchij: Quia extra rei eſſentiam omne Proprium eſt, totam rei eſſentiam mente concipi abſque Proprio. Sic ergo adeſt Proprium, vt cogitatione poſsit abeſſe, abſque eo vt rei eſſentia tollantur.] § Cùm enim id quod prius eſt ſine poſteriori intelligi poſsit, Propriumq; ſuo ſubiecto poſterius eſſe vnicuique pateat, ideo intellectus hominem abſque ridendi facultate concipere poteſt.] Exactè inſuper eſt conſiderandum, ‡ non ſeparabile tribus modis accipi: primò, tanquam res contradicens, quod nullo modo ſeparari poteſt, nec re, nec ratione: vt hominis differentia, qualis eſt, rationis capax: alio modo, quaſi quiddam priuans, quod non re, ſed ratione ſeparari poteſt: & ſic Proprium, vt ridens, eſt non ſeparabile. Tertio modo, contrariè, quod & re & ratione ſeparabile eſt, ſed difficulter: & proinde non ſeparabile dicitur, quod contrariam habet qualitatem. Hæc ferè Boëtius.] Verùm, huiuſmodi homines non ſatis accuratè & ſubtiliter Proprij perſpiciunt ac perſequuntur rationem: quid enim eſt tam repugnans, quàm aſſerere Proprium neceſſariò profluere à Speciei natura, ſi modò cogitatione atq; intellectu à Specie diſtrahatur? Reſpondebis, hoc idcirco contingere, quia Species actu abſque Proprio nequit permanere. At eam vim Accidenti ineſſe, vſu & experientia monemur. Quis, quæſo, affirmaret, hominem actu extare poſſe, ſine quantitate, calore vitali extincto, primis denicq; qualitatibus ſublatis? Quamobrem Accidentia æquè neceſſariò ac Propria ſuis conueniunt ſubiectis, quod quidem eſt erroris & vanitatis plenum. Dicamus igitur, ¶ propriam paſsionem, vt ridendi vim, ſui ſubiecti ſubſtantiæ inſitã, quodammodò eius ſubſtantiam confirmare, à qua diſiungi non poteſt, nec re, nec cogitatu, niſi ſubiectum corrũpatur.] ¥ Repugnat enim principijs eſſentialibus Speciei, vt quis propriam paſsionẽ à ſubiecto abeſſe intelligat, quia ex illis, tanquã ex neceſſarijs cauſis profluit.] ¿ Accidentia aut quantumcunq; videantur ad rei ſubſiſtentiam neceſſaria, nõ tamẽ fluunt à principijs eſſentialib⁹ Speciei: quare non neceſſariò debent ſubiectis adeſſe, poſſuntq; abeſſe ſubiectis, abſque eorum interitu, quantum ex parte naturæ Speciei. Quemadmodum coruo, quantum ex parte ſuæ naturæ, non eſt neceſſarius color niger, neque cygno albus. Sic quælibet Accidentia, quoad ipſam naturam humanam, abeſſe poſſunt. Vt enim Petrum intelligam ſub hominis ratione, non opus eſt cogitare, quòd vllum ſenſum habeat: ſed ſufficit, quòd ipſum vt animal rationis capax conſiderem.

Subiectum an eſſe ſine Proprio poteſt.

¶ *Hunæus ca. de accidẽt.*

§ *Paul. Ven. li. i. de demõ.*

Proprium eſt ſubiecto poſterius.

‡ *Raianus in explic. cap. x. prædic. Cæſarij*

Boetius.

Proprium cur neceſsariò dicitur cõuenire

¶ *Arborem. ca. de accidẽte*

¥ *Louanienſes ca. de acciden.*

¿ *Titilm. cap. xxiij. prædic.*

Antonius De mochares li. i. top. in explic. cap. iiij.

At

23229

At verò ſine iniuria naturæ, Speciei proprietatem naturalem abeſſe intelligere non poterimus. Velut qui hominem intellígit, vt non aptum ad riſum, aut non diſciplinæ capacem, ſine humanæ naturæ iniuria id non facit. Cùm enim ex ipſius eſſentialibus principijs naturaliter & neceſſariò hæ proprietates effluant, fieri non poteſt, vt abſque Speciei naturæ iniuria, quodcunque hominis Indiuiduum imaginemur ſubſiſtere, & ſimul ipſum non eſſe ad riſum aptum, aut diſciplinæ capax. Cæterùm, ſi intelligam Petrum vt non habentem qualitatem aliquam huiuſmodi quæ tactus nominetur, aut non habentem naturalem calorem, nulla in hoc eſt repugnantia, aut iniuria humanæ naturæ: quemadmodum cùm cygnum imaginor nigrum, nulla fit cygni naturæ iniuria.] Sed vt extremum habeat aliquod oratio noſtra, quæ ſententia omnibus Dialecticis ſit ſequenda, vno aut altero verbo concludam. Differentia, Proprium, & Accidens, hac ratione ſecernuntur, quòd Differentia, nec re, nec cogitatione, à Specie, quam abſoluit, ſeparetur: Proprium quadam ex parte, intellectu videlicet ſimplice: Accidens, compoſito. Exempli cauſa: ♀ Rationis particeps, neque actu, neque mente, ab homine remouetur. At poſſum hominem cogitatione complecti, quamuis ridendi facultatem in animo non habeam, non tamen illa naturali procliuitate carentem: at deſigere licebit cogitationem in coruo, non ſolùm nigrore vacuo, verùm etiam candido colore nitente.] Huic Ariſtoteles teſtimonio eſt: ♈ Si poſitum eſt Accidens id, cui quid eſt contrarium, videndum eſt, idémne ſit contrarij & Accidentis ſubiectum. Eadem enim res vim habet ad recipienda contraria.] Quæ quidem verba de omnibus Accidentibus aduerſis ſunt intelligenda: licet aſſerat Niphus, idq; ex Alexandri ſententia, ♑ eum Ariſtotelis locum eſſe verum, ſi contrarium Accidens naturaliter non inhæreat, vt nigror coruo, candor niui.] Valet igitur ille locus in quauis ſubſtantia, ſi naturam Dialecticam tantùm, & non complexionem ſeu Phyſicam conſtitutionem intelligamus. Nulli enim ſubſtantiæ, quatenus ſubſtantia eſt, repugnat contraria habere Accidentia: vt ignis, ex ea parte qua ſubſtantia eſt, calorem & frigus recipere poteſt: licet quoad naturalem & phyſicam conſtitutionem, ‡ fieri non poſsit, vt ignis ſit frigidus.] Ita fœlix, quoad ſuam ſubſtantiam, ærumnis & miſerijs premi poteſt, licet tantum non habeat viuendi ſpacium, vt omnes amittat virtutes, & omni vitiorum genere, quæ ſimul ei ineſſe poſſunt, deprauetur. Ratio etiam Niphi parum aut nihil habet ponderis, qua probare conatur, Deum poſſe mortem obire, quia vita fruitur: quandoquidem locus Ariſtotelis auctoritatem habet in Accidentibus, at vita Dei non eſt Accidens, neque alicuius Categoriæ aut attributi terminis circumſcribitur, cùm ſit inexhauſta, interminata, infinita, quemadmodum ipſe Diuinus Spiritus eſſe creditur. Sed iam ſentio me longiùs eſſe prouectum, quàm propoſita ratio poſtularet, ad propoſitū reuertar. Vides tandem, Proprium cum Specie natura tam neceſſarijs vinculis coniunctum eſſe, vt Proprium ad Speciem (quemadmodum cætera omnia Accidentia ad ſua fundamenta ſubiectáque)

Differētia nulla ratione ſeparatur à Specie.

♀ *Aquinatis commentator. cap. de differ.*

♈ *Ariſt. lib. ij Top. cap. iij.*

Alexander Aphrodiſeus

♑ *Niphus li. ij Top. cap. iij.*

Subſtātia quo modo contraria ſuſcipit.

‡ *Ariſtot. in categor. cap. de contrarijs.*

Niphus lib. ij. topic. cap. iij.

Deus eſt infinitus.

tanquam ad miniculum adnitatur, & vt Species Proprio ſuo ſpoliata, mente non omnino comprehendatur. Cùm autem aduerſarij argumẽtis proſequantur, poſterius ei quod prius eſt, interitum non afferre, at Speciem priorem eſſe Proprio, eam proinde à Proprio non interimi.

Obiectio.

Reſpondemus, [†] poſterius tanquam cauſam nõ euertere id quod præcedit, ſed tanquam quiddam neceſſariò ex eo quod prius eſt, illiúsque principijs neceſſariò manans. Quia igitur Species & Propriũ eadem habent principia, Proprio extincto, eius deſtruantur principia opus eſt, quibus euerſis, nullum Speciei veſtigium relinquitur.] Quamobrem [‡] prima illa argumentationis enuntiatio, vires & momentum habet, quoties prius & poſterius nullo neceſſitatis vinculo inter ſe colligantur.] Hæc ſi tenuerimus, quę mihi quidem non videntur poſſe cõuelli, facilíùs multò præſentem Porphyrij communitatem cognoſcemus. Primùm ergo neceſſe eſt, vt in memoriam principiorum, tam Proprij quàm Accidentis veniamus, Proprium à natura Speciei, Accidens à conſtitutione ſeu complexione Indiuiduorum proficiſci. Quẽadmodum itaque natura Speciei ſine Proprio conſtare nequit, ita ſubiectum Accidentis in complexione ſua naturali conſideratũ, ſine Accidenti indiſcreto, vel non ſeparabili, nullo modo extare poteſt. Quãuis enim natura Dialectica corui ſine nigrore poſſit animo comprehendi, ſi tamen in coruum naturali complexione imbutum, cogitationem abijcias, nigrorem ab eo, nec re, nec intellectu ſeparare valebis. Quare Proprium neceſſariò Speciei principijs cõuenit, Accidens verò minimè, [§] niſi per Accidens & ratione propriæ paſſionis, cóq; magis ſi Proprium in ſecunda qualitatis Specie reponatur: tum enim ratione Proprij qualitas neceſſariò in Speciem cadit, licet per ſe ex neceſſitate Speciei naturam non comitetur.] [Hoc differunt, quòd Proprium vni modò Speciei conuenit, velut homini id quod ad riſum aptum eſt: Accidens autem, quod ſeiungi non poteſt, velut niger, nõ ſolùm Æthiopi conuenit, ſed etiam coruo & carboni, & ebeno, alijsque nonnullis.] Hic locus non eſt generatim intelligendus: poſſunt enim eſſe quædam Accidentia, quæ reſpectu multorum ſubiectorum non ſunt Accidentia inſeparabilia. Quòd nigrum ſit non ſeparabile Accidens carbonis, non videtur Louanienſibus veriſimile, [‡] cùm videmus carbonem incenſum rubrum apparere & candeſcere. Sed dicendum eſt, ſenſum cùm carbonem accenſum iudicat eſſe rubrum, falli. Non enim ibi verus eſt rubor, qui conſpicitur, ſed phaſma potiùs, ſeu apparitio quædam falſa, eo quòd particulę ignis in poris carbonis receptę, ruborem mentiantur, lucidum enim per nigrum viſum, rubrum appareret, ſicut in phyſicis oſtenditur. Eius rei confirmatio poteſt eſſe, quòd extincto igne, priſtinam carbo nigritiem obtinere conſpicitur.] Atq; ſi carbo etiam re vera ruborem habeat, nõ eſt, quòd vllo vrgeatur Porphyrius incommodo, quandoquidem frigus eſt non ſeparabile Accidens, cùm ad aquam refertur, licet aqua ratione ignis caleſcat. Dicendum eſt igitur, eorum accidentium, quæ non ſeparantur, duo eſſe genera: alia ſecundum præſentiam, & illa actu ſuis inſunt ſemper ſubiectis, quamdiu ſubiecta exiſtunt, vt calor naturalis: alia verò ſunt non ſeparabilia ſecundum cauſam, hoc eſt, quæ actu aliqua violentia ſeparari

Obiectio.

Solutio.

[†] *Aquinatis commentat. in cõmunitat. & differẽ Speciei & Proprij.*

[‡] *Iohãn. Duns Scotus. ij. di. ſen. iij.*

Propriũ quomodo oritur.

Nigror quãdo à coruo non ſeparatur.

[§] *Petri Hiſp. commentator. ca. de propriõ.*

Qualitas per Accidens neceſſariò cõuenit Speciei.

Obiectio.

‡ *Louanienſes*

Hic locus in vltima impreſſione Louanienſibus relinquitur.

Soluuo.

Accidentia inſeparabilia ſunt duplicia.

23229

rari possunt, sed tamen violentia ad nihilum redacta, rursus ad subiectum, ratione alicuius causæ naturalis subiecto innatæ, redeunt: vt frigus aquæ est Accidens non separabile, & tamen actu abest, quoniam aqua ratione ignis calorem recipit: quòd si calida aqua ab igne detrahatur, paulatim ad suum pristinum frigus redit. ♀ Sic lapides, & siqua alia mittuntur tormentis, supra se & in sublime posita disijciunt, non proprio impetu, sed eo qui iacentium violentia ipsis est intortus. Itaq; non est diuturna vis istarum, sed remittuntur, franguntq; quantū possunt, inditum sibi conatum, & statim redduntur naturę suę.] Deorsum ferri naturaliter inest lapidi, & ab eo violentia quadam interdum remouetur. Quamuis igitur nigror carbonis, non sit Accidens inseparabile secundum præsentiam, est tamen secundum causam, quia extincto igne, nigrorem recipere solet. Verùm nigror Æthiopis, corui & Ebeni Accidens non separabile secundum præsentiam habetur. ♈ Est autem Ebenus arbor, quæ in India nascitur, cuius lignum nimio sui nigrore resplendens, oculis pergratum esse perhibetur, suisq; regibus huius ligni tributum Persæ pendere solent.] Huius arboris meminit Plinius. ♉ Ferunt eam amputatā ad lapidis duritiem peruenire, eamq; vim sibi insitam habere, vt igni nequeat exuri: In quam sententiam factum est illud: *Ebenus est arbor, quam nullus concremat ardor.*]

♀ *Rod. Agri. li. i. cap. xiij.*

♈ *Arboreus.*

Ebenus quid.

Plinius lib. xij cap. iiij.

♉ *Aquinatis commentator.*

[Iam Proprium & id cuius est Proprium, reciprocantur, in omnibusq; æquè inest Proprium: Accidens autem id quod separari non potest, nō reciprocatur.] Reciprocatur aliquid dupliciter, aut re vera, aut intellectu: Proprium cū Specie re ipsa & intellectu reciprocatur, Accidens re quandoque, nunquam intellectu. Vt omne corpus cōcretum est re vera coloratum, licet, quod sæpiùs est inculcatum, quoad intellectum vicissim non dicatur. Corpus enim in animo potest imprimi, quamuis coloratum in cogitatione non existat. Nolo hic moram lectori afferre in illorum erroribus refellendis, qui volunt coloratum vim Proprij obtinere, vt de quibusdam meminit Arboreus & Demochares, quod à veritate multum abest, quia ‡omne Proprium subiecti formam sequitur.] ♀ A materia enim non potest prouenire, (licet in ea sit sententia Iauellus) quia interdum materia aliquid impedimenti & defectus habere solet.] Sed in Attributorum communitatibus & differentijs satis diu versati sumus: quandoquidem ♈ quæ perspicua sunt, longa esse non debent.]

Reciprocatio est duplex.

Arboreus cap. de proprio. Demochares lib. i. Topicō.

‡ *Antonius Andreas cap. de proprio.*

♀ *Versor cap. de proprio. Iauellus cap. de proprio.*

♈ *Cicero li. iij. de finibus.*

AN SINT QVINQVE numero Attributa.

CAPVT XXXVI. QVAESTIO XIX.

IN quorundam fortaſſe offenſionem incurrere videbor, quòd cùm homines egregia quadam exercitatione in Dialectica has, quas hic propono, quæſtiones, in ipſo vniuerſalium introitu tractent, eas in hunc locum differendas eſſe ſtatuerim. Quòd ſi de inſtituti mei ratione acriùs & attentiùs cogitauerint, me quidem nihil habere offenſionis facilè dijudicabunt. Quid quęſo emolumenti afferret, ad abſtruſas has de attributis quæſtiones, diſputationes conferre, vſque eò, dum quid eſſet Genus, qualem haberet naturam Species, quo pacto definiretur Differentia, quæ vis Proprio, quæ Accidenti deſcriptio eſſet accommodanda, cognitum & exploratum haberemus? Verùm quantò magis in ordine obſeruando illorum reprehenſiones pro nihilo puto, tantò minùs in eiſdem remouendis curam & induſtriam collocandã eſſe duco. His igitur omiſſis, in huius controuerſiæ explicationem aliquid laboris ponamus. Quanquam autem dubitationem non habet, vnamquamque rem vniuerſam aliquo horum quinque Attributorum numero (Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens intelligo) clauſam & concluſam eſſe: ne quid tamen prætermittamus, rationes quoque cur hoc ita ſit, afferendas eſſe puto. ? Vnumquodque Vniuerſale eſt in multis, & de multis dicitur: in multis tamen ita cohæret, aut vt ſit ex illorum natura, aut in eos temerè & fortuitò cadat. Quòd ſi in rerum ſubiectarum natura ac eſſentia cernatur, illud huiuſmodi erit, quod aut informari poſſit, & è ſua deduci confuſione, cuiuſmodi eſt Genus, vel quod rem informat, vt Differentia, vel denique quod formatur, quale quiddam eſt Species: eſt enim Genus potentia, Differentia actu principium, ex quibus ſimul conflatis & conglutinatis, Species efficitur & componitur. Quòd ſi extra rei naturam ſit, aut in Speciem primùm cadat oportet, quod Proprium appellatur, aut in res ſingulas, vt Accidens.] Vel ſi mauis, hãc accipe rationem. ϒ Omne Vniuerſale aut in quid, aut in quale dicitur: ſi in quid, aut de differentibus Specie, & ſic eſt Genus: aut de numero differentibus dicitur tantùm, & ſic eſt Species: ſi verò in quale aut in rei eſſentia dicitur, & ſic habetur Differentia, aut in quale, quod fortuitum eſt, atque hoc vel neceſſarium & erit Proprium, vel contingens, quod erit Accidens.

? *Albert. & Coloni. in proœmio vniuer.*

Genus & Differentia quo modo ſunt principia.

ϒ *Louanienſes in proœmio vniuerſal. & Arborem.*

Opponens.

Obiectio ϛ *Paul. Ven. in proœmio vniuerſa.*

ϛ Sunt plura quàm quinque Attributa, quia ipſum Vniuerſale in quinque Attributa diuiditur, quare præter illa ſextum eſt Attributum conſtituendum.

Reſpondens.

Solutio.

Ratio non eſt ſatis exquiſita. Nam quemadmodum hæc concluſio minimè eſt neceſſaria; homo eſt Species, & nullus homo ſingularis eſt Species,

23229

Species: ergo aliquis est homo, qui non est homo singularis. In hoc argumento cõmutatur significatio. Cùm enim dicitur, homo est Species, verbum (homo) simplicem habet significationẽ. Similiter in hac enunciatione, vniuersale in quinque Attributa diuiditur, vocabulum (vniuersale) simpliciter suã absoluit significationem: in illa verò, nullũ horum vniuersaliũ in alia quinq; distribuitur, subiectum, Personalem (vt prisco vtamur vocabulo) præ se fert sententiam. Quamobrem vt hæc inter se cõueniant, animal est Genus, & nullum animal est Genus: ita hæc non pugnant, vniuersale in quinque Attributa diuiditur, & nullum vniuersale in quinque distribuitur Attributa.

Opponens.

Decem sunt Categoriæ, decem igitur sunt Attributa: nam Categoria nihil aliud est quàm collocatio seu dispositio Generum, Formarũ, & rerum singularum. Obiectio. Categoria quid.

Respondens.

Ratio est neganda, quandoquidem decem Categoriæ sub quinque Attributis continentur. Vt igitur has & eiusmodi rationes facilius refellere valeamus, vnam huic quæstioni cautionem & prouisionẽ adhibere non recusabo. Quæstio de vocibus, non de rebus, proponitur. Non enim in dubium vocatur, an sint tantùm quinque res vniuersæ, hæc enim quęstio nihil habet difficultatis, cùm vnicuiq; liquidò cõstet, decem esse prima Genera, sub illis Genera interiecta, Species etiam numero nobis infinitas comprehendi. Sed hoc potiùs in cõtentionem venit, an omnis illa res cui natura vniuersalis est insita, sub Genere, Specie, Differentia, Proprio, & Accidente contineatur. Cùm itaq; dicatur, decẽ esse prima rerũ capita, pinde vniuersalia tã magno numero debere claudi: illud necessariò non efficitur, quandoquidem ratio à vocibus, de quibus quæstio proponitur, ad res digreditur. Quòd si aptè de controuersia hoc argumento disputaueris, ita cõcludere oportebit: Decem sunt Categoriæ, ergo omnia vniuersalia sub quinque his vocibus non reponuntur: quo quid concludi potest obtusiùs? Solutio.

Opponens.

Genus summum, & Genus interiectum, diuersa efficiunt attributa: ergo sex sunt constituenda. Obiectio.

Respondens.

Genus primum & intermedium non sunt diuersa Attributa, quandoquidem Genus interiectum, vt illam habet comparationem, in Attributis non collocatur. Vniuersale ad inferiora, at Genus interiectum ad superiora refertur. Solutio.

Opponens.

? Duo sunt tantùm Attributa aduentitia, ergo duo sunt tantùm Attributa essentialia: vel tria sunt vniuersalia in rerum subiectarum natura, tria igitur sunt extra eandem essentiam permanentia. Obiectio. ? *Colonien. in prœmio vniuers. dub. 1.*

Respon-

Respondens.

Solutio. Argumentum est infirmum. Sunt enim tria vniuersalia essentialia, propter triplicem naturæ rationē, quę aut informari potest, cuiusmodi est Genus: vel informat, vt Differentia: vel informatur, vt Species. At cùm naturæ fortuitæ quæ foris sunt, vel à formis & speciebus, vt propriæ passiones: vel ab Indiuiduis, vt Accidentia, proficiscantur, idcirco duo duntaxat vniuersalia fortuita & aduentitia sunt statuenda.]

Opponens.

Obiectio. Sunt tantùm duo Attributa, quinque igitur non sunt. Genus & Species sunt Attributa, & tantùm sunt duo, ergo duo sunt solummodò vniuersalia.

Respondens.

Solutio. Ratio est fallax, cùm nō inde effici possit omnia vniuersalia tantùm esse duo, sed quædam inter eadem reponi, quæ maiorem numerum minimè constituunt. ¶ Eodem etiam modo est hæc ratio refellenda: Duo sunt Attributa, & non plura: ergo nō sunt quinque. Duo sunt & vnū, sed vnum non est plura, ergo plura non sunt. Hæc ratiocinatio non rectè cohæret: ita enim esset concludenda, ergo duo sunt Attributa, & aliquod quod nō est plura, est Attributum. Neq; hæc enuntiatio omni ex parte est vera: duo sunt & vnum, id admitto: non tamen concedo, esse duo Attributa, & tantummodò vnum. Nam præter illa tria, etiam Proprium & Accidens locum sibi in vniuersalium numero vendicāt.]

¶ *Colonienses in proœmio vniuersal. dub. ij.*

Opponens.

Obiectio. ¶ Differētia quæ Generis, & Differētia quæ Speciei est procreatrix, eisdem dicendi rationibus separantur, quibus Genus & Species: nam Genus de multis Formis, Species de Indiuiduis dicitur: ita Generis Differentia de diuersis Speciebus, at verò Speciei Differētia de rebus singulis enuntiatur: sed Genus & Species diuersa sunt Attributa, diuersa igitur vniuersalia Generis & Speciei Differentia efficiunt.

¶ *Aquinatis cōmēt. in proœmio vniuers.*

Respondens.

Solutio. Genus & Species non idcirco tantùm diuersa constituunt vniuersalia, quòd hæc solummodò in rebus singulis, illud in formis dicatur: verùm etiam quòd Genus inferioribus essentiam, quæ informari possit, Species verò rebus subiectis naturam informatam impartiatur. At vtraq; Differentia formam Formantem inferiorib⁹ attribuit.] Eodem etiā addendum est, Speciem tantùm de Indiuiduis dici, at Speciei Differentiam non solùm de Indiuiduis, sed etiam de vna Specie efferri: sicuti rationis particeps, non tantùm Socrati & Platoni, alijsq; Indiuiduis hominibus, verùm etiam homini, qui Species est, accommodatur.

Opponens.

Obiectio. § Quatuor sunt tantùm prædicata, Aristotelis testimonio, ergo tantùm quatuor sunt vniuersalia.

§ *Paul. Vene. in proœmio vniuersa. Arist lib. i. Top. cap. iij.*

Respon

23229

Respondens.

Si absolutè Prædicata considerentur, quemadmodum quinque sunt numero Attributa, ita quinque sunt Prædicata; quandoquidem Prædicatum & Attributum ea ratione reciprocantur. Quòd si Prædicatum ad definitionem sit affectum, vt cognoscatur quæ sunt in definitione adhibenda, & quæ reijcienda, ita quatuor tantùm numerantur. Aristoteles igitur definitionem inuestigare cupiens, de Specie verbà non fecit, ea enim est quæ definitione explicatur: sed potiùs alia quatuor Prædicata sibi in orationem assumpsit, vt commonstraret, quæ Prædicata in Speciei definitionem conuenirent, quæ ab eadem remouerentur. Genus & Differentia in formali (vt vocant) definitione, Proprium in materiali, Accidens in nulla definitione collocatur.] ? Hoc autem in loco etiam atque etiam est aduertendum, quòd quamuis idem possit in Attributis, Categorijs, & Prædicatis reponi, hæc tamen tria inter se differre, & eam ob causam diuersos efficere numeros. Numerus enim & distinctio Attributorum, à diuersa efferendi ratione de rebus subiectis, ducitur. Numerus ac distinctio Categoriarum, ex vario dicendi modo in prima substantia proficiscitur, videlicet quòd vna substantiam primam efficiat quantam, altera qualem, alia agentem. &c. Verùm, Prædicata suum numerum & distinctionem à modis inhærendi, & dicendi de Specie infima, accipiunt, vt de eadem aut in quæstione naturæ, aut fortuitò, aut conuersim, aut non conuersim, Prædicata dicantur. Vnde perspicitur, diuersum numerum Attributis, Categorijs, ac Prædicatis esse assignandum.] Prædicata etiam & Attributa à seipsis secernuntur, quòd horum Genus sit vniuersale, illorum verò Prædicatum; in his dicendi, in illis inhærendi rationem consideramus: horum nullum est complexum, in illis quædam cum complexione dicuntur, nempè Definitio: in his actum, in illis potentiam: in his voces, in illis res maximè considerare ac respicere solemus.

Solutio.

? *Iohannes de Lapide lib. 1. Topicorum.*

Prædicata & prædicabilia quomodo differant.

AN VNIVERSALIA CADANT

in rerum naturam, an in solis animis sint.

CAPVT XXXVII. QVAESTIO XX.

QVanquam illæ, quas prætermisit Porphyrius, quæstiones, ob earum difficultatem ac asperitatem, à primo potiùs Philosopho, quàm à Dialectico, in controuersiam & deceptationem vocari debeant: vt tamen Dialecticæ studiosis hac etiam in parte satisfaciamus, leuiter eas dem tangere animo quidem intendimus, vel eo præsertim consilio, quòd earum tractatio his quæ hactenus de Attributis disputata sunt, nonnihil lucis adferre videatur. Inter cæteras autem quæstiones,

hæc quæ nunc in manibus est, habet bene longam & satis litigiosam disputationem. Nam in Dialecticorum scriptis tanta est dissentio, vt nonnulli vniuersalia mentis esse conceptus, multi eadem ab anima esse separata, alij vniuersalia extra animum cohærere contendunt, ita tamen vt vniuersalis nomen & conditionem nunquam nisi opera mentis & intellectus obtineant: complures autem ex aduersa parte, Attributa extra animum absque intellectus adminiculo vniuersalis rationem habere volunt. ¶ In prima erant opinione Epicurei, atque illi qui re omissa, nomen tantùm tenent, quos populariter Nominales appellamus, quorum princeps est Occham.] Quibus assentire videtur Mirandulanus, ¥ vniuersalia in natura non esse, quia tum suis singularibus posteriora essent: cùm vniuersale, sicut Aristoteli videtur, aut nihil sit, aut suis singularibus posterius.] Quare § notiones, seu potiùs naturæ communes, quæ in Indiuiduis existentes, notionibus illis respondent, Species sunt vel Genera: non vt quondam in Scholis inepti, res foras extra Indiuidua & intelligendi facultatem errantes, qui fingebant esse naturas communes nescio vbi volitantes. Nos itaque Boëtij & communem Philosophorum sententiam sequentes, arbitramur, omne quod sub extremum aliquem sensum cadit, eo ipso singulare esse. Quicquid igitur oculis ipsis cernitur, quicquid auribus vel alio sensu percipitur, Indiuiduum est: vt salmo, quem vides: hic lupus, quem auribus tenes: hæc philomela, quam audis canentem, Indiuiduum est. Species horum sunt, salmo, lupus, philomela, has mente sola cernere licet. Genera eorundem sunt, bestia, animal, corpus, quæ etiam animo duntaxat, non autem sensu comprehenduntur.] Hinc itaque constat, ‡ Vniuersalia merè conceptus esse,] & tantùm ratione ♀ inquiri.] Secunda opinio primæ vtique aduersatur, nam huius opinionis homines ita vniuersas notiones extra animum esse volunt, vt illas nullo modo, nulla ratione in mente reperire concedant. ♀ Huic opinioni ac sententiæ consecrati erant Stoici: ad quam corroborandam multas rationes afferebat Burleus, quibus motus, Stoicorum sententiæ fauebat.] Quòd si tertiam ac vulgatam interpretum opinionem temerè experiamus, attento animo aduertamus, ♃ aliquid in mente & intellectu bifariam reponi, aut tanquam in subiecto, aut tanquam intellectus obiectum: ipsæ nudæ voces in anima tanquam in subiecto, inhærent, cuiusmodi sunt, Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens, & reliquæ voces artis: at res hisce vocibus subiectæ intellectui non cohærent. ‡ Quamuis ea sunt in intellectu, tanquam in subiecto, quorum Indiuidua ibi reperiuntur, vt scientia & virtus.]♀ Est etiam sciendum, naturarum vniuersarum triplicem apud Philosophos considerationem esse. Alij enim considerant eas, vt singulas res anteuertunt, quo modo ἀρχέτυπαι notiones sunt, & æterna quædam simulacra, & quasi exemplaria rerum conditarum, siue in mente Dei, siue alibi, vt Platonici volebant, constituta. Alij, quatenus in rebus singulis consignatæ notiones ac formæ dicuntur, eas considerant. Nonnulli etiam eas quatenus mentis in-

¶ *Paul. Ve. in pro. vniuers.* Nominales. *Occham.*
¥ *Mirand li. iij. apologiæ.*
Arist. lib. i. de anima. textu. viij.
§ *Hunæus cap. de indiui. Boetius.*
‡ *Velcu. li. i. com. Porphy. cap. x. Item li. iij cap. xxij.*
♀ *Vicomer li. i. phy. in expos. cap. v.*
♃ *Paul. Ven. lib. i. physic. com. iij. Burleus.*
♃ *Pet. de Bru. & Verfor in pro vniuers.*
‡ *Louanies in præfa. Porph.*
♀ *Mathisi. in præf. Porphy.*

23229

telligentia à ſingularibus poſteà auelluntur, perſpiciunt. Atque hæc poſtrema ſignificatio propria Dialecticorum eſt, cùm duæ priores, altera ad vniuerſalem Philoſophum, altera ad naturalem pertineat. Eandem ferè alijs verbis Thomæ propugnatores diſtinctionem idem proferre ſolent, ¶ Triplex ſcilicet eſſe vniuerſale, ante rem, in re, poſt rem: vniuerſale ante rem, dicitur natura in ſemetipſa conſiderata.] ¶ Quæ ideò ante rem eſſe affirmatur, non quòd tempore, ſed quòd ordine quodam cauſæ ſeu principij formalis, rem antecedat.] Alij ¡vniuerſale ante rem, Deum & Angelos ſignificare volunt.] ‡ Vniuerſale in re illud appellatur, quod in rebus ſingulis reperitur.] ¶ Huiuſmodi ſunt, Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens. De quibus Phyſicus & primus Philoſophus, vt in rebus huiuſmodi vniuerſalia cohærent, loquuntur, veruntamen diuerſa ratione. Hæc enim primus Philoſophus tractat, vt abſolutè ſunt in rebus ſingulis: Phyſicus verò, quemadmodum ſunt in his ſingularibus quæ ſub ſenſum cadunt. Vniuerſale poſt rem, eſt forma vniuerſa, operamentis, intelligendiq; facultate ab vniuerſis notionibus in rebus ſingulis cohærentibus ſeparata, cuiuſmodi ſunt ea quæ in cogitatione exiſtunt, animal, homo, rationis particeps, aptum ad riſum, candidum. Hæc à primo Philoſopho conſiderantur eo reſpectu, quo eſſe intelliguntur: à Phyſico, vt oriuntur & intereunt:] à Dialecticis, vt in rebus ſubiectis vel naturaliter, vel fortuitò dicuntur. His ita probè ſtabilitis & fixis, dicamus, ¥ Vniuerſale, vt in ſua natura & in ſingularibus cohæret, extra animam & rerum naturam cadere: ſed vniuerſale poſt rem, tantùm mente & cogitatione comprehendi. ¡ Omnia vniuerſalia verè ſubſiſtunt in rerum natura, illorumque nullum ſic eſt in puro intellectu, quaſi non aliter ſit, quàm quia intelligitur. Subſiſtunt enim vniuerſalia, etiamſi nullo intellectu comprehenduntur, vtpote à ſuis ſingularibus re indiſtincta: licet fortaſſe rationem vniuerſalis nõ niſi ob intellectus conſiderationem accipiant.] Quapropter ‡ quoties affirmamus, vniuerſale habere naturam in rebus ſingulis, quæ extra animam cohærent: non eſt hoc ita accipiendum, quaſi dicamus, notionem communem, quòd actu ſit vniuerſa, idcirco Indiuiduis conuenire, quoniam vniuerſalis conditio rebus non conuenit, niſi vi aut induſtria intellectus illud efficiatur: ſed hoc ſignificamus, illud cui vniuerſalis proprietas attribuitur, naturam ſuam in rebus ſingulis repoſitam habere.] Hominem demus in exemplum, ¶ cui Speciei nomen ideo eſt impoſitum, non quòd ſit animal rationis particeps, tum enim Socrates Speciei nomine deſignaretur, quandoquidem eſt animal rationis compos: ſed homini competit Speciei definitio ratione naturæ quam habet in cogitatione, cuius gratia de Socrate enuntiatur.] Qui verò quartæ opinioni ſuffragantur, arctè tenent, accuratèque defendunt, intellectum non eſſe rerum vniuerſarum architectum, ſed ſine illius adiutamento vniuerſalia poſſe in rerum naturam cadere, quod ita oſtendere ac docere conantur: ¥ Omni cogitatione à rebus vniuerſis abducta, Socrates & Plato ſunt eiuſdem Speciei, ſimiliter & homo & aſinus ſunt eiuſdem Generis: Natura igitur vniuerſa, vel vt Genus, vel Species ſit,

¶ *Aqui. com. in pro. vniue.*
¥ *Verſor in pro. vniuerſa.*
¡ *Paul. Vene. in pro. vniue. & li. 1. phy. comm. iij.*
‡ *Aquin. cõmentator in proœ. vniuerſ.*
¶ *Paul. Vene. in pro. vniue.*
¥ *Martinus Pollichius in proœ. vniuerſ.*
¡ *Louanieſ. in pro. vniuerſ.*
‡ *Auicenna li. v. metaph. cap. ij.*
¶ *Aquinas lib. de eſſe & eſſent. cap. iiij.*
¥ *Paul. Ve. in proœ. vniuer.*

extra animam reperitur. Ad hæc, posita definitione, ponitur res definita, sed sine quauis intellectus operatione est aliquod vnum in multis existens, ergo remoto intellectu est vniuersale. Præterea, vniuersale est obiectum intellectus, sed * quoduis obiectum suæ potentiæ actum antecedit:] proinde ante omnem intellectus operationem, vniuersale in rerum natura ponitur. Ergo hoc quidem apparet, tertiam opinionem non multum habere firmitatis. Quia vniuersale vt naturam communem habere consideratur, non est à rebus singulis seiunctum ac separatum. Quemadmodum igitur linea est longa, secluso intellectu omniq; comparatione ad intellectum, & vt videri potest, remota quauis anima, non tamen reiecto quouis ad animam respectu: ita homo est Species, animal est Genus, nulla habita ad intellectum ratione: nullum tamen illorum actu vniuersalis conditionem obtinebit, si nullum prorsus ad animam respectum habuerit. Sunt tamẽ absque mentis auxilio vniuersalia, cùm vniuersalis natura non in actu efferendi, sed in dicendi aptitudine consistat. Sed hîc forsan ancipiti sententia in varias distractus partes hæsbit Lector, quæ opinio in hac controuersia sit sequenda: in qua dubitatione cum suo iudicio inire consilium oportebit, quandoquidem res est maximi negotij exactè de his rebus iudicare, de quibus literati vna voce consentire nequeunt. Sed vt commodiùs hæ disputationes explicentur, velim vt à secunda opinione discedas: & quoniam argumenta, quæ ad eam confirmandam adhibentur, contra reliquas sententias cadunt, ea exponenda esse ducimus, ita tamen quasi agatur res, non quasi narretur.

* *Arist. li. ij. de anima.*

Opponens.

Obiectio. ? *Burleus in præd. phy.* ? Si vniuersalia essent in anima, plura essent Genera summa quàm decem, decem enim in tua cogitatione, & decem in mea ponerentur.] Non sunt autem plura Genera quàm decem. &c.

Respondens.

Solutio. Non est dissentaneum infinitas esse Categorias, & infinita Attributa, si modò signa, non ipsas res intelligamus. Quòd si significatum velimus, id omne quod vniuersale est, sub Genere, Specie, Differentia, Proprio, vel Accidente contineri, damus decem tantùm esse Categorias, quinque solummodo Attributa.] Ea enim quæ in tua pronuntur mente, ab his quæ in mea existunt, re & natura non differunt.

Opponens.

Obiectio. ? *Burleus in pro. physic.* ? Omnis conceptus mentis est in aliqua Specie qualitatis, si igitur vniuersalia mente contineantur, in qualitate erunt necessariò collocanda.]

Respondens.

Solutio. Maior propositio non est cõcedenda, neq; videt hîc Burleus seipsum pugnantia loqui. Si enim velit mentis conceptum esse in aliqua qualitatis

23229

tatis Specie, quæro an ille mentis conceptus, vel tanquam vniuersum quiddam, vel Indiuiduum qualitati subijciatur? Si mentis conceptum naturam vniuersam esse dederit, ex necessitate inconstantiæ vituperationem subibit, quandoquidem modò negauit vniuersalia mentis esse conceptus. Quòd si conceptum illum dixerit esse Indiuiduum, eodem etiam incommodo vrgebitur, cùm omne Indiuiduum in Categorijs repositum, suam ab aliquo vniuersali naturam accipiat.

Obiectiò ¶ *Paul. Ven. in proœmio vniuersa. quæ iij.* ϒ *Arist. li. iij de anima.*

Opponens.

¶ Res non sunt in anima, sed rerum similitudines: quemadmodum ϒ lapis non est in anima, sed forma lapidis:] vniuersale est res, igitur in cogitatione non ponitur.

Respondens.

Solutio.

Cùm scribat Aristoteles, lapidem non esse in anima, sed lapidis formam, redarguit veteres Philosophos, qui posuerunt animam ex omnibus rebus conflatam & constitutã esse. Cognitio enim fit ratione similitudinis, & anima omnia cognoscit, cum omnibus igitur similitudinẽ non habet, nisi (vt illis placuit) ex vnaquaque re componatur: adeò vt vna pars sit terra, per quã cognoscit terram, & altera pars ignis, qua in ignis cogitationẽ venire possit. Hos refellit Aristoteles, aiens, nõ oportere animam, quia de omnibus intelligentiam habet, ex omnibus esse cõflatã, sed satis esse rerũ similitudines in animo existere ac cohærere.]

Opponens.

Obiectio. ϛ *Colon. Iohã. de Lapide, & Verso in proœ. vniuersa. Boëtius.*

ϛ Quicquid est in rerum natura extra animam, ideo est, quia est vnum numero, si Boëtio credamus. Si itaq; vniuersale sit in rerũ natura extra intellectum, necesse est vt sit vnum numero. Sed quicquid est vnum numero, est singulare: ergo si vniuersale sit extra animam, erit singulare.

Respondens.

Solutio. ‡ *Pet. de Bru. in proœmio vniuersa.* ¶ *Paul. Vene. lib. i. physico. comm. iij. Boëtius.* ϒ *Paul. Vẽ. in proœ. vniuers.*

Illud Boëtij axioma in his quę vltimò in natura sunt perfecta, veritatem habet.] Vel respondemus: ‡ Vniuersale vnum esse ratione, quia opera mentis vnum redditur: non enim est vnum essentia, cùm plures essentias significet.] Quamobrem illud quod est vnũ essentia, hoc est, quod tantùm vnam naturã significat, est res singularis. Aut licebit dicere: ¶ Vnũ numero dupliciter sumi: primùm, illud demonstrat, quod cum alio numerum efficit: & hoc modo quicquid est, vnũ numero vocatur. Deinde, quod ei aduersatur, quod vnum est Specie, aut Genere. Dicimus Maiorem veram esse in prima, non in secunda significatione. Breuiùs respõdeto: Vnum numero, vel nomẽ primæ impositionis, vel secundæ declarare: in prima tantùm significatione Boëtij axioma authoritatem habet, alioqui Species foret Indiuiduum. ϒ Simili ratione interpretandus est Boëtius, cùm dicat, singulare illud esse quod sensib. subijcitur, vniuersale verò dum intellectu cõprehenditur. Noluit Boëtius, singulare nullam nisi in sensu naturam habere, atq; vniuersale nullam essentiam nisi in cogitatione obtinere, hoc enim nõ esset verũ: sed voluit vniuersam naturam ab intellectu, ac singularẽ à sensu cognosci.

Opponens.

Obiectio. *Arist. lib. i. de anima. Miranduł. lib. i. apolo.*

Intellectus est qui res efficit vniuersas, ergo vniuersale non est extra animam. Hoc est etiam quod testimonio Aristotelis probat Mirandulanus, vniuersale aut nihil esse, aut rebus singulis posterius. Atq; li. vij. primę philosophię meminit Aristoteles, vniuersalia nō esse substātias.

Respondens.

Solutio. ¶ *Paul. Ven. libro. i. physic. comm. iiij.*

¶ Quadruplex est vniuersale, Causæ, Ideæ, Formæ, & Intentionis. Vniuersale causæ, est causa diuersarū rerum singularum producta, quę quidem æquè sub speciebus diuersis cōtinentur, & hoc modo Deus & Angeli vniuersalia dicūtur: atq; huiusmodi vniuersalium meminit Aristoteles, cùm illa cognitu esse difficillima cōcederet. Vniuersale Ideæ est quoddam exemplar omnium Indiuiduorū, quæ eidem Speciei subijciuntur: & hac ratione Plato, hominē vniuersum, equum cōmunem, intelligētias esse voluit, ab Indiuiduis suis in orbe signorum separatas ac auulsas. Hæc Platonica vniuersalia refellit Aristoteles: ¶ Ideas hoc loco valere iubeamus, nihil enim quàm nugæ, & quasi inanes cantiones sunt.] Vniuersale formę est natura cōmunis à suis Indiuiduis participata, vt humanitas in singulis hominibus existēs. Vniuersale intentionis est cōceptus, qui in multis vno modo dici potest: atq; huiusmodi vniuersalia significauit Porphyrius, cùm posuit tantùm quinque voces cōmunes esse, cuiusmodi sunt, Genus, Species, Differentia, Propriū, & Accidens.]

Arist. in proœmio metaph. Plato.

¶ *Arist. li. i. de demōstra. cap. xviij.*

‡ *Paul. Ven. in proœmio vniuersa.*

‡ Cùm dicat Aristoteles, vniuersale aut nihil esse, aut rebus singulis posterius, vniuersale post rem significauit. Cumq; scribat, vniuersalia non esse substantias, vult vniuersalia non esse substantias per se, atq; propria vi existētes, quemadmodum malè opinatus erat Plato, sed suis rebus singulis inesse.

Opponens.

Obiectio. ¶ *Colon. in proœmio vniuer. Arist. lib. i. de demon.*

¶ Si vniuersalia essent extra intellectum, aut esse, aut non esse inciperent. Si principium habuerunt, non sunt æterna, quod Aristoteli repugnat. Si non incœperunt esse, igitur non sunt in rebus singulis, quandoquidem res singulæ originem habuerunt.

Respondens.

Solutio. ¶ *Paul. Ve in pro. vniuersa.* ¶ *Arist li. i. physicorum.* ‡ *Auer. in li. de substā. orbis* ¶ *Arist. li. iij de anima.* ‡ *Pollichius in proœ. vniuer.* ¶ *Arist li. ij. phy. cap. viij. Cicero ad Hevenn. li. iij.*

Vniuersalia esse incœperunt, originemq; per Accidens ratione Indiuiduorū habuerūt.] Nam ¶ nullum vniuersale per se & vi sua initium habuit, nec idcirco efficitur, omne quod in natura singulari reperitur, incœpisse, quia illud singulare originem habuit. ¶ Materia prima est perpetua,] ‡ Quantitas est coæterna materiæ,] ¶ Humanus intellectus nec generari, nec ad interitum perduci potest:] ¶ veruntamen homo in quem hæc conueniunt, ortum habuit, & interitui subijcitur.]

Opponens.

‡ Quemadmodum forma artis, quę est in mente artificis posita, est exemplar vniuersum omnium rerum artificiosarum, quæ ad similitudinē fieri possunt, at si semel fuerit extra opificis mentem constituta, singularis redditur: ita de natura vniuersa est iudicandum, nam ¶ cùm ars naturam imitetur,] necessariò sequitur, vniuersale, si modò extra animā cadat, singularem & indiuiduam conditionem sibi assumere.

Respon-

23229

Respondens.

Forma artis in materia posita, dupliciter intelligitur: vno modo, vt materiæ inhæret, & ita est singularis: Alio, vt in sua natura consideratur, eaq; ratione est res communis.] Ita Vniuersale ea comparatione, qua in singulari existit, Indiuiduum efficitur: sed vt in sua natura consideratur, essentiam habet, quæ in multis dici potest. Solutio.

Opponens.

¶ Omne receptum recipitur in modum recipientis, si ergò Indiuidua vniuersas naturas recipiant, Vniuersalia rerum singularium conditionem subibunt. Obiectio. ¶ *Pollichi. in pro. vniuers.*

Respondens.

Vniuersale vt in angustũ deducitur, in res singulas recipitur, quãuis vt illius natura concipitur, multis possit attribui.] ϒ Neq; maior proposítio omni ex parte est vera, cũ motus rectus in sphæricũ recipiatur. Solutio. ϒ *Petrus de Bruxellis in pro. vniuersa.*

Opponens.

ϛ Si naturæ communes essent in rebus singulis, idem homo simul motu agitaretur & quiesceret, simul beatus & miser extaret: sed hoc est inconueniens, primum igitur illud erit tollendum. Obiectio. ϛ *Iohannes de Lapide in proœmio vniuer.*

Respondens.

Cum veritate omnino nõ pugnat, vnum eundemq; hominem Specie simul mouere & stare, beatitudine & miseria, stultitia & prudentia præditum esse, quamuis hęc simul alicui rei singulari inhærere nequeant.] Aduersa enim in subiecto singulari, non in vniuerso pugnare & dimicare dicuntur.

AN VNIVERSALIA

sint corporea, nec ne.

CAPVT XXXVII. QVAESTIO XXI.

IN hac etiam quęstione non minima est inter Dialecticos cõtrouersia, quorum alij partem negantem, alij aientem acerrimè & mordicus defendunt. Sed priusquam vtriusque sectæ rationes afferamus, discutiendum est, vt sciatur, quot modis dicatur corporeum, ne aliquid erroris in verbo relinquatur. ‡ Corporeum quatuor significationes continet. Primum illud Corporeum appellatur, quibus corpus, quod quantitati est subiectum, inhæret. Deinde, corporeum illud dicitur, quod nõ est vi sua quantum, tamen quantitatem habet, atq; extenditur ratione illius subiecti cui inhæret: atq; ita damus candorem, nigrorem, cæterasq; qualitates sensibiles ratione substantiæ, in quam fortuitò cadunt, corporeas esse. Illud insuper corporeum nuncupatur, quod omnia, organo corporeo in se recipit. Qua significatione sentiendi facultates corporeæ Solutio. ‡ *Alb. Vers. Iohã. de Lapi. in pro. vniuer.*

poreæ nominantur. Postremò, corporeum est, quod cùm non sit pars corporis, nec quantitas, tamẽ est quantitatis & corporis principium: hoc modo punctum corporeum esse admittimus. Est enim corporis & quantitatis initium, ita tamẽ vt primo lineæ, deinde superficiei, vltimo autẽ loco corporis principium appelletur. His ita enodatis, dicendum

† *Vicomer. li. i. phy. in expl. cap. 5.* *Hispanianus in diff. vniuer.* ¥ *Mathisi. in præ. in Porph.*

est, vniuersalè nulla harum significatione esse corporeum. † Res singulæ sunt qualitatibus corporeis affectæ, quæ sensu apprehendi aptæ sunt: vniuersæ non ita, ideo ratione sola inquiruntur, & in rebus singulis monstrantur.] ¥ Non est igitur dubitandum, naturas vniuersas incorporeas esse, tametsi quidam hãc rem ex subiectorum singulorum natura ac distinctione metiuntur: vt dicãt, eas solùm incorporeas esse, quarũ subiectę res singulæ corpore vacant: corporatas verò eas, quarum singula corpore sunt prædita.] ‡ Quòd verò vniuersalia sint corporea, Platonicorum est opinio, ob id quòd substantia per se diuidi nõ potest, sed per quantitatem. Posuit enim Plato lineam ex punctis, ex lineis extremitatem, ab extremitatibus corpus componi, & inter Genera ac Species Categoriæ substantiæ collocari: ob eamq; causam existimauit Genera & Formas substantiæ quantitatem habere, & quãta

‡ *Paul. Vene. in pro. vniue.*

appellari.] Cæterùm, contra hanc opinionem alij veniunt, ‡ quædam videlicet esse Genera & Species Categoriæ substantiæ, quæ neque vi sua, nec alia, in numero eorum quæ sunt corporea, reponuntur: vt Genera & Formæ substantiarum separatarum, puta Angelorũ. Alia sunt Genera & Species substãtiæ, quæ propria vi & essentiali ratione sunt corporea: hæc sunt Genera & Species Indiuiduorũ, quę sensibus vsurpantur: eiusmodi sunt, homo, animal, & id genus alia. Nonnulla verò fortuitò tantùm & aliena vi sunt corporea, vt anima sentiẽs, anima vigens. Species his subiectæ sunt, anima equi, bouis, ficus. Hæc dicũtur corporea, quia tres habent dimensiones, non vi sua, sed ratione quantitatis. Neq; Plato vnquam posuit vniuersalia esse corporea, licet illud asserat Albertus, quandoquidem Plato voluit omnia Genera & Species substantiæ Ideas esse. Sed huic sentẽtiæ Epicurei se potiùs adiungebant, qui intellectum admittebant à sensu non differre, quoniam ea quæ sensu & intellectu cognoscuntur, & quæ sensu accipiuntur, sunt corporea, vi & subtilitate ratiocinandi in tantas adducebantur angustias, vt omne quod in rerum naturam caderet, corporeum esse repugnanter & inuitissimè concederent. Quapropter (vt illorum tulit opinio) omnia vniuersalia sunt corporea.] Verùm nos eam sententiam

† *Louanies. in explicatione proœ. Porphy. Daniel Barb.*

improbamus, nec damus, omnia, sed tantummodò † ea vniuersalia corporea esse, quorum Indiuidua corporea sunt: & illa incorporea, quorum singularia incorporea reperiuntur.]

Argumenta in primam opinionem.

Opponens.

Obiectio. ¥ *Colonienses. Aquin. cõm. in pro. vniue.*

¥ Naturale principium alicuius, naturam habet illius cuius est principium: sed vniuersalia sunt principia naturalia eorum singularium, quæ sunt corporea & quanta, ergo vniuersalia sunt corporea.

Respon-

23229

Reſpondens.

Argumentum habet locum in eo quod re vera, non quod ratione & intellectu eſt principium. Solutio.

Opponens.

Quantitas eſt vniuerſale, quia eſt Genus, eſt tamen corporea etiam per ſe & ſecundum naturam ſuam. Vniuerſale igitur eſt corporeum. Obiectio.

Reſpondens.

Quantitas vniuerſa, non eſt alicuius quantitatis principium, quę re ipſa & natura ſua, ſed quæ ratione tantùm exiſtit. Ob eamq; rem non eſt neceſſe, vniuerſam quantitatem eſſe re vera corpoream. Solutio.

Opponens.

Omne corpus eſt corporeum, ſed multa ſunt vniuerſalia, de quibus corpus in naturæ quæſtione dicitur, ergo Vniuerſale eſt corporeum. Obiectio.

Reſpondens.

Quamuis eſſentia ſubſtantiæ, quæ materiam habet ratione naturæ, quã rebus ſingulis accõmodat, per Accidẽs corporea & quãta dici poſſit, veruntamẽ ſecundum naturam, quam in cogitatione ponit, quæ eã ab omni quãtitate ſeiungit ac ſeparat, incorporea dicitur. Quapropter Vniuerſalia ſunt corporis expertia, ſi ſtatuamus illud eſſe corporeum, quod actu ex tribus conſtat dimenſionibus. Quòd ſi illud dicatur corporeum, cui vis & facultas ineſt habendi tres dimenſiones, Vniuerſalia poſſunt corporea nominari.] Solutio.

Argumenta in ſecundam opinionem.

Opponens.

¶ Si Genera & Species corporea eſſent, Vniuerſalia quantitatibus & figuris clauderentur, & proinde quodcunq; eſſet vniuerſaliũ receptaculum eſſet quantitatibus & figuris vndique circumſcriptum: ſed humanus intellectus vniuerſalia recipit, humanus igitur intellectus eſt quantus: quod vtique fieri non poteſt.] Obiectio. ¶ *Albert. in vniuerſa. prę.*

Reſpondens.

¶ Genera & Formę ſubſtantiæ ſunt per ſe corporea, quia per ſe ex materia & forma conſtant, nõ tamẽ ſunt quanta & figurata, niſi per Accidens. Sed (vt interim alia miſſa faciamus) hæc Alberti ratio nullã omnino firmitatem habet: Vniuerſalia (inquit) ſunt quanta, ergo intellectus, qui horum eſt receptaculum, eſt quantus: id non efficitur, quia ſimili argumento comprobare poſſumus, intellectum eſſe coloratum, calidũ & frigidum, quod hæc in ſe recipiat. Præſtat igitur vocis, Recipere ambiguitatem aperire. Aliquid poteſt recipere vniuerſalia bifariam, aut re, aut contentione. Quicquid recipit vniuerſale re ipſa, eſt quanti- Solutio. ¶ *Paul. Ven. in pro. vniuę.*

quantitate quasi obuallatum, colore tinctum, calidum & algidum, si vniuersalia hæc accidentia habuerint. Quoties verò intentione & intellectu vniuersalia accipiuntur, non opus est vniuersalium accidentia recipiantur.]

Opponens.

Obiectio. ¶ *Alber. in proœ. vniuer.*

¶ Si Genera & Species essent corporea, Indiuidua in quibus cohærent, essent corporea: his ita positis & fixis, scisscitor an eadem sint vniuersalia cum singularibus, an ab eisdem deducantur? Si sint eadem, sumetur id quod generatur, & quod non generatur: quod in nihilum interit, & quod non interit: quod sentit, & quod sensum rerum non capit: quod efficit, & quod efficitur, vnum idemq; esse. Si non sunt eadem, relinquitur, plura corpora, videlicet Genus, Formam, ac Indiuiduum, simul in eodem esse loco.]

Respondens.

Solutio. ¶ *Paul. Ve. in vniuer. proœ.*

¶ Quamuis Genera & Species per se nec oriri nec perire valeant, & sensu motuq; careant, hæc tamen omnia in Genera & Formas cadere possunt per Accidens & ratione Indiuiduorum, quibus eadem per se conueniunt: non est etiam inconueniens, efficiens & effectum re conuenire, dummodò ratione differant: humanitas enim est quiddam efficiens, homo constituitur, & sunt tamen eadem.] Nec absurdum est, duo corpora esse in eodem loco, quorum vnum est per se quantum, vt corpus Categoriæ quantitatis: & alterum est quantum per accidens, vt corpus quod in substantia est subiectum. Non tamen hanc ob causam est concedendum, Socratem, hominem, & animal, esse plura corpora, licet quoduis illorum sit per se corporeum, quando quidem intellectu, non re vera differre dicuntur.

§ *Auerro. li. vij. metaphy.*

Opponens.

Obiectio. ‡ *Albert. in proœ. vniuer.*

‡ Si Genera & Species substantiæ essent corporata, remota ab homine & animali quantitate, adhuc essent corporea, atque tum aliquid esset corporeum absque dimensione, & aliquis esset homo sine carne, sanguine, osse, & cerebro: cui Aristoteles apertè aduersatur. Valet autem argumentum, quia hæc quantitatem ex necessitate significant.

Aristot. lib. vij. metaphy.

Respondens.

Solutio. ¶ *Pau Ven. in proœ. vniuer.*

¶ Homo, animal, & huiusmodi dupliciter considerantur, vno modo vt corpora Physica: altero modo, vt corpora simplicia. Si primam intelligamus comparationem, caro, os, cor, cerebrum, ad hominis naturam & rationem pertinent, & non solùm illa, verùm etiam Accidentia Categoriæ quãtitatis & qualitatis. Si secundam, nõ est dissentaneum, omnem quantitatem omnemq; qualitatem ab illis intellectu separare: qua significatione admittimus, aliquem esse hominem, neq; quantum, neq; qualem, ossibus, carne, corde, & cerebro carentem: veruntamen harum partium substantiæ non est expers. Vt igitur ad extremum veniat oratio, volo aliquod esse corpus sine quantitate, nempè illud quod solummodò ex materia & forma constans in Categoria substantiæ continetur.]

Oppo-

23229

Opponens.

¶ Omnè ſimplex eſt incorporeum, ſed omne Vniuerſale eſt ſimplex, eſt enim vniuerſale forma, quę in ſimplici eſſentia (vt à Gilberto Poretano ſcriptum eſt) conſiſtit: nullũ igitur Vniuerſale eſt corporeum. Obiectio. ¶ *Petrus de Bruxellis in vniuerſa. pro. Gilbert. Perri*

Reſpondens.

Minor enuntiatio non eſt vera, quoniam homo & aſinus componũtur: Vniuerſale autem idcirco formæ nomine deſignatur, quia multis accommodari poteſt. Eſt etiam ſimplex, quoniam Vniuerſale, eo reſpectu quo vniuerſalis appellationem habet, non componitur ex materia & forma ſignata ſeu ſingulari: non eſt ſimplex, quòd omnino ex rebus non conficiatur, quandoquidem ex materia & forma vniuerſa conſtare putatur.] Solutio.]

AN NATVRÆ VNIVERSÆ SINT à rebus ſingulis auulſæ & ſeparatæ.

CAPVT XXXVIII. QVAESTIO XXII.

HAnc (vt æſtimo) quæſtionem mouit Porphyrius propter controuerſiam ſubortam inter Platonem & Ariſtotelem de naturis vniuerſalibus, ſiue Idæis, quę Latinè dicuntur Formæ exemplares. Collocabat Plato Idæas naturaſq; vniuerſales in ſolis nudisq; intellectibus, id eſt, ſupra mundanis ſubſtantijs, quæ ab omni materia prorſus ſemotæ, perfectiſſimè omnium cognoſcunt abſq; vlla aduentitia paſſione. Ariſtoteles mirum in modum huiuſmodi Idæas in Metaphyſicis libris, potiſſimùm in primo proſequitur: & validiſſimis etiam, non ſine cachinno, argumentis nititur prorſus eas expugnare & cõuellere. Ammonius Platonicorum partes tuetur.] Cæterum ‡ omiſſa Platonis opinione, ſeparantis vniuerſalia à ſingularibus, dicendum eſt cum Ariſtotele, omnia vniuerſalia ſuis intimè ineſſe ſingularibus, ita vt ea cõſtituant intrinſecus & naturaliter, & non tantùm per imitationem, ſeu velut exemplaria quædam, vt Plato ponebat.] Nam ſi ‡ propria Vniuerſalium cohærentia ſpectetur, non poſſunt in rebus ſingulis, quæ ſub ſenſum cadunt, non inniti: ſiquidem nihil vniuerſorum, præter ſingularia, vti multis in locis, cum alibi, tum in libris Phyſicorum perſpicuè Ariſtoteles teſtatur, ſeparatim per ſe conſtat: tametſi Plato ſuas Idæas à rebus ſingulis auulſas, per ſe in natura cohærere putauit. Verùm hanc ſententiam paſſim Ariſtoteles coarguit, cùm alibi, tum primo libro de Demõſtratione apertè, vbi ait: ? valeant Genera & Species, nam ſi ſint, mõſtra & nugæ ſunt, quæ nihil ad hanc rem pertinẽt.] Ita Cicero, Ariſtoteles (inquit) primus Species, quas antè dixi, labefactabat, quas mirificè Plato erat amplexatus, vt in ijs diuinum quiddam ineſſe diceret.] ¥ Has rerum formas Plato appellabat Idæas, eásque gigni negat, & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera

¥ *Arbore. in præfa. Porphy.*

Ammonius. ‡ *Louanien. in præf. Porphy.*

‡ *Mathiſi. in præfa. Porph.*

Ariſtoteles.

? *Ariſt. li. 1. de demõſtra. cap. xviij.*

Cicero in primo academ.

¥ *Cicero. ora.*

cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe vno eodemq; ſtatu.]

¶ *Anto. Flaminius in Paraphra. de prima philoſ. cap. iij.*

¶ Formæ rerum naturalium vinculis corporum exſolui non poſſunt: quam ob cauſam non eſt verendum profiteri, Species illas, quas Plato amplexabatur mirabiliter, eſſe res inanes & commentitias, præſertim quæ nihil agere, neque vllas vtilitates in rerum naturalium ſocietatem conferre poſſe videantur. Nam quòd natura in illas intuens, formas rerum corporearum ſoleat effingere, id verò abſurdum ac fabuloſum videtur. Singuli enim homines ſingulos homines generant. Itemq; ſcientia Medicinæ bonam valetudinem parit, atque eius planè ſimilitudinem gerit: vt nihil cauſæ videatur eſſe, quamobrem accerſamus formas illas communes, quarum exemplar in formis ſingulis effingendis natura ſequatur.]

Opponens.

Obiectio.

¶ Colonien. in proœ. vniuer.

¶ Quicquid habet naturam, eam neque per aliud, neque ab alio accipiens, ſine illo eſſe poteſt: ſed vniuerſale neq; per res ſingulas, neq; ab ijſdem ſuam accipit eſſentiam, ergo eſſe poteſt abſque rebus ſingulis. Comprobatur Minor: Eſſentia vniuerſalis eſt, vt in multis cernatur: hanc verò eſſentiam à ſingularibus non accipit, quia res Indiuiduæ multis ineſſe nequeunt.

Reſpondens.

Solutio.

Quicquid habet naturam, quam ab alio non accepit, ſine eo poteſt extare, niſi natura illa ſecundum eſſentiam ſit in re ſubiecta: & ita vniuerſale eſt in alio, quemadmodum ſubſtantia ſecunda in prima cohæret. Et quia in primam ſubſtantiam recipitur, ſingularẽ naturam ſubit. Cæterùm, eſſentia quam in ſeipſo habet, dum illud in quo exiſtit, antecedit, nõ eſt ſingularis: ex quo perſpicuũ eſt, ſublatis primis naturis, nõ exiſtere ſuperiores.] Aut reſpõdere poteris: § Maiorẽ eſſe falſam, quoniam ſubiectum eſt ſua propria paſſione prius, & tamẽ non poteſt eſſe ſine eadem: neq; permanere poteſt linea ſine longitudine, neq; ſuperficies abſq; latitudine. Præterea, Genus Forma & Specie prius habetur, tametſi Genus ſine Formis eſſe non poteſt. Illud verò quod alterũ antecedit, ſine eo eſſe poteſt, vel re, vel cogitatione. Idcirco longitũdo lineæ, latitudo extremitati, homo animali, ridendi facultas homini cogitatione detrahi poteſt, de quo alio loco ſatis multa diſputata ſunt. Neq; illud etiã tenendum eſt, vniuerſum Genus eſſentiam à ſingulari nõ accipere, quoniam vt materia naturam ex ſe incertam, & certam à forma recipit, ita vniuerſale propria vi incertã habet eſſentiam, natura verò determinatam à rebus ſingulis accipit. Interim tamen in nihil fallacitatis incidemus, ſi dixerimus, vniuerſale eſſentiam communem, quæ pluribus attribuitur, ex ſe & vi ſua habere, & à ſingulis rebus naturam trahere perniciei & interitui ſubiectam. Quemadmodum forma materiæ, ita vniuerſali ſingulare accidit. Atq; vt materia per ſe eſt incerta, per accidens verò definita: & vt per ſe nec oriri, nec in nihilum occidere poteſt, generatur autem & corrumpitur per Accidens: ita vniuerſale per ſe eſt incertum, neque generatur, neq; cadit: per accidens verò eſt certum, oritur, & in nihilum recidit. Quamuis igitur vniuerſali repugnet,

§ Paul. Ve. in vniuer. proœ.

23229

pugnet, definitam habere naturam absq; indiuiduis, attamen ex incerta essentia constare potest, sine rerum singularum adminiculo. Atque vniuersali non repugnat, à rebus singulis distrahi & diuelli, tam re quàm cogitatione. Nam licet nulla rosa existeret in rerum natura, adhuc remaneret quodammodo essentia rosæ, alioqui ea corrupta nulla circa rosam scientia versaretur.

Replicatio opponentis.

Replicatio. ? *Arist. in cate. cap. de subst.*

? Sublatis primis naturis atq; substantijs, nihil loci relinquitur cæteris omnibus,]ergo vniuersalia sine rebus singulis nequeunt in rerum natura permanere.

Respondentis dilutio.

Dilutio.

Interemptis primis substantijs, nihil loci relinquitur cæteris, quoad naturam certam & determinatã essentiam. Interemptis omnibus singularibus alicuius vniuersalis, genus illud vniuersum non certè, sed finite, potentia non actu remanet. In potentia (inquam) agente primi motoris, in potentia patiente primæ materiæ, & in ea animæ potentia, in qua rerum cognitio existit.

Opponens.

Obiectio.

Vniuersale est natura in qua multa in vnum rediguntur, aut igitur illam naturam habet in rebus singulis, quæ sunt eius receptacula, aut in primi agentis mente, quæ vniuersale producit, aut eam separando in anima, quæ de vniuersali satis amplam cognitionem habet, aut in sua natura, quę vniuersale ab omnibus alijs separat & seiungit. Nemo primam partem affirmabit, quoniam multa singularia in vnum indiuiduum non referuntur. Nec secunda est admittenda, quandoquidem illa essentia ideis est peculiaris, & ita non dicitur in natura rei de rebus singulis. Neq; tertia, quia tum vniuersalia extra animam essent. Quare necessitas cogit, vt demus vniuersalis essentiam à quouis auulsam esse & distractam.

Respondens.

Solutio.

Quemadmodum vniuersale eam per se naturam habet, quæ multis affingi potest, & quæ perire ac interire nequit, sed ea comparatione qua est in singulari, nec pluribus aptari, nec interitu consumi potest, ita vniuersale vi sua cuiusdam naturæ est particeps, in quam multa tãquam in vnum quiddam conducuntur, licet illius conditionis non sit capax, quatenus ad res singulas defertur. Non igitur inconueniẽs est vniuersale illã essentiã à sua natura recipere, eo respectu quò à singularibus non re sed cogitatione, non actu sed potentia seuocatur.

Replicatio opponentis.

Replicatio. ϒ *Arist. lib. 1. de cælo.*

ϒ Natura cœli à sua singulari non omnino distrahitur, quia ϒ cœlum immutabili æternitate continetur.]

Dilutio respondentis.

Dilutio.

Cœlum inuersum ab indiuiduo suo potestate non actu separatur, vt totum elementum terrę deorsum ferri potest. Si enim in concauo lunę

poneretur,eodem pondere cuius nunc est particeps, sine vlla controuersia deorsum moueretur.

Opponens.

Obiectio. Res talis essentiæ est capax extra animam, qualem habet in animo, alioquin cogitationes falsæ, futiles & nullius momenti habẽtur. Sed genera & species habent in anima distractam & auulsam naturam à rebus singulis,Quare extra animam ab eisdem distrahuntur.

Respondens.

Solutio. Maior est falsa, quia animal extra animam re ipsa & in anima sola cogitatione est suæ naturæ particeps. Vniuersalium item indiuidua in anima per accidens extra eandem per se existunt.Si illud quod cogitatione separaretur,re ipsa diuelli potuisset, tum vt mente candor ab indiuiduis, & color à candore & nigrore medijsque coloribus seiungeretur,re vera hoc euenire esset iudicandum. Et quemadmodum intellectus à subiecto secerneret accidens,ita & extra animam separaretur. Quæ quidem contra Platonem cadunt, qui posuit substantias non accidentia ab alijs rebus separata & distracta,cohęrere.]

AN VNIVERSALE SIT MATERIA vel forma,aut totum ex materia & forma conflatum.

CAPVT XXXVIII. QVAESTIO *XXIII.*

Paul Venet. in vniuer. proœ. quæst. 5.

QVemadmodum triplex est compositio, aut indiuidui ex materia & forma,aut speciei ex genere & differentia, aut generis ex suis formis: ita triplex est forma, altera compositionis,altera speciei,altera totius. Forma compositionis est vna pars rei constitutę,quæ materiam perficit & absoluit. Forma speciei est differentia,quæ genus diuidit. Forma totius est quoduis superius collatione sui inferioris. Hinc cernitur genera & species suorum inferiorum formas nominari,& ediuerso inferiora esse partes,quę generibus & speciebus subijciũtur.Hinc etiam dicimus animal esse formam,& totum quoddam respectu hominis,hominem animalis esse materiam,atq; partem quæ sub animali comprehenditur. Quod idem de specie, rerum singularum comparatione sentiendũ puto. Forma totius in duas insuper formas diuiditur, alia enim est abstracta vt humanitas,alia concreta vt homo. Has inter se formas differre hinc intelligitur,quod hæc rem perfectam, illa vero rei perfectionem significet. Totius autem formæ dicuntur, quia integram rem constitutam, non alteram tantum partem perficere solent. Anima vero sentiens vel intelligendi facultate imbuta est forma partis,quia materiã efficit, vt omnibus suis partibus expleta esse videatur. Quare vt ad id quo proposita hęc quæstio dependet perueniamus differentiam, proprium & accidens formas esse concedimus. Genus etiam & species sunt formæ, quia naturam eorum quæ sub illis subiecta sunt, aperiunt.

23229

riunt. Similiter id nominis Differentiæ Proprio & Accidenti impertimur, quia subiectorum in quibus inhæresunt, qualitatem ostendunt. Nam cùm Formæ tantùm sit peculiare, vt ab ea cognitionem accipiamus, attributa meritò Formarum appellationes sibi assumunt, si modò inferiorum suorum obscuras & reconditas intelligentias enodare dicantur. Quòd si hanc proposueris quæstionem, an naturæ cõmunes componantur, nec ne. Respondemus: Genus ex suis Speciebus, Speciem ex Genere & Differentia, Proprium ex Subiecto & Accidente abstracto cõpositum & constitutum esse. Sunt porrò quædam vniuersalia, quæ materiæ rationem subeunt. Ea enim ratione qua Species Generi, Differentiæ, Proprio, & Accidenti subijcitur, est materiæ similis: Differentia, Proprium, & Accidens, respectu subiecti, formæ, non materię, similitudinem gerunt.

Obiectio.

Solutio.

AN VNIVERSALIA ORTVI & interitui sint subiecta.

CAPVT XL. QVAESTIO XXIIII.

VNiuersalia ? per se neque generãtur neque corrũpuntur, quoniam ortus & interitus propria vi potius in singulas naturas quàm in vniuersas cadunt. Nam cùm tribus modis aliquid generetur, vel tanquã subiectum, vel tanquã terminus, vel παρονύμῳ, siue (vt veteriores & superioris ætatis Dialectici aiunt) denominatiuè: tanquam subiectum oritur materia, est enim ortus subiectum: forma tanquã terminus generatur quandoquidem ortus finis & terminus nominatur, cõpositum παρονύμῳ, aut denominatiuè generatur, cùm inquam naturæ vniuersæ neq; tanquam subiecta, quia generationi non subijciuntur, neque tanquam termini, quia sola forma, quæ pars est, ortum ad extremum perducit, neque παρονύμῳ generentur, iure atque meritò dici potest, eas nec ortum habere, nec ad interitum, nisi fortuitò, & ratione rerum singularũ perduci.] ϒ Intellectus etenim vniuersalia format & conficit. Natura enim sola indiuidua parit, nullum Genus, nullam Speciẽ natura procreat, aut interimit. Vnde rectè dici solet, hominem nec nasci, nec deniq; mori: homo enim qua parte idea est, æternus habetur. Ideæ enim rerum æternæ & perpetuæ sunt. Nascitur & moritur Plato, Paulus, Cornelius: nam quòd dicimus hominem esse morti obnoxium, id non de idea hominis, sed de indiuiduis tantùm hominibus accipiendũ est: quos variis fortunæ casibus obnoxios dicimus, sed qua parte indiuidui sunt.] ϛ Sunt autem qui cõcedunt, quasdam esse naturas vniuersas quæ vi sua intereunt, licet enim vniuersalia ante rem nulli occasui sint mancipata, tamen perniciem iis vniuersalibus quę in re subiecta sunt, per se conuènire arbitrantur. Quam opinionem stabilire contendunt ratione. Nam cùm vniuersale in re, non discrepet natura & re à singularibus, ęquum est atque necesse, vt corrupto vno, alterum pereat. Sed vniuersale illud post rem, hoc est opera atque beneficio intellectus, ex

? *Pau. Venet. in Vni. præa.*

ϒ *Gorsius de genere subalt.*

ϛ *Pe. de Bruxa: in præa. Vni.*

rebus ſingulis collectum', in iis quæ per ſe oriuntur & occidunt, non corrũpitur, niſi forſan intellectus corrumpatur. Cùm enim ſcientia tantùm circa naturas vniuerſas verſetur, neceſſe eſt illas æternas eſſe, & in perpetuũ exſtare. Vniuerſalia etiam ſunt ſempiterna, partim quòd illorum indiuidua neq; originem neq; finem vnquã habuerũt, ſi modò Ariſtotelis rationem ſectamq; ſecuti fuerimus, qui minimè dubitanter mundum eſſe æternum literis & rationibus perſequebatur: partim quòd non propria vi, ſed per accidens, ortui & interitui ſubijciuntur.] Sed ne alicui in aliquod obſcuritatis vitium incidere videamur, alienũ fore non credo, ſi breuiter duplicia illa ortus & interitus genera expo ſuerimus. ¶ Aliquid igitur generatur dupliciter, per ſe & per accidens. Illud per ſe oritur, quod ad alterius ortum generatur, vt compoſitum: illud per accidens generatur, quod oritur, non propria vi, ſed quia alterum habet ortum, vt materia & forma. Similiter res corrumpitur bifariam, per ſe, & per accidens: compoſitum per ſe interit, materia & forma per accidens. Quemadmodum enim dicimus, Socratem moueri per ſe, animam verò & corpus per accidens, ita Socratem per ſe oriri & interire, animam verò & corpus, etiam Species & Genera, cuiuſmodi ſunt homo & animal, per accidens ſolummodò cadere. Quod ſi hæc mendacij ſpeciem habere exiſtimes, quandoquidẽ hic homo per ſe corrumpitur, & hic homo per ſe eſt homo, ergo homo per ſe corrumpitur: hæc ratio erit perneganda, partim quia ex ambiguo conſtat, (nam ratio dicendi per ſe in maiore tertium modum, in aſſumpto autem, ſeu minore, primũ modum dicendi per ſe ſignificat) partim quòd aliam præ ſe ferant ſignificationem præmiſſæ, aliam concluſio. In aſſumpto enim hoc vocabulum, Homo, quandam Perſonalem (vt ita loquar) ſignificandi poteſtatem habet. In cõcluſione verò ſimplicem, ob eamq; cauſam hunc in modum ratio concludi debuit: ergo aliquid quod eſt homo per ſe oritur ſeu generatur: quod ſanè non eſt negandum, modò vocabulum, Homo, non vniuerſum hominem vel ſimplicem, ſed ſingularem ſeu perſonalem demonſtret.] Sed hæc phyſicis tractanda relinquamus, qui in rerum ortu & interitu acutiſsimè & diligentiſsimè verſari ſolent.

¶ *Paul Venet. in præ. vniuerſ. quæſt. 5.*

Generatur aliquid duobus modis.

Corruptio eſt duplex.

Obiectio.

Solutio.

23229

INDEX RERVM MEMORA-
bilium quæ hoc in libro conti-
nentur.

A B actu ad potẽtiam in pronuntiatis aientibus valet argumẽtum. Pagin. 175.
Abest & adest in accidentis definitione dupliciter sumuntur. 153.
Absentia accidẽtis subiectũ non destruit, neq; presentia cõstituit. 155.
Absoluta accidẽtia sunt duplicia. 170
Absq; subiecti interitu in accidentis definitione qualem habet significationem. 154.
Abstractum & concretum re non differunt. 9.
Academici vnde dicti. 7.
Accidẽs ab indiuiduis originem habet. 140. 142. 154.
Accidens accidentis subiectum esse, quomodo intelligendum. 155.
Accidens à contrario corrumpitur. 154.
Accidens à descriptione proprij removetur. 137.
Accidens æquiuoce dici quomodo intelligitur. 9.
Accidens à vulgo quomodo sumitur. 152.
Accidens cõposito intellectu à subiecto separatur. 199.
Accidens conseruat subiectum. 163. 164.
Accidens corrũpitur corrupto subiecto. 154.
Accidens cur dicitur inseparabile. 156.
Accidens de pluribus speciebus dici, quomodo est accipiendũ. 171.
Accidens dialecticum. 153.
Accidens, Differentia & Proprium quomodo differunt. 199.
Accidens diuersa ratione genus aut species esse potest. 161.
Accidens duplex est. 164.
Accidens duplicem habet significationem. 153.
Accidens est forma. 218.
Accidens est quòd non est ex essentia alicuius. 152.
Accidens est subiecto posterius. 154. 155.
Accidens est vniuersale imperfectũ comparatione reliquorum. 161.
Accidens est vniuersale in re. 207.
Accidens & proprium à definitione differentiæ remouentur. 116.
Accidens & proprium cur definitioni conducunt. 4.
Accidens & proprium primum indiuiduis inesse. 142.
Accidens & proprium propriè inhærent. 162.
Accidens & proprium quare per [dici] seu [prędicari] non definiuntur. 162.
Accidens & proprium quomodo differunt. 135.
Accidens quo modo in quale quid dicitur prædicari. 197.
Accidens genus aut proprium quauis propositione & quæstione declarari, quomodo est intelligendum. 151.
Accidens idem numero num pluribus subiectis inesse possit. 165.
Accidens idem specie diuersorum respectu separabile & inseparabile esse potest. 156.
Accidens in paucioribus dici quam genus, quomodo est intelligendum. 177.
Accidens in quale quid non dicitur. 122.
Accidens in secunda differentia acceptione qualem habet significationem. 92.
Accidens inseparabile est duplex. 156
Accidens inseparabile quid. 156.
Accidens inseparabile re semper subiecto conuenit. 190.
Accidens inseparabile separatur à subiecto intellectu vero. 158.
Accidens in subiecto esse potest licet de subiecto non dicatur. 184.

Accidens interit per interitum cauſæ. 154.
Accidens metaphyſicum. 153.
Accidens nomen proprium habere poteſt. 129.
Accidens non eſt vniuerſale ſine opera intellectus. 153.
Accidens nullum neceſſario conuenit. 140.
Accidens per ſe non exiſtit. 168.
Accidens quadam ex parte conuenire poteſt. 185.
Accidens quam diu eſt in ſubiecto, ſubſiſtit. 161.
Accidens quando habet primam definitionem. 162.
Accidens quando habet ſecundam definitionem. 162.
Accidens quando habet tertiam definitionem. 162.
Accidens qua ratione à ſuo continetur ſubiecto. 190.
Accidens qua ratione ſuum continet ſubiectum. 190.
Accidens quid. 152.
Accidens quoduis temere ſubiecto conuenit. 137.
Accidens quare per negationem cęterorum vniuerſalium definitur. 161.
Accidens quomodo dicitur reciprocari. 201.
Accidens quomodo in quale quid dicitur prædicari. 197.
Accidens quomodo eſt in ſubiecto. 112.
Accidens ſeparabile quid. 156.
Accidens ſine ſubiecto interit. 154.
Accidens ſingulare diuerſa appellationis ſubiecta habere poteſt. 165.
Accidens ſingulare neq; ſimul nec diuerſo tempore, pluribus ſubiectis inhærere poteſt. 165.
Accidens tribus modis poteſt interire. 154.
Accidens vera non eſt priuatio. 161.
Accidens veram definitionem non ingreditur. 4.
Accidens vniuerſale variȝs ſubiectis inhæret. 165.
Accidens vt eſt vniuerſalis ſpecies quomodo eſt definiendum. 162.
Accidentis ambiguas ſignificationes, cur prætermiſit Porphyrius. 112.
Accidentis appellatio fortunæ, & caſui tribuitur. 152.
Accidentis definitio eſt obſcura. 153.
Accidentis definitio ſola negatione non conſtat. 162.
Accidentis definitio varias habet interpretationes. 153.
Accidẽtis definitionem Melanthon puerilem appellat. 153.
Accidentis definitiones plenam accidentis vniuerſalis naturam non explicant. 162.
Accidentis diuiſio. 156.
Accidentis eſſe eſt ineſſe. 161. 168.
Accidentis eſſentia non eſt ſubiecto inhærere. 167.
Accidentis & differentiæ communitates & differentiæ. 189.
Accidentis & generis communitates. 185.
Accidentis & proprij communitates & differentiæ. 197.
Accidentis & ſpeciei communitates & differentiæ. 196.
Accidentis indiuiduum quid. 161.
Accidentis natura mente concipitur, licet ad ſubiectum non ſit affecta. 167. 168.
Accidentis prima & ſecunda definitio quomodo differunt. 160.
Accidentis prima definitio ſecundam: ſecunda tertiam explicat. 162
Accidentis prima deſcriptio aut à Platone erat ſumpta, aut ab ipſo Porphyrio excogitata. 159.
Accidentis prima deſcriptio continet accidens ſeparabile & inſeparabile. 160.
Accidentis proprium eſt poſſe ineſſe in ſubiecto. 167.
Accidentis ſecunda deſcriptio. 159.
Accidentis ſignificationes. 152.
Accidentis ſubiectū debet eſſe actu. 155.
Accidentis ſubiectum ab accidente re debet eſſe ſeparatum. 155.
Accidentis ſubiectum actu in ſe accidens habere debet. 155.

23229

Accidentis ſubiectum neque conſtituitur præſentia, neque deſtruitur abſentia accidentis. 155.
Accidentis ſubiecti definitio. 155.
Accidentis ſubiectū non debet eſſe ex eſſentia accidentis. 155.
Accidentis ſubiectum quinque requirit conditiones. 155.
Accidentis tertia deſcriptio ſecunda eſt deterior. 161.
Accidentis tertia deſcriptio. 161.
Accidentis vera ſignificatio. 153.
Accidentia abſoluta. 170.
Accidentia abſoluta ſunt duplicia. 170.
Accidentia à principijs ſpeciei non profluunt. 198.
Accidentia certa. 177.
Accidentia communia. 177.
Accidentia communia re non inſunt ſed ratione. 153.
Accidentia comparatione ſubiecti quomodo dicuntur prædicari in quid. pag. 28.
Accidentia complura ſunt quæ de ſuis ſubiectis non dicuntur. 163.
Accidentia contraria eadem res recipere poteſt. 199.
Accidentia contraria quomodo inter ſe coniunguntur. 190.
Accidentia in deſcriptione poſſunt collocari. pag. 4.
Accidentia inſeparabilia ſunt duplicia. 200.
Accidentia multa eidem poſſunt conuenire. 196.
Accidentia omnia in quale dicuntur. pag. 24.
Accidentia omnia inſeparabilia omnibus ſpeciei indiuiduis non conueniunt. 190.
Accidentia poſteriora ſunt formis. 185.
Accidentia primum indiuiduis inhærere, quomodo eſt intelligendum. 171.
Accidentia quare dicuntur communia. 21.
Accidentia quædam de diuerſis generibus dicuntur. 177.
Accidentia quædam neceſſaria ſunt ad exiſtentiam ſubiecti. 198.
Accidentia ratione indiuiduorum vniuerſalibus conueniunt. 142.
Accidentia reſpicientia. 170.
Accidentia ſine ſubſtantia cohærere non poſſunt. 168.
Accidentia ſingularia à definitione accidentis remouentur. 155.
Accidētia ſingularia non ſunt priora vniuerſis. 171.
Accidentia ſingularia re inſunt. 153.
Accidentia ſunt duplicia. 170. 177.
Accidentiū duo ſunt genera. 165.
Accidentalium indiuiduorum cauſa. 89.
Accidentibus quomodo conuenit interitus. 154.
Acredulæ proprium. 133.
Actio & paſsio non ſunt vera relatiua. 61.
Actio & paſsio quorundam iudicio re non differunt. 144.
Actiones & actionum facultates quomodo differunt. 142.
Actiones & paſsiones ad iudiuidua ſpectant. 142.
Actus eſt duplex. 99. 116.
Actus in attributis plærumq; potentiam ſignificat. 176.
Actus inhærendi indiuiduis, potentia vniuerſalibus conuenit. 153.
Actus ponens quid. 99.
Actus priuans quid. 99.
Actus ſimilitudo differentiæ conuenit. 112.
Actu eidem ineſſe dupliciter intelligitur. 113.
Adeſt & abeſt in accidentis definitione dupliciter ſumuntur. 153.
Adoleſcentia quo anno incipit. 92.
Aduerſa ſubiecto ſingulari ſimul in eſſe non poſſunt. 211.
Aër eſt vocis ſubiectum. 166.
Aër non eſt genus venti. 141.
Aëre varie voces generantur. 166.
Aequale & inequale ſunt propria quantitatis. 141.
Aequiuocum diſtingui debet. 12.
Aequiuocum eſt duplex. 31.
Aequiuocum non eſt attributum. 9.
Aequiuocum poteſt eſſe vniuocū. 9.
Aetatis nomen hominis iuuentuti aſcribitur. 91. 92.

Aetas decrepita quando incipit, & quam diu durat. 92.
Aetas virilis hominis autumnus dicitur. 91.
Aetas virilis quo anno incipit & terminatur. 91. 92.
Aetates hominis sunt septem. 92.
Aetates hominum quomodo statūt medici. 91.
Aethiopes in locis frigidis paulatim albescunt. 175.
Aethiopis nigrior est accidens inseparabile. 156.
Affirmatio seu negatio nostra nihil in re mutat. 161.
A genere ad speciē in terminis aientibus, & in rebus constituendis ratio non aptè ducitur. 180.
Album quid. 26.
Aliquid è rerum natura tollitur dupliciter. 177.
Anima à corpore au ulsa neq; viget, neque sentit, neque rationem habet discurrentem. 86.
Anima à corpore separata genus esse non potest. 86.
Anima an genus sit an species. 84.
Anima an sit species. 86.
Anima est subiectum subordinatū. 75.
Anima hominis est forma. 6.
Anima æquiuoca est, trium animarum collatione. 85.
Anima dupliciter consideratur. 86.
Anima est immortalis, operationes animæ non sunt. 86.
Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte. 39.
Anima non est genus comparatione animæ rationalis quæ homini inest, animæ sentientis quæ bruto competit, animæ vigentis quæ in plantam cadit. 85.
Anima non est genus cùm ad humanæ animæ facultates refertur. 85.
Anima non est species Caietani iudicio. 86.
Anima qua ratione species esse potest. 86.
Anima rationalis sentit & viget. 85.
Anima sentiens viget. 86.
Anima vt est in corpore non est notio communis. 86.
Anima vigens & sentiens per accidens corporea dicuntur. 212.
Animæ duę bruto non insunt. 85.
Animæ humanę tres facultates specie non differunt. 95.
Animæ in homine an tres reperiantur. 84.
Animæ potentiæ in hominæ repertæ re non differunt. 85.
Animæ tres sunt partes. 56.
Animæ tres homini non insunt. 85.
Animis solis esse, quid sit. 6.
Animal cùm indiuidua respicit non est species. 54.
Animal cur genus appellatur. 37.
Animal dupliciter consideratur. 214
Animal est triplex. 38.
Animal illud quòd in homine est diuersum est ab illo animali quod bruto competit. 37.
Animal non est hominis subiectum. 155.
Animal non potest intendi aut remitti. 184.
Animal qua ratione de multis formis dicatur. 57.
Animal quicquid in natura sua habet, vnumquodque animal habet. 114.
Animal rationis particeps, non est genus hominis. 37.
Animal sua natura neque rationis, neque mortis est capax. 111.
Animalis completa definitio non est, vt sit corpus animatum sensus compos. 105.
Animalis nulla pars integralis est animal, 105. 106.
Animalia sunt in India quæ vno pede gradiuntur, vnúmque tantum in fronte oculum habent. 127.
Animatum est duplex. 105.
Animatum, vt informat, est differentia. 106.
Angeli & homines eandem medicinæ scientiam non habent. 126.
Angeli non sunt corporei. 212.
Angeli nullo modo sunt animalia. 108.
Angeli quomodo dicuntur vniuersalia. 210.

23229

Angeli rationem habent intuentem. 107.
Angeli rationem habent Platonicorum iudicio. 107. 117. 120.
Angelorum & ſubſtantiarum ſimplicium origo. 89.
Angelorum ſcientiæ infuſæ à noſtris ſpecie differunt. 126.
Anſer eſt animal frigidum. 157.
Antiquorum mos in principibus eligendis. 45.
Anytus Rhetor Athenienſis. 182.
Anytus Socratis inimicus. 182.
Appellatio eſt duplex. 12.
Appellationis ſubiectum ab inhærendi ſubiecto quomodo differt. 165.
Apes diuinam mentem habere quidam erant arbitrati. 107.
Apes miram naturam habent. 107.
Apes regem habent. 107.
Apes regem mirum in modum colunt. 107.
Apri proprium. 133.
Aptitudo & potentia quo modo differunt. 39. 51.
Aptitudo fruſtra eſt quæ ad actum non reducitur, quomodo intelligendum. 83.
Aquæ frigus eſt accidens inſeparabile. 201.
Argumentũ ab actu ad potentiam in quibus valet. 78.
Argumentum à maiori ad minus tantùm in pronuntiatis negantibus, à minori ad maius in pronũciatis aientibus tantùm valet. 109
Argumentum non ſequitur a potentia ad actum affirmatiuè. 126.
Argumentum ſequitur ab actu ad potentiam affirmatiuè. 175.
Argumentum ſequitur a potentia ad actum negatiuè. 176.
Ariſtoteles idæas Platonis reprehendebat. 215.
Ariſtoteles peripateticorum princeps. 7.
Ariſtotsles primus topicorum inuentor erat. 194.
Ariſtoteles topicorum rudem veluti formã ſubiicere ſe velle promiſit. 194.
Ars naturam imitatur. 210.
Ars ſcribendi aut pulſandi eſt in prima qualitatis ſpecie. 195.
Artis nuda vocabula non ſunt vniuerſalia. 8.
Aſinus ſi equam contrectet, mula inde naſcitur. 187.
Aſini caput eſt hominis caput, non caput humanum. 78.
Aſini proprium. 133.
Attentos facere auditores in exordio debemus. 2.
Attentos quomodo auditores facere poſſumus. 26
Attributa tantum quinque ſunt numero. 202.
Aues non propriè loquuntur. 177.
Auicenna inconſideratè Porphyrium reprehendit. 152.
Autoritates deteriores ſunt in diſputationibus quam rationes. 86. 139.
Autumnus hominis dicitur virilis ætas. 91.

B.

BEllua non habet duas animas. 85.
Binarius cum numero quando reciprocatur. 181.
Binarius cum numero quoad intellectum non connertitur. 181.
Binarius numerus eſt principium ternarij. 181.
Binarius numerus proximè ſub numero non continetur. 147.
Bipes cuiuis homini poteſtate non actu conuenit. 127.
Bipes non eſt vniuerſale proprium comparatione hominis & auis. 137.
Bouis proprium. 133.
Brutum an ſit genus. 98.
Brutum non habẽt duas animas. 86.
Bruta nõ caneſcũt, ſed grigeſcũt. 128
Bruta rationem non habent. 107.
Brutorum capilli albi propriè canities non ſunt dicendi. 128.
Bubonis proprium. 133.
Burleus à Paulo Veneto reprehenditur. 13. 99. 157.

Burlei error in differentiarum reciprocatione. 99.

C.

CAecitas dupliciter ſumitur. 92.
Cæcus omnis viuit. 78.
Cæcus videndi aptitudine non priuatur. 52.
Calidiſsimum & ignis, quomodo reciprocantur. 147.
Calidiſsimum ignis formam non ſequitur, ſed materiam. 146.
Calidiſſimum non eſt ignis proprium. 146.
Calor cum igne non reciprocatur. 147.
Calor eſt accidens ignis. 146.
Calor idem numero nec in igne, nec in aëre, nec in corpore generatur. 167.
Calor ignis num ad corpus deferatur. 167.
Cameli proprium. 133.
Candidum quando eſt accidens, & quando eſt differentia cõmunis. 92
Caneſcere homini ſemper non conuenire, quomodo eſt accipiendũ. 129.
Candor eſt ſpecies ima. 157.
Candor idem de Platone eiuſque cadauere dicitur. 165. 166.
Candor qua ratione dicitur corporeus. 211.
Candor quare Ciceroni & homini conuenit. 172.
Candor vniuerſus num prius vniuerſo ſubiecto, quàm candor ſingularis ſingulari inhæret. 172.
Candor vniuerſus prior eſt naturæ ordine ſingulari. 172.
Canis cur dicitur medicus. 126.
Canis eſt domino fidelis. 126.
Canis & homo eandem nou habent medicinam. 126.
Canis lingua cur malos extrahit humores. 126.
Canis proprietates. 126.
Canis proprium. 133.
Canities Ariſtotelis iudicio tantũ viris conueuit. 128.
Canities brutis animantibus propriè non conuenit. 128.
Canities cur alijs tardius, alijs citius eueniat. 128.
Canities cur in iuuentute accidit. 128.
Canities ex cura prouenit. 128.
Canities in iuuentute cur propriè non aduenit. 128.
Canities in ſenectute cur naturaliter contingit. 128.
Canities multis rebus metaphoricωs conuenit. 128.
Canities propriè ex frigore cerebri prouenit. 128.
Canities ſoli homini conuenit. 128.
Canities varias ob cauſas accidere poteſt. 128.
Capilli ſunt excrementa non partes. 130.
Carbonis nigrior qua ratione ſit accidens inſeparabile. 200.
Caſus ab Ariſtotele accidens appellatur. 152.
Categoria quid. pag. 3 203.
Catægoria quæuis habet ſupremum genus, infimas ſpecies & interiecta genera. 54.
Categoria ſubſtantiæ eſt reliquarum categoriarum prima & maxima. 55.
Categoriæ ante Ariſtotelem tractatæ. 4.
Categoriæ, atttibuta & prædicata quomodo differunt. 205.
Categoriæ decem ſub quiuque vocibus comprehenduntur. 203.
Categoriæ decem ſuut. 4.
Categoriæ infinitæ quomodo eſſe poſſunt. 208.
Categoriæ ſignificatio. 3.
Categorijs cur conducunt vniuerſalia. 3.
Categoriæ nouem vltimæ accidentis nomen habent. 152.
Catus eſt animal frigidum. 157.
Cauſa efficiens a definitione differentiæ reijcitur. 121.
Cauſa efficiens eſt duplex. 143.
Cauſa efficiens eſt principium motus & mutationes. 143.

23229

Cauſa finalis & formalis, natura non diſcrepant. 113.
Cauſa efficiens, non ſemper eſt principium motus. 143.
Cauſa efficiens, per formam ſuas exercet operationes. 113.
Cauſam efficientem & materiam in eandem rem non cadere, quomodo eſt accipiendum. 143.
Cauſarum quatuor ſunt genera. 113
Cauſarum duo ſunt genera. 101.
Certa accidentia. 177.
Chryſaorius Porphyrij diſcipulus. 3.
Chryſaorij rogatu, inſtitutionem ſuam ſcripſit Porphyrius. 3.
Circulus in definitionibus quid ſit. 48.
Circulus in relatiuorum definitione non eſt prohibitus. 48.
Cœlum quomodo dicitur animatum. 106.
Cohærere per ſe in rerum natura quid ſit. 6.
Coloniæ coruus albus erat viſus. 157.
Color comparatione ſubiecti eſt accidens, reſpectu inferiorum eſt genus. 161.
Color medius ex albi & nigri mixtura enaſcitur. 190.
Coloratum cum corpore reciprocatur. 70.
Coloratū & corpus, neceſſariò non conuertuntur. 136.
Coloratum non eſt proprium. 201.
Combuſtio an ſit accidens. 163.
Communis differentia cur dicitur. 91.
Communis differentia dupliciter dicitur. 92.
Communis differentia quatuor habet comparationes. 95.
Communia accidentia. 177.
Commune & proprium quomodo differunt. 146.
Communiter differre quid. 90.
Communitates accidentis & generis. 145.
Communitates & differentiæ accidentis & differentiæ. 189.
Communitates & differentiæ accidentis & proprij. 197.
Communitates & differentiæ generis & differentiæ. 172.
Communitates & differentiæ generis & proprij. 181.
Communitates & differentiæ proprij & differentiæ. 188.
Communitates & differentiæ quinque vocum. 171.
Communitates & differentiæ ſpeciei & accidentis. 196.
Communitates & differentiæ ſpeciei & differentiæ. 186.
Communitates & differentiæ ſpecie & proprij. 192.
Communitates generis & ſpeciei. 179.
Componens intellectus. 159.
Componens intellectus dupliciter dicitur verus. 159.
Compoſitio eſt triplex. 218.
Compoſitio indiuidui. 218.
Compoſitio generis. 218.
Compoſitio ſpeciei. 218.
Compoſitionis forma. 218.
Compoſitum quo pacto generatur. 219.
Conſtare ex indiuiduis quomodo accipiendum. 72.
Conſtitutio dialectica. 188.
Conſtitutio non fit ex negatione. 97
Conſtitutio ſubiecti eſt duplex. 156.
Conſtituitur nihil à ſeipſo. 111.
Conſtituitur nihil ex nihilo. 111.
Contentum eſt incontinente. 160.
Continere poteſtate quid ſit. 111.
Continere quatuor habet ſignificationes. 190.
Continetur vnum ab altero dupliciter. 179.
Contradictoria de eodem non poſſunt dici. 148. 174.
Contradicentiū altera pars de omni re dicitur. 174.
Contraria eidem indiuiduo ſimul non ineſſe poſſunt. 114. 211.
Contraria idem ſuſcipere poteſt. 199.
Contraria in gradibus remiſſis, eidem inſunt, in ſummis non inſunt. 192.
Cōtraria poteſtate eidē ſimul ineſſe poſſunt.

23229

possunt. 114.
Contraria se mutuo expellunt. 154.
Contraria tanquam accidentia generi aut speciei simul inesse possunt. 114. 211.
Contraria tanquam partes essentiales, neq; individuo, neq; speciei, neq; generi simul inesse possunt. 114.
Contraria accidentia quomodo inter se coniuguntur. 190.
Contraria secundum suas naturas completas simul inesse eidem non possunt. 192.
Contrariæ differentiæ inter se nequeunt coniungi. 190.
Contrariorum accidentium differẽtiæ per accidens inter se cõiungũtur. 191.
Contrariorum vnum perfectè, alterũ imperfectè eidem inesse potest. 192.
Conuersio quibus conuenit. 133.
Cornicis proprium. 133.
Coruus albus à Sipontino erat visus. 157.
Coruus qua ratione albus fieri possit. 157.
Coruus quoad principia dialectica candidus esse potest. 157.
Corui nigrior est accidens inseparabile. 156.
Corui proprium. 133.
Corpus animatum est vniuersale. 8.
Corpus animatum quare sit genus à Porphyrio positum. 57.
Corpus animatũ quo modo est genus & species. 56.
Corpus animatum sensus compos non est completa animalis definitio. 105.
Corpus an sit genus. 56.
Corpus est aliquod sine quantitate. 214.
Corpus est duplex. 56.
Corpus est hominis pars. 56.
Corpus & quantum conuertuntur. 136.
Corpus leuissimum non est ignis proprium. 147.
Corpora duo qua ratione in eodem loco esse possunt. 214.
Corporeum quatuor modis dicitur. 211.
Corporea quæ sunt. 6.
Corruptio accidentibus quo modo dicitur conuenire. 154.
Corruptio de materia non dicitur. 163.
Corruptio tantùm substantiæ propriæ conuenit. 154.
Crassus nunquam ridebat teste Plinio. 103.
Crassus semel ridebat in vita, Ciceronis iudicio. 103.
Crocodilus propriè flere non dicitur. 132.
Cumulus lapidum cur non sit genus prima significatione. 13.
Curare quod quisq; contra opinionem omnium afferat, amentia est. 116.
Cyconiæ proprium. 133.

D.

Decrepita ætas quando incipit, & quousque durat. 92.
Definitio aut descriptio tanto est melior, quanto melius ac plenius eius quod definitur naturam exprimit. 161.
Definitio cur sit oratio. 50.
Definitio est duplex. 30. 140.
Definitio extraordinaria quid. 140
Definitio, genus, species, & differentia sunt ex essentia rei. 49.
Definitio in absolutis rebus definito notior esse debet. 38.
Definitio in quale non dicitur. 50.
Definitio legitima quid. 140.
Definitio nõ explicat quid sit res. 30
Definitio completa animalis non est, vt sit corpus animatum sensus compos. 105.
Definitio omnis est oratio. 34.
Definitio omnis ex genere & differentia constat. 80. 94. 98.
Definitio quare in quid dicitur. 124.
Definitio quæuis cum definito conuerti debet. 117.
Definitio quomodo est proprium. 148.
Definitio quomodo in quid dicitur.

tur. 49.
Definitio seu descriptio, nihil debet carere. 25.
Definitio sola, non explicat rei naturam. 30.
Definitio suum enuntiandi modum à se ipsa sumit. 124.
Definitio vera, tantùm ex genere & differentia constat. 25.
Definitio vniuscuiusque rei in principio adhiberi debet. 7. & 35.
Definitionem aliquid reddens cõtinere quid sit. 24. & 25.
Definitionem & proprium tantùm reciprocari, quomodo intelligẽdum. 123.
Definitionis elementum proprium esse, quomodo est accipiendũ. 151.
Definitiones non semper cum definitis conuertuntur. 116.
Definitionum multa sunt genera. 101.
Definitum duplex. 26.
Deiuncta quantitas, quale habet subiectum. 165.
Democritus semper ridere solebat. 103.
Demonstratio ex quibus constat. 5.
Denominatiuũ non est omne illud quòd in concreto dicitur. 33.
Denominatiua prædicatio hæc non est, linea est quanta. 33.
Denominatiuè illud non prædicatur, quòd essentialiter dicitur. 33.
Deorsum ferri, naturaliter inest lapidi. 201.
Descriptio duplex. 4.
Descriptio quomodo fit. 96.
Descriptiones rerum, communi & propria differentia fiunt. 96.
Deus naturam habet infinitam. 109. 199.
Deus non est incorporeus, licet sit non corporeus. 109.
Deus nulla ratione est species. 84.
Deus quomodo est vniuersalis. 8. 210.
Deus sub nulla categoria continetur. 109. 199.
Deus sub nullo attributo continetur. 109.
Dei vita est infinita. 199.
Dei vita in nullo vniuersali aut categoria locum habet. 199.
Dialectica constitutio. 188.
Dialecticus in dialectica tantùm, & vnusquisque in sua arte versari debet. 7.
Dialecticus quomodo vniuersale accipit. 10.
Dialecticus quomodo vniuersale post rem considerat. 207.
Differentia à definitione propriũ remouetur. 137.
Differentia ad suum genus dupliccm habet comparationem. 117.
Differentia communis dupliciter sumitur. 92.
Differentia communis est accidens, quòd separari potest. 92.
Differentia communis & propria, quatuor modis sumitur. 95.
Differentia cur dicitur vim habere separandi species, & non actũ. 119.
Differentia cur in quale prædicatur. 116. 500.
Differentia cur ita appellatur. 138.
Differentia cur simplex appellatur. 44.
Differentia definitione describitur. 116.
Differẽtia definitur per genus quòd diuidit. 123.
Differentia duas habet comparationes. 124.
Differentia duobus modis comparatur. 138.
Differentia eadem & genus diuidit & speciem absoluit. 105.
Differentia est in generis potestate. 113.
Differẽtia est pars, species totũ. 44.
Differentia est principium actu. 202
Differentia est proximum speciei principium. 141.
Differentia est remotũ propriũ principium. 141.
Differentia est similis materiæ. 49.
Differentia est triplex. 90.
Differentia est vniuersale in re. 207.
Differentia & genus sunt principiũ efficiens cõparatione propriũ. 141
Differentia generica cur tantum describitur. 116.

23229

Differentia generica & ſpecifica, diuerſa non efficiunt attributa. 204.
Differentia habet ſimilitudinem actus, genus verò potentiæ. 112.
Differentia in quid prędicatur. 39.
Differentia in recto caſu, de rebus ſubiectis dicitur. 178.
Differẽtia in ſpeciei definitione collocatur. 44.
Differentia ipſa per accidens intenditur. 103.
Differentia maximè propria genera diuidit. 64.
Differentia maximè propria, quatuor modis ſumitur. 95.
Differentia non eſt actu differentia, niſi quemadmodum aut genus diuidit, aut ſpeciem abſoluit, poteſtate eſt. 117.
Differentia non eſt generis accidẽs, ſed qualitas. 123.
Differentia non eſt vniuerſale tantum comparatione ſpeciei, cum qua conuertitur. 135.
Differentia omnis à forma non a materia prouenit. 108.
Differentia omnis cum ineſt, ſubiectum diuerſum ab altero facit. 90.
Differentia omnis vera, debet reciprocari. 99.
Differentia omnes ſpecies non continet, quas genus complectitur. 172.
Differentia perfectè rei naturã non explicat. 138.
Differentia poteſtate eſt in genere. 6
Differentia primo modo per ſe conuenit. 100. 101.
Differentia prior eſt ſpecie naturæ ordine. 44.
Differentia prior eſt ſpecie quàm perficit. 186.
Differentia proportionem habet formæ. 116.
Differentia, proprium & accidens quomodo differunt. 199.
Differentia quadam ratione poteſt eſſe proprium topicum, nullo modo proprium vniuerſale. 139.
Differentia quæuis vera duo habet ſubiecta. 97.
Differentia quæuis vera, in categoria qualitatis non eſt collocanda. 116.
Differentia quando conſtituens appellatur. 121.
Differentia qualem habet definitionem. 174.
Differentia quando eſt diuidens. 121
Differentia quãdo eſt maximè propria. 121.
Differentia quando eſt vniuerſalis notio. 121.
Differentia quando poteſtate eſt in genere, quando actu. 119.
Differentia qua ratione dicatur diuidere ſpeciem. 118.
Differentia qua ſignificatione eſt actus. 116.
Differentia qua ſignificatione forma appellatur. 6.
Differentia qua ratione generi ſubeſt. 112.
Differentia quando eſt proprium topicum. 124.
Differentia quinque ſubire poteſt officia. 121.
Differentia quo modo à genere originem habet. 123.
Differentia quomodo eſt propriũ. 148.
Differentia quomodo dicitur inſeparabile quiddam. 198.
Differentia rebus ſubiectis ſemper re & intellectu conuenit. 190.
Differentia ſuæ ſpeciei comparata eſt proprium. 138.
Differentia ſpecifica nulla erat Porphyrio cognita. 116.
Differentia ſub genere, in prædicatis reponitur. 138.
Differentia ſuperior, de inferiore non dicitur. 174.
Differentia ſuperior quadam virtute in inferiore continetur. 174.
Differentia tam generis quàm ſpeciei de multis quæ ſpecie differunt dici poteſt, quorundam iudicio. 117.
Differentia vera à ſpecie non poteſt ſeiungi. 97.
Dif. vera quomodo differt à cõmuni

&

& pr opia. 94.
Differentia verà, ſpeciem efficit. 90.
Differentia vltima, generi eſt ornamento. 178.
Differentiæ acceptio à Philoſophis emanauit. 90.
Differentiæ actio poteſt intendi & remitti, facultas non poteſt. 103.
Differentiæ aduentiarum categoriarum, comparatione formarum quas conſtituunt, nec intenduntur nec remittuntur. 102.
Differentiæ, à qua re ortum habẽt. 111.
Differentiæ communes & propriæ veram definitionem non ingrediuntur. 109.
Differentiæ contrariæ inter ſe coniungi non poſſunt. 190.
Differentiæ contrariorum accidentium, per accidens inter ſe coniunguntur. 191.
Differentiæ, cur appellantur maximè propriæ. 93.
Differentiæ, cur appellantur propriæ. 92.
Differentiæ, cur appellantur communes. 91.
Differentiæ, cur dicuntur inhærere 97.
Differentiæ, cur dicuntur generi ſubeſſe. 111.
Differentiæ definitio, num à Porphyrio legitimè ſit tradita. 122.
Differentiæ definitio, omnibus differentijs quomodo poſsit applicari. 118.
Differentiæ deſcriptio. 109.
Differẽtiæ diuerſæ, in vno eodémque nequeunt reperiri. 111.
Differentiæ diuiſio, qualis appellatur. 91.
Differentiæ diuiſiuę, ſunt quaſi accidentia generis. 177.
Differentiæ diuiſiuę, tollũtur ſublatis generibus.
Differentiæ & communitates accidentis & proprij. 197.
Differentiæ & accidentis communitates & differentiæ. 189.
Differentiæ & communitates generis & differentiæ. 142.
Differentiæ & communitates generis & ſpeciei. 179.
Differentiæ & communitates generis & proprij. 181.
Differentię & communitates generis & accidentis. 185.
Differentiæ & communitates quinque vocum. 171.
Differentiæ & communitates ſpeciei & accidentis. 196.
Differentiæ & communitates ſpeciei & proprij. 192.
Differentiæ & proprij communitates & differentiæ. 188.
Differentiæ & ſpeciei communitates & differentiæ. 186.
Differentiæ ex genere tanquam ex fonte manant. 112.
Differentiæ, generis & proprij indiuidua, quomodo differunt. 145.
Differentiæ munus eſt genus, non ſpeciem diſtribuere, ſpeciem verò & non genus perficere. 118.
Differentiæ munus eſt ſpeciem informare. 106.
Differentiæ nomen ab oratoribus latè ſumitur. 121.
Differentiæ non ſunt generis poteſtas. 38.
Differentiæ per ſe differunt. 120.
Differentiæ quandóque genera ſignificant. 175.
Differentiæ quarta definitio. 115.
Differentiæ quomodo ſunt in prædicamentis. 4. 45.
Differentiæ quo genere cauſæ ſunt in generis poteſtate. 113.
Differentiæ ratione tantum à genere proficiſcuntur. 113.
Differentiæ ſecunda definitio. 114.
Differentiæ ſpecierum poteſtate ſunt in genere. 116.
Differentię ſubiectę tolluntur ſublato genere. 118.
Differentiæ ſubiectum eſt genus. 112.
Differentię ſunt in genere tanquam in principio. 112.
Differentiæ tertia definitio. 115.
Differentiæ verę æqualiter de formis dicuntur. 98.

23229

Differentiam non reciprocari, Aristotelis autoritate docetur. 122.
Differentiam non reciprocari, Platonis erat opinio. 124.
Differentiam non reciprocari, quomodo est accipiendum. 124.
Differentiam nullam veram agnoscimus, vt putant nonnulli. 96.
Differentia quæ ad rei naturã pertinet, est triplex. 119.
Differentiarum verarum penuria laboramus. 96.
Differentias actu esse in genere, bifariam intelligitur. 114.
Differentias contrarias inter se non coniungi, de differentijs categoriæ substantiæ intelligitur. 191.
Differentias cur habet genus indeterminatè. 112.
Differentias plures esse eiusdẽ speciei, quomodo intelligendũ. 178.
Differentias veras excogitare non possumus. 122.
Differentias veras non reciprocari, affirmat Burleus. 99.
Differentijs sublatis, genus re ipsa aufertur, non intellectu. 177.
Differentijs diuisiuis genera sunt antiquiora. 173.
Differentijs sublatis, tolluntur res subiectæ. 173.
Differre à seipso, requirit temporum commutationem. 91.
Differre communiter quid. 90.
Differre genere quid. 48.
Differre maximè propriè quid. 90.
Differre numero, bifariam res dicuntur. 49.
Differre propriè quid. 90.
Differre quippiam tripliciter. 48.
Differunt quæ diuersas habent definitiones. 144.
Diogenes Synicus gallo gallinaceo Platonem ridebat. 127.
Disciplina duas habet significationes. 108.
Disciplinę capax an sit differẽtia 99
Disciplinæ capax est proprium. 99.
Disciplinæ capax qua ratione homini & Ciceroni conuenit. 172.
Disciplinæ capax qua significatione soli homini competit. 100.
Disputationes hominum, in nudis nominibus versari non debẽt. 106
Diuersum se latius extendit quàm differens. 119.
Dies non est propriè, qui potest esse dies. 110.
Distribuitur res priusquam definitur, si modo res multas continet ambiguitates. 156.
Diuidens intellectus. 159.
Diuidens intellectus dupliciter verus dicitur. 159.
Diuidentia membra alteri à diuiso, in diuisionibus aduentitijs possunt conuenire. 102.
Diuersorum generum, quorum vnum ab altero non continetur, diuersæ sunt species & differentiæ.
Diuina potẽtia à dialecticis in contentionem vocari non debet. 145.
Diuisio est duplex. 62. 105.
Diuisio ex quibus rebus constat. 4.
Diuisio tantum bimembris esse debet, si commodè fieri possit. 96.
Diuisionis lex. 64.
Doctrinæ ordo. 4.
Dormire est accidens separabile. 156
Duo corpora, quomodo possunt esse in eodem loco. 214.

E.

EAdẽ esse quæ simul oriuntur & cadũt, quomodo sumendũ. 144
Eadẽ esse quorũ principia sunt eadem, quomodo accipiendũ 142
Eadem res contraria suscipit. 199.
Ebenus comburi non potest. 201.
Ebenus quid. 201.
Efficiẽs causa, à definitione differẽtiæ reijcitur. 121.
Efficiens causa est duplex. 143.
Efficiens causa est principium motus & mutationis. 143.
Efficiẽs causa, non semper est principium motus. 143.
Efficiẽs causa, per formam suas exercet operationes. 113.
Efficientem causam & materiam in eandem rem non cadere, quomodo est intelligendum. 143.

Elephantis proprium. 133.
Ens multis modis dicitur. 64.
Ens non eſt commune genus omnium categoriarum. 64.
Ens qua ratione eſt vniuocum. 65.
Ens quare non eſt genus. 18. & 19.
Ens quid ſit. 65.
Equam ſi aſinus contrectet, inde mula naſcitur. 187.
Equi proprium. 133.
Equus, quodam pacto doceri poteſt. 107.
Eſſe & exiſtere quomodo differũt. 168.
Eſſe in genere quinque modis aliquid dicitur. 111.
Eſſe quippiam dupliciter dicitur. 12
Ex albi & nigri mixtura, generatur medius color. 190.
Exemplis ſemper fides non eſt adhibenda. 111.
Exiſtere & eſſe quomodo differunt. 168.
Exiſtere per ſe quid ſit. 105. 168.
Exiſtere quid ſit. 168.
Ex nihilo nihil fit. 111.
Ex non ſubſtantijs non fit ſubſtantia. 123. 142.
Ex ſubſtantia non poſſe conſtare non ſubſtantiam, quomodo eſt accipiendum. 142.
Exuſtio an ſit accidens. 165.
Exuſtio quomodo eſt accidens. 164.

F.

Figura eſt triplex. 46.
Finalis cauſa & formalis natura non diſcrepant. 113.
Flendi ortus. 132.
Flent citius mulieres quàm viri. 132.
Fletus propriè Crocodilo non conuenit. 132.
Fœlix qua ratione miſer eſſe poteſt. 189.
Forma compoſitionis. 215.
Forma cur ſub materia continetur. 112.
Forma eſt in materiæ poteſtate. 113.
Forma eſt materiæ cauſa. 112.
Forma eſt pars phyſicæ conſtitutionis. 59.
Forma eſt qualitas. 116.
Forma eſt triplex. 218.
Forma & finis natura diſcrepant.
Forma & materia quomodo ſunt in ſubſtantia, tanquam in genere. 112.
Forma materiam abſolutam reddit. 123.
Forma phyſica à materia poteſt diuelli. 97.
Forma phyſica à materia proficiſcitur, priuſquam illi inhæret. 117.
Forma phyſica cur à prima differentiæ definitione ſeparatur. 110.
Forma phyſica à re conſtituta non poteſt ſeparari. 97.
Forma quando ſpeciem ſignificat. 59.
Forma quomodo generatur. 219.
Forma ſignificat ſpeciem, & ſpecies formam. 118.
Forma ſola cognitionem parit. 219.
Forma ſpeciei. 218.
Forma ſubſtantialis eſt duplex. 115.
Forma totius. 218.
Forma totius in duas partes diuiditur. 218.
Formæ qualem habent à materia originem. 113.
Formæ ſignificata. 6.
Formæ ſubiectum eſt materia. 154.
Formarũ differentiæ poteſtate ſunt in genere. 110.
Formarum infimarum numerus eſt certus. 65.
Formas rerum tantum eſſe in anima quomodo intelligitur. 209.
Formicæ labor & diligentia. 107.
Fortuna ab Ariſtotele accidens appellatur. 152.
Frigus aquæ inſeparabile eſt accidens. 201.

G.

Gabriel an ſpecies. 82.
Galli proprium. 133.
Gallinæ proprium. 133.
Generatio fit tribus modis. 219.
Generatio per accidens. 220.
Generatio per ſe. 220.

23229

Generatur aliquid dupliciter. 220.
Generatur medius color ex albi & nigri mixtura. 189.
Genus ab indiuiduis distinguitur: 20.
Genus à proprio tribus modis differt. 23.
Genus an in vna forma conseruari possit. 38.
Genus cur forma dicitur. 219.
Genus cur indeterminatè differentias habere dicitur. 112.
Genus cur maximè dicitur explicare rei naturam. 32.
Genus cur pars. 36. 178.
Genus de differentia non dicitur. 112
Genus de hoc & illo genere nequit dici. 18.
Genus de nullo vicissim dicitur. 182
Genus de specie an contractè aut confusè dicatur. 54.
Genus de suis formis æqualiter dicitur. 98.
Genus dialecticum & cinile quomodo differunt. 17.
Genus diuiditur eadem differentia quæ speciem absoluit. 105.
Genus diuiditur per differentias a forma manantes. 62.
Genus duas habet significationes. 180.
Genus ea omnia continet quæ species complectitur. 68.
Genus est differentię subiectum. 112
Genus est differentiarum forma. 113.
Genus est fons ex quo manat differentia. 112.
Genus est in specie. 159.
Genus est principium efficiens cõparatione proprij. 141.
Genus est principium potentia. 202
Genus est prius suis formis. 23.
Genus est proximum speciei principium. 141.
Genus est remotum proprij principium. 141.
Genus est simile materię. 49. 113. 115. 173.
Genus est speciei pars. 51.
Genus est totum. 73.
Genus est vniuersale in re. 207.
Genus & materia quomodo conueniunt & differunt. 178.
Genus & species à definitione proprij remouentur. 137.
Genus & species quando sunt contraria. 80.
Genus & species ratione prædicandi differunt. 50.
Genus & species sunt relatiua. 44.
Genus & species sunt synonima. 12
Genus infimum locum habere non potest. 179.
Genus innominatum quid. 43.
Genus in pluribus dici quam accidens, quomodo est intelligendum. 177.
Genus in pluribus dicitur quàm species, quàm differentia, quàm proprium, quàm accidens. 173.
Genus in recto casu de formis dicitur. 178.
Genus interdum, speciem significat 95.
Genus interiectum & summum diuersa non efficiunt attributa. 203.
Genus interiectum superiora respicit. 203.
Genus nobis est specie notius. 47.
Genus nominatũ & innominatum non admodum probabilis distinctio. 43.
Genus nominatũ & innominatum eidem possunt conuenire diuersa ratione. 43.
Genus nominatum quid. 43.
Genus nominatum tantum à Porphyrio definitur. 43.
Genus attribuit suam naturam speciei non differentiæ. 44.
Genus non continet species in se, id est in sua natura, sed sub se. 179.
Genus non explicat integram speciei naturam. 50.
Genus nullum est substantia antiquius. 81.
Genus potentiæ similitudinem habet. 112.
Genus potestate plura quàm species continet. 68.
Genus primum quid sit. 54.
Genus primo modo per se conuenit. 100. 101.
Genus proprium aut accidens quauis

uis propositione aut quæstione declarari, quomodo est accipiendum. 151.
Genus qualitas vocatur & in quæstione qualitatis dicitur. 115.
Genus quando totum. 23. 178.
Genus qua ratione sit inuestigandum. 38.
Genus quid. 18.
Genus quicquid habet, species continet, non contra. 110.
Genus quicquid habet essentialiter, speciei attribuit. 114.
Genus quomodo ad indiuiduũ pertertur. 16.
Genus quomodo ad speciem ducitur. 16.
Genus quomodo a specie, differentia, proprio & accidente separatur. 20.
Genus quomodo ad speciem refertur. 47.
Genus quomodo à prima differentiæ definitione separatur. 110.
Genus quomodo forma inferioris dicitur. 218.
Genus quomodo formis inest. 37.
Genus quomodo in quid dicitur. 49
Genus quomodo remanet sublatis subiectis rebus. 217.
Genus quomodo sequitur speciem. 182.
Genus quomodo speciei est principium. 16.
Genus quo pacto in species diuiditur. 105.
Genus quo pacto dicendum est confusum. 51.
Genus re a specie non differt. 17.
Genus re ipsa aufertur sublatis differentijs. 177.
Genus reciprocari quomodo intelligitur. 184.
Genus sigillatim sine formis esse potest. 180.
Genus, species, & differentia re conueniunt, ratione differunt. 37. 42.
Genus, species, & differentia propriè de re dicuntut. 162.
Genus suas species non actu, sed potentia complectitur. 179.
Genus summum in inferioribus generibus vt sunt genera non dicitur. 70.
Genus summum nunquam esse potest aut species infima, aut intermedia. 52. 56. 57. & 61.
Genus supremum vnam habet comparationem. 59.
Genus suas constituentes differẽtias actu habet. 113.
Genus superat potestate speciem. 110.
Genus tantùm vnum esse vnius speciei, quomodo intelligendum. 178
Genus totum & pars appellatur. 74
Genus triplicem habet comparationem. 38.
Genus vt est confusum de suis formis non dicitur. 36.
Genera antiquiora sunt differentijs diuisiuis. 173.
Genera aduentitiarum categoriarum duplicem habent comparationem. 59.
Genera interiecta duas habent comparationes. 53. & 55.
Genera interiecta nunquam possunt esse species infimæ. 53.
Genera potestate formarum habent differentias. 110.
Genera potestate species continẽt. 60
Genera summa per se sunt diuersa. 120.
Genera summa qualia habent propria. 141.
Genera summa sunt diuersa, sed non differunt. 119.
Generica propria. 141.
Genera summa, vnde suam habent naturam. 82.
Generis actus quid sit. 114.
Generis compositio. 218.
Generis definitio non est superflua. 25.
Generis definitio monstrat tria necessariò in genere requiri. 18.
Generis definitionis interpretatio. 19. 43.
Generis definitione an nuda vox, an res substractæ definiantur. 25.
Generis definitione num rectè explicetur. 27.
Generis definitionem cuius generi topico non accommodauit Aristoteles.

23229

ſtoteles. 139.
Generis, differentiæ, & proprij indiuidua quomodo differunt. 145.
Generis & accidentis communitates. 185.
Generis & differentiæ communitates. 172.
Generis & proprij communitates & differentiæ. 181.
Generis & ſpeciei communitates & differentiæ. 179.
Generis munus non eſt res efficere, differre, ſed potius differentiæ. 120.
Generis natura in ſpecies non diſtribuitur. 105.
Generis natura in vna ſpecie poteſt conſeruari. 38.
Generis natura nõ eſt omni ex parte cauſa poteſtatis. 39.
Generis nomen an bruto ſit aſcribendum. 58.
Generis poteſtas diuiditur. 105.
Generis poteſtas multas requirit ſpecies. 40.
Generis poteſtas non contrahitur. 37.
Generis poteſtas quid ſit. 37. 38.
Generis poteſtas potiùs genus efficit, quàm eſſentia. 37.
Generis poteſtas vniuerſa non eſt in vna quauis ſpecie. 105.
Generis ſignificata à quibus emanarunt. 90.
Generis ſupremi definitio à Zenone eſt ſumpta. 61.
Generi aliquid ſubeſſe quinque modis dicitur. 111.
Generi aliquid ſubeſt dupliciter. 16.
Generi differentias actu ineſſe bifariam intelligitur. 114.
Generi quomodo ſubiecta eſt differentia. 112.
Genere differre quid. 48.
Genere ſublato tolluntur omnes ſubiectæ differentiæ. 118.
Generum diuerſorum quorũ vnum ab altero non continetur, diuerſę ſunt ſpecies & differentiæ. 145.
Generum ſummorum propria à genere & differentia non proueniunt. 141.
Generibus ſublatis, diffrentiæ eiduiſiuæ tolluntur. 173.
Generibus ſublatis, tolluntur res ſubiectæ. 173.
Generibus ſummis quædam ſunt antiquiora. 59.

H.

HAberi poteſt res aliqua dupliciter. 110.
Hæcceitas vocabulum vix Latinum. 62. 87. 119.
Heraclitus ſemper flere ſolebat. 103 131.
Homo ab animali ratione tantùm ſeparatur. 155.
Homo à Deo non differt, ſed eſt à Deo diuerſus. 119.
Homo à quantitate per ſubſtantiam non differt. 119.
Homo differt à reliquis animantibus ſermone. 121.
Homo & canis eandem medicinam non habet. 126.
Homo & equus quodammodo ſpecie conueniunt. 49.
Homo Platonis. 127.
Homo qua ratione dicitur oculorum fungi munere. 165.
Homo non eſt accidẽs reſpectu animalis. 155.
Homo qua ratione eſt accidens domini comparatione. 152.
Homo qua ratione eſt ſpecies. 74.
Homo ſolus eſt medicus. 126.
Homo tres animas non habet. 85.
Homines eandem medicinæ ſcientiam non habent cum angelis. 126
Hominis ætates quot ſtatuunt medici. 91.
Hominis communis proprietates. 73.
Hyems hominis ſenectus dicitur. 91

I.

IDem accidens ſpecie poteſt diuerſorum reſpectu, & ſeparabile & inſeparabile eſſe. 156.
Idem vnius ſubſtantiæ proprium & alterius accidẽs eſſe nõ poteſt. 147

Ignis

Ignis & calidiſſimum, quomodo reciprocantur. 147.
Ignis formam calidiſsimum non ſequitur. 146.
Ignis proprium calidiſsimum non eſt. 146.
Ignis propriũ, corpus leuiſsimum non eſt. 147.
Ignis quomodo dici poteſt frigidus. 199.
Ignis calor num ad corpus defertur nec ne. 167.
Imago in ſpeculo an ſit accidens, & cui tanquàm ſubiecto inhæret. 169. 170.
Imago in ſpeculo nihil quorundam iudicio. 169.
Imago in ſpeculo tribus modis oritur & cadit. 170.
Impar eſt proprium numeri. 131.132.
Inanimatum dupliciter dicitur. 174.
Inęquale eſt quantitatis proprium. 141.
Indeterminatè cur habet genus differentias. 112.
Indiuiduum demonſtratiuum quid. 71.
Indiuiduum determinatum quid 71
Indiuiduum eſt, quicquid ſub aliquo exteriori ſenſu ponitur. 6.
Indiuiduum per ſe eſt ex eſſentia nullius rei. 122.
Indiuiduum quoduis in categoriis repoſitum ſuam habet ab aliquo vniuerſali naturam. 209.
Indiuiduum quomodo eſſentiam alicui poteſt attribuere. 122.
Indiuiduum quomodo generi ſubeſt. 16.
Indiuiduum ſimul contraria habere non poteſt. 114.
Indiuiduum ſuperat ſpeciem. 51.
Indiuiduum vagum, impropriè eſt indiuiduum. 72.
Indiuiduum vagum, non eſt vniuerſale. 72.
Indiuiduum vagum quid. 72.
Indiuiduum vagum vnde dicitur. 72.
Indiuidua ab arte ſunt reiecta. 67.
Indiuidua actu ſpecies continent. 60
Indiuidua cur non ſunt vniuerſalia. 8. 9.
Indiuidua dupliciter ſumuntur. 77.
Indiuidua eadem diuerſa ratione ſub variis vniuerſalibus continẽtur. 145.
Indiuidua eidem ſpeciei ſubiecta, numero tantum differunt. 22.
Indiuidua generis, differentiæ, & propriũ quomodo differunt. 145.
Indiuidua non definiuntur. 35.
Indiuidua non definiri, quo pacto eſt intelligendum. 36.
Indiuidua omnia inter ſe differunt. 73.
Indiuidua propriè oriuntur & cadunt. 188.
Indiuidua qua ratione ſub arte continentur. 67.
Indiuidua ſubſtantiæ dupliciter ſumuntur. 51.
Indiuidua ſubſtantiæ per ſe conueniunt. 100.
Indiuidua ſunt ſpecies topica. 41.
Indiuidua vaga à definitione vniuerſalis cur excluduntur. 8.
Indiuidui vagi quatuor ſunt genera. 72.
Indiuiduis accidentia primum inęſſe, quomodo eſt intelligendum. 171. 172.
Indiuiduis actiones & paſsiones inſunt. 142.
Indiuiduis actus inhærendi, vniuerſalibus potentia conuenit. 153.
Indiuiduis conuenit quicquid reipſa vniuerſalibus ineſt. 153.
Indiuiduis num prius propria inhærent, quàm ſpeciebus. 141.
Indiuiduo cuiuis cõuenit quicquid eſt ex ſpeciei natura, vel ſpeciem neceſſariò ſequitur. 126.127.
Indiuiduo cuiuis non ex neceſsitate conuenit quicquid fortuitò in ſpeciem cadit. 126.
Indiuiduorum accidentalium cauſa & origo. 89.
Indiuiduorum accidentia re vera ſubiectis inhærent. 153.
Indiuiduorum mathematicorũ cauſa. 89.
Iudiuiduorum principium eſt materia ſignata. 87.

23229

Indiuiduorum proprietates. 72.
Indiuiduorum quatuor genera. 21.
Ineſſe aliquid bifariam dicitur. 172.
Ineſſe aliquid dicitur octo modis. 159.
Ineſſe & non ineſſe ſunt contraria cum actum, non cũ potentiã ſignificant. 159.
Infantia quo anno incipit & terminatur. 92.
Inferius eſt accidens ſuperioris. 152.
Inferius nullum comparatione ſuperioris eſt accidens verum. 155.
Inferiora de ſuperioribus non dicuntur. 70.
Inferiora poteſtate ſunt in ſuperioribus. 113.
Inferiora quomodo dicuntur continere ſuperiora. 190.
Infinitum in rerum natura eſſe non poteſt. 68. 81. 82.
Infinitum natura non agnoſcit. 66. & 67.
In genere eſſe aliquid quinque modis dicitur. 111.
Inhærere ſubiecto num ſit ex natura accidentis. 167.
Inhærere vniuerſale non eſt. 169.
Inhærendi potentia eſt proprium comparatione accidentis. 167.
In omni dici, quid ſit. 129.
Inſanus rationis eſt capax, non vtitur ratione. 175.
Inſeparabile tribus modis dicitur. 198.
Inſtitutio quid poſtulat. 5.
Intentio & remiſsio dupliciter contingit. 103.
Intellectus cur dicitur vniuerſalis. 7.
Intellectus eſt architectus vniuerſalium. 153. 172. 10.
Intellectus eſt ſubiectum prudentiæ. 121.
Intellectus obiectum eſt vniuerſale. 208.
Intellectus humanus eſt æternus. 210.
Intellectus ſimplex. 158.
Intellectu ſimplice ſeparatur proprium à ſubiecto. 158.
Intellectus verus quid. 158.
Intellectus vnum ab altero ſeparat dupliciter. 158.
Intellectu aliquid ponitur dupliciter. 205.
Intellectu vero ſeparatur accidens inſeparabile à ſubiecto. 158.
Interitus quomodo conuenit accidentibus. 154.
Interitus ſolis ſubſtantijs propriè conuenit. 154.
Interpretis officium in primordio alicuius tractationis. pag. i.
Iohannis Canonici Theologica ratio, qua probat propriũ re à ſpecie non differre, multa continet abſurda. 144.
Irrationale dupliciter ſumitur. 97.
Irrationale qua ratione non eſt differentia. 97.
Iuſtitiæ officium. 121.
Iuſtitiæ ſubiectum eſt voluntas. 121.
Iuuentutis hominis ætas nuncupatur. 91.
Iuuentus quo anno incipit, & quo anno terminatur. 91. 92.

L.

LAtum eſt principium ſuperficiei. 131. 132.
Laurentius Valla iniquè Porphyrium reprehendit. 19.
Leonis proprium. 133.
Leuiſsimum corpus, non eſt ignis proprium. 147.
Lex in definitione & deſcriptione ſeruanda. 20.
Lex in diuiſione ſeruanda. 94. 96.
Linea eſt genus phyſicum. 78.
Linea eſt quanta, hæc non eſt denominatiua prædicatio. 33.
Lingua canis, cur malos è vulnere humores extrahit. 126.
Locatum non eſt accidens comparatione loci. 160.
Locatum quomodo eſt in loco. 160.
Longum eſt propria paſsio lineæ. 131. 132.
Loquendum cum vulgo, ſentiendum cum ſapientibus. 132.

M.

MAgis & minus dupliciter poteſt ſuſcipi. 103.
Maius quid. 69.
Mali odor num migrat à ſubiecto in ſubiectum. 163.
Manus Platonis nõ eſt animal, licet ſit corpus animatum, ſenſus compos. 105.
Materia cur redditur ſignata potius quantitate quàm qualitate. 88.
Materia cur ſub forma continetur. 112.
Materia eſt ſubiectum in potentia. 23. & 115.
Materia eſt ſubiectum formæ. 153.
Materia eſt triplex. 62.
Materia & forma in obliquo caſu de rebus dicuntur. 178.
Materia & forma quomodo ſunt in genere ſubſtantiæ. 112.
Materia & genus quomodo conueniunt & differunt. 178.
Materia in ortu pati dicitur. 113.
Materia non eſt interitus ſubiectũ. 163.
Materia non eſt verum ſubiectum formæ naturalis. 155.
Materia per formam abſoluta redditur. 123.
Materia per ſe eſt incerta, per accidens certa. 216.
Materia per ſe nec oritur, nec interit. 216. 163.
Materia per ſe potẽtia, per formam actu cohæret. 155.
Materia phyſica, cùm eſt confuſa, nullam habet formam. 36.
Materia phyſica eſt formę cauſa. 112.
Materia prima eſt perpetua. 210.
Materia rationem totius habere nõ poteſt. 178.
Materia ſignata eſt fons differentiæ indiuiduorum. 88.
Materia ſignata non eſt indiuiduorũ differentia. 87.
Materia ſignata eſt indiuiduorum principium. 87.
Materia ſignata quid ſit. 87.
Materia ſignata quomodo differt à materia. 87.
Materiæ potentia non differt re à materia. 88.
Materiam & cauſam efficientem eidem non conuenire, quomodo eſt accipiendum. 143.
Maximè propriè differre quid. 90.
Mederi & Geometræ fungi munere qualem habent in prima propriꝝ ſignificatione acceptionem. 126.
Medendi vis & facultas quarto modo eſt proprium. 126.
Medicina eadem homini & cani non ineſt. 126.
Medici quot ætates hominis ſtatuunt. 91.
Medium neq; mediꝝ aliqua pars concluſionem ingredi debet. 191.
Melanchthon accidentis definitionem puerilem appellat. 153.
Mors an ſit accidens. 163.
Mors non eſt accidens. 163.
Mors quare non eſt accidens. 134.
Mortuum an ſit accidens. 134.
Mortuum dupliciter ſumitur. 34.
Mortale dupliciter ſumitur. 98.
Mortale an ſit differentia. 98.
Mortale non eſſe proprium multis rationibus oſtenditur. 99.
Mortale quorundam iudicio eſt proprium animalis. 99.
Mortale ſub nullo prædicabili continetur. 99.
Motus deperdens eſt eiuſdem eſſentiæ cum ſuo termino à quo. 134.
Motus non eſt genus. 18.
Motus non eſt ex natura cœli. 157.
Motus quomodo in genere eſſe dicitur. 111.
Mulieres citius flent quàm viri. 132.
Muſca contrarios poteſt habere motus. 190.
Mundus an ſpecies. 82.
Mundus eſt æternus. 13. 42. & 67.

N.

NAtura animata, ſenſus cõpos, non eſt completa animalis definitio. 105.
Natura eſt duplex. 65.
Natura Deum ſignificat. 66.
Naturæ nihil eſt finitum. 66. 67.

23229

Natura nihil frustra facit. 83.
Natura summis generibus essentiam tribuit. 82.
Naturæ ordo. 4.
Naturæ ordine prius quid. 172. 180.
Negatio nihil constituit. 97.
Necessarium in Porphyrij prœmio non tantùm vtilitatem significare. 2.
Nigror carbonis, qua ratione est accidens inseparabile. 200.
Nigror corui & Aethiopis, est accidens inseparabile. 156.
Nigror quando à coruo non separatur. 200.
Nihil seipsum constituit. 111.
Nomen vniuscuiusq; rei, potiùs à fine quàm à principio deducitur. 109.
Nomen vniuscuiusq; rei potiùs ab actu quã à potentia ducitur. 124.
Numerus binarij proximè sub numero non continetur. 147.
Numerus est prior ordine naturæ, binario numero & cæteris speciebus. 181.
Numerus formarum infimarum est certus. 65.
Numerus par & impar, quomodo conuertuntur. 147.
Numerus par & impar, sunt species proximæ sub numero contentæ. 147.
Numerus quomodo in speciei definitione intelligitur. 49.
Numero differre, bifariam res dicuntur. 49.
Numero differentia, num ratione materiæ aut formæ differant. 62.

O.

ODor mali, num migrat à subiecto in subiectum. 166.
Omni accidere, quid sit. 130.
Operationes animæ non sunt æternæ. 86.
Oppositæ eidem indiuiduo simul inesse non possunt. 114.
Oppositæ, speciei & generi tanquã accidẽtia simul inesse possunt. 114.
Oppositæ, tanquam partes essentiales, neq; generi, neq; speciei, neq; indiuiduo simul inesse possunt. 114.
Oratores differentiæ significationem latè admodum sumunt. 121.
Ordo doctrinæ quid. 4.
Ordo naturæ quid. 4.
Orestes matrem interfecit. 14.
Ouis proprium. 133.

P.

PAllor, ex quibus rebus oritur. 190.
Par & impar, quomodo cum numero reciprocãtur. 147.
Par & impar, sunt propriæ passiones numeri. 131. 132. 147.
Par quid sit. 69.
Pars duplex. 74.
Pars de toto non dicitur. 122.
Pars nulla integralis animalis est animal. 105. 106.
Partes integrales. pag. 9.
Partes integrales non sunt accidentia. 160.
Passeris proprium. 133.
Pater, quomodo dicitur genus secundo modo. 15.
Pedes homini non accidũt, sed aptitudo habendi pedes. 127.
Per se existere, quid sit. 150.
Per se, quatuor modis dicitur. 100. 101.
Perpatetici vnde dicti. 7.
Peripateticorum princeps Aristoteles. 7.
Phœnix an species. 82.
Phœnix Arabiæ auis. 82.
Phœnix, est neque mastulus, neque fœmina. 83.
Phœnix quomodo oritur. 82. 83.
Phœnices plures simul esse nõ possunt. 83.
Pindarus insignis poëta. 14.
Plato à Diogene Cynico derisus. 127.
Plato & Socrates quomodo differunt essentia. 93.
Plato quo pacto hominem definiebat. 127.
Plato Socratis auditor, & Aristote-

telis præceptor. 14.
Plato vbi natus. 7.
Platonici affirmant deos rationem habere. 106. & 107. 117. 120.
Platonis manus non est animal, licet sit corpus animatum sensus capax. 105.
Populum seu vulgum ridere, quomodo est intelligendum. 132.
Porphyrius ab Auicenna inconsideratè reprehenditur. 152.
Porphyrius ambiguas accidentis significationes cur prætermisit. 152.
Porphyrius Christianis inimicus. 1.
Porphyrius cur obscuras quæstiones prætermisit. 5.
Porphyrius cur tam varias habet in sua Institutione opiniones. 7.
Porphyrius erat Peripateticus. 13.
Porphyrius nullam differentiã specificam cognouit. 116.
Porphyrius proprium vniuersale prætermisit. 134.
Porphyrius quos libros scripserit. 1.
Porphyrius sibi ipsi in libris repugnauit. 1.
Porphyrius tantùm ordinem vniuersalium excogitauit. 3.
Porphyrius varios philosophos, erat secutus. 7. 136.
Porphyrius veteres philosophos secutus. 38.
Porphyrij institutio tantùm est vtilis. 3.
Porphyrij vita. 1.
Posterius quando corrumpit, id quòd prius est. 155.
Potentia continere, interdum significat latius patere. 179.
Potentia diuina à dialecticis in contentionem vocari non debet. 145.
Potentia est duplex. 90. 112.
Potentia & aptitudo quomodo differunt. 39. & 51.
Potentia inhærendi vniuersalibus, actus singularibus conuenit. 153.
Potentia ponens quid. 99.
Potentia priuans quid. 99.
Potentia qua genus differentias cõtinet, aliquando in actum venire non debet. 112.
Potentia quæ ad actum non deducitur, est tota inanis. 52.
Potentia respiciens, actui aduersatur. 112.
Potentiæ animæ, ab anima num re differunt. 85.
Potentiæ animæ in homine reperte re num differunt. 85.
Potentiæ similitudo generi conuenit, actus verò differentiæ. 112.
Potestas generis vniuersa non est in quæuis specie. 105.
Potestate continere quid sit. 110 112.
Prædicamenta decem, sub quinque vniuersalibus continentur. 203.
Prædicamenta nouem, vltima dicũtur accidentia. 152.
Prædicamentum quoduis habet supremum genus, infimas species & interiecta genera. 54.
Prædicamentum substantiæ reliquorum prædicamentorum est primum & maximum. 55.
Prædicamenta ab alijs tractata ante Aristotelem. 4.
Prædicamenta decem sunt. 4.
Prędicata adumbrata quæ sunt. 139.
Prædicata expressa quæ sunt. 139.
Prædicata topica sunt duplicia. 139.
Prædicatio duplex. 71. 27.
Prædicari in quid dupliciter contingit. 28.
Prædicari in quid, quid sit. 18.
Prædicari in quid tripliciter contingere. 19.
Præsentia accidentis subiectum non constituit, neque absentia destruit. 155.
Principia extrinseca sunt duplicia. 14.
Principia quatuor modis sumuntur. 17.
Principia sunt duplicia. 14.
Principijs dialecticis corui non repugnat candorem habere. 158.
Priuatio illi tantum competit, cui priuationis habitus inesse potest. 39.
Priuatio semel acquisita per habitum depelli non potest. 39.
Prius quando à posteriori corrumpitur.

23229

pitur. 155.
Propositionem omnem aut genus, aut proprium, aut accidens declarare, quomodo est intelligendum. 151.
Priuatio nulla est attributum. 99.
Priuatio per habitum definiri debet. 161.
Profundum est proprium corporis. 131. 132.
Proprietates hominis cõmunis. 73
Proprietates Socratis. 73.
Propriè differre quid. 90.
Proprium accidentis. 167.
Proprium acredulæ. 133.
Proprium aliquod conuenit, cuiuis speciei animali subiectæ. 133.
Proprium animalis. 141.
Propriũ an prius insit formis quàm indiuiduis. 141.
Proprium an subiecto conuenit necessariò, quoad essentiam. 198.
Proprium actu interdum non inesse quomodo accipitur. 195.
Proprium asini. 133.
Proprium apri. 133.
Proprium an sit Analogum, respectu quatuor significationum. 125.
Proprium à specie sua numre differt. 143.
Proprium à specie re differre, vera est opinio. 143.
Proprium à speciei principijs, num ortum accipiat. 140.
Proprium bouis. 133.
Proprium bubonis. 133.
Proprium Cameli. 133.
Proprium Canis. ibidem.
Proprium comparatione indiuiduorum quartum esse vniuersale, ratione comprobatur. 140.
Proprium comparatione indiuiduorum non esse accidens, duabus rationibus demonstratur. 140.
Proprium conuenire aliqua ex parte non potest. 185.
Proprium cornicis. 133.
Proprium corporis. 141.
Proprium corporis animati. 141.
Proprium corui. 133.
Propriũ cur necessariò dicitur conuenire. 198.
Proprium cur omni, sed non soli conuenit. 127.
Proprium cur soli, sed non omni conuenit. 125.
Proprium cum specie reciprocari, quomodo est accipiendum. 133.
Proprium Cyconiæ. 133.
Proprium definitur per speciem. 123
Proprium de vna sola specie dici, quomodo accipiendum. 22.
Proprium, differentia, & accidens quomodo separantur. 199.
Proprium diuersa ratione formis & indiuiduis per se conuenit. 142.
Proprium duobus modis sumitur. 182.
Proprium elementum esse definitionis, quomodo intelligendũ. 151
Proprium Elephantis. 133.
Proprium entis. 141.
Proprium Equi. 133.
Proprium est duplex, 140. 194.
Proprium est duplex per se & per accidens. 139.
Proprium est in secunda specie qualitatis. 144.
Proprium est simul cum specie tẽpore posterius natura. 144.
Proprium & accidens à definitione, differentiæ remouentur. 116.
Proprium & accidens non in quid, sed in quale dicuntur: 20.
Proprium & accidens primum in indiuiduis dicuntur. 142.
Proprium & accidẽs quomodo definitioni inseruiunt. 4.
Proprium & accidens quomodo differunt. 135.
Proprium & commune quomodo differunt. 146.
Propriũ & definitionem tantũ reciprocari, quomodo accipiendũ. 123
Propriũ & species eadem habẽt diuersa ratione principia. 141.
Proprium ex combinatione generis & speciei oritur. 125.
Propriũ extraordinariũ quid. 141.
Proprium extraordinarium est duplex. 141.
Proprium Galli. 133.
Proprium Gallinæ. ibidem.
Proprium generi non vt genus est, sed

ſed vt ſpecies competit. 130.
Proprium illud deſtruendum eſt, cuius nulla pars explicat naturam rei. 194.
Proprium illud eſt deſtruendum, quod eſt in ſuperlatiuo gradu poſitum. 146.
Proprium intellectu ſimplice à ſubiecto ſeparatur. 199. 158.
Proprium leonis. 133.
Proprium legitimum quid. 140.
Proprium neceſſariò conuenire, ex ipſo Porphyrio probatur. 136.
Proprium neceſſariò conuerti, probant verba Ariſtotelis. 136.
Proprium nõ poteſt intelligi abeſſe à ſubiecto. 198. 199.
Proprium non eſſe in qualitate Scotus eſt coactus negare. 144.
Proprium numeri. 131. 132. 147.
Proprium ouis. 133.
Proprium paſſeris. 133.
Proprium per accidens magis & minus ſuſcipit. 103.
Propriũ per ſe indiuidua habet. 146.
Proprium primo, tertio, & quarto modo comparatione eorum quibus ſunt propria, non ſunt propria vniuerſalia. 137.
Proprium quando intenditur & remittitur. 103.
Proprium quantitatis. 141.
Proprium quarto modo eſt proprium vniuerſale quorundam ſententia. 135.
Proprium qua ſignificatione dicitur Accidens. 132.
Proprium quoduis ab eo cuius eſt proprium, re non differt. 144.
Proprium quoduis ex ſpeciei initijs veluti ex cauſa efficiente, oritur. 134.
Proprium quoduis verum, à Specie natura differt. 144.
Proprium quod reciprocatur tribus modis dicitur. 148.
Proprium quomodo à Genere & Specie proficiſcitur. 141.
Proprium quomodo dicitur inſeparabile. 198.
Proprium quomodo à Specie profluit. 141.
Proprium ſpeciei, cõparatione generis ſuperioris, nõ eſt accidens. 140.
Proprium ſpeciei nõ cõuenit, vt ſpecies eſt ab indiuiduis auulſa. 141.
Proprium ſpeciei non eſt ſuperioris generis proprium, ſed in genere proprium. 140.
Proprium ſturni. 133.
Proprium ſuis. 133.
Proprium ſummi generis. 141.
Proprium tantùm topicum tractauit Ariſtoteles. 137.
Proprium topicum & proprium vniuerſale, eandem non habent rationem. 136.
Proprium topicum rei naturam non explicare, quomodo ſumendum. 138.
Proprium tranſcendentis. 141.
Proprium verum cum ſubiecto & ex parte ſubiecti & temporis cõuertitur. 133.
Proprium vniuerſale à Porphyrio erat prætermiſſum. 137.
Proprium vniuerſale communi nõ opponitur. 146.
Propriũ vniuerſale & topicũ, quomodo differũt & cõueniunt. 137.
Proprium vniuerſale in veterũ Philoſophorum libris non inuenit Porphyrius. 137.
Proprium vniuerſale non tractauit Porphyrius. 134.
Proprium vniuerſale qualem habet definitionem. 137.
Proprium vulpis. 133.
Proprij appellatio definitioni & differentiæ conuenit. 148.
Proprij cur quatuor tantùm ſunt ſignificationes. 134. 137.
Proprij definitionẽ cuius proprio topico nõ accõmodauit Ariſtot. 139.
Proprij enuntiatio de ſuperiori genere, nullius eſt vniuerſalis prædicatio. 140.
Proprij expreſſi & adumbrati definitio. 139.
Proprij & accidentis communitates & differentiæ. 197.
Proprij & generis communitates & differentiæ. 181.
Proprij & differentiæ communi-

23229

tates & differentiæ. 188.
Proprij & ſpeciei communitates & differentiæ. 192.
Proprij generis & differentiæ indiuidua, quomodo differunt. 145.
Proprij omnes acceptiones non aſſignauit Porphyrius. 134.
Proprij poſtrema ſignificatio, num quartum efficiat vniuerſale. 135.
Proprij poſtrema ſignificatio, num rectè à Porphyrio tradatur. 145.
Proprij prima ſignificatio, 125.
Proprij prima ſignificatio actũ, ſecunda plerunque potentiam declarat. 128.
Proprij quarta ſignificatio. 129.
Proprij ſecunda ſignificatio. 127.
Proprij ſignificationes carminibus comprehenſæ. 134.
Proprij ſubiectum eſt ſpecies. 141.
Proprij vniuerſalis definitio, alteri nulli attributo conuenit. 137.
Proprij tertia ſignificatio. 128.
Propria Generica. 141.
Propria differentia, quatuor modis ſumitur. 95.
Propria multa non eſſe eiuſdem, quomodo accipiendum 149.
Propria omnia eiuſdem ſpeciei, ſimul debent generari. 140.
Propria pro differentijs ab oratoribus ſumuntur. 121.
Propria quædam facultatem ſignificant, quædam actum. 131.
Propria quædam ſubſtantijs, quædam accidentibus competunt. 132.
Propria quare cum ſubiectis reciprocantur. 133.
Propria quomodo dicuntur ſpecies diſtinguere. 120.
Propria quare primum ſpeciebus dicuntur conuenire. 142.
Propria ſecundo modo per ſe conueniunt. 100. 101.
Propria ſecundo modo, ſi ſint verè aptitudines, ſunt propria vniuerſalia. 137.
Propria ſubſtantiarum, quomodo differũt à proprijs accidentiũ. 132
Propria ſummorum generum & tranſcendentium à genere & differentia non manant. 141.
Propria tam generica quàm ſpecifica, à genere & differentia proficiſcuntur. 141.
Propria vera ſunt duplicia. 141.
Proprijs ſublatis, genera non tolluntur. 182.
Prudentia duas habet ſignificationes. 108.
Prudentiæ officium. 121.
Prudentiæ ſubiectũ eſt intellectus. 121.
Pſitacus non propriè, & à natura loquitur. 177.
Pueritia quo anno terminatur. 91. 92
Pueritia, ver hominis appellatur. 91
Punctum eſt principium lineæ. 17.
Punctum generi non ſubeſt. 52.
Punctum non eſt res perfecta, ſed rei perfectæ principium. 86.
Punctum quomodo eſt in quantitate. 112.

Q.

QVæcunque differunt in aliquo communi genere cõueniunt. 119.
Quæſtionem omnem aut genus, aut proprium, aut accidens declarare, quomodo eſt accipiendum. 151.
Quale & qualitas, variè ab autoribus ſumitur. 115.
Quale, omnibus accidentibus competit. 24.
Quale, quam habet ſignificationem in ſecunda differentiæ deſcriptione. 116.
Qualitas per accidens neceſſariò, conuenit ſpeciei. 200.
Qualitas ſola perfecte & propriè & ſimpliciter in quale dicitur. 24.
Quantitas actu, quando eſt accidẽs, quando potentia. 117.
Quantitatis cur potiùs materiam reddat ſignatam, quàm qualitas. 88.
Quantitas deiuncta multis ineſt. 165.
Quantitas prius à materia profluit, quàm illi inhæret. 117.
Quãtitas quomodo cõtinet punctũ &

& vnitatem. 112.
Quantitatis ſemper eſt accidens. 117
Quantitatis proprium. 141.
Quantitati vt eſt quãtitas, diuidendi vis non aduerſatur. 117.
Quantitate ſublata, homo actu extare non poteſt. 198.
Quantum, cum corpore conuertitur. 136.
Quatuor ſunt modi dicendi per ſe. 100. 101.
Quid, ſignificat eſſentiam. 49.
Quidditas pro definitione ſumitur. 49.
Quinto topicorum libro quoſdam locos tradidit Ariſtoteles definitioni inſeruientes. 194.

R.

RAnę proprium. 133.
Raianus male reprehẽdit Porphyrij diſtinctionem de intellectu. 160.
Ratio à maiori ad minus in pronũtiatis negantibus tantùm ſequitur. 109.
Ratio à minori ad maius in aientibus enuntiationibus tantùm valet. 109.
Ratio non ſequitur à potentia ad actum affirmatiuè. 126.
Rationis expers bifariã ſumitur. 97
Rationis expers qua ſignificatione non eſt differentia. 97.
Rationis particeps comparatione animalis, qualis eſt differentia. 93.
Rationis particeps dijs cõuenit, Platonicorum iudicio. 106. 107.
Ratione carent bruta. 107.
Ratione differre quid ſit. 42.
Rationum momenta, maiores habent vires inter diſputandum, quàm autoritates. 86. 139.
Rationale an ſit vera differentia. 96.
Rationale intuens dijs: diſcurrens, hominibus competit. 107.
Rationale quid ſignificet. 102.
Rationale varias habet ſignificationes. 106.
Reciprocatio quibus conuenit. 133.
Reciprocatur aliquid dupliciter. 201
Regreſſus à priuatione ad habitum, nullo pacto poteſt fieri. 39.
Relatiua quomodo definiuntur. 46.
Reſpectiua accidentia. 170.
Reſpiciens potentia, actui aduerſatur. 112.
Ridendi actus non eſt proprium, ſed facultas. 22.
Ridendi ortus. 132.
Ridendi vis, eſt in ſecunda ſpecie qualitatis. 195.
Ridendi vis non eſt animalis accidens. 140.
Ridendi vis non eſt animalis proprium, ſed in animali proprium. 140.
Ridendi vis non tantũ homini vniuerſo competit. 22.
Ridens vt potentiam deſignat, eſt proprium, cùm actum declarat, eſt accidens. 132.
Ridet facilius qui admiratione citius capitur. 103.
Riſibile eſſe hominem, quomodo intelligitur. 174.
Rubor, ex quibus rebus oritur. 190.

S.

SAcra profanis miſcenda nõ ſunt. 145.
Saturnus Iouis Pater. 63.
Saturnus regno expulſus. 63.
Scientiæ infuſæ angelorum, à noſtris ſcientijs ſpecie differunt. 126
Scientię inhęrêt hominis animę. 166.
Scotus coactus eſt negare, proprium eſſe in qualitate. 144.
Scoti hæcceitas. 87. 119.
Scoti obſcuritas in ſcribendo. 89.
Scoti opinio de indiuiduorum origine. 87.
Senſus capax duplex eſt. 105.
Senectus, hyems hominis appellatur. 92.
Senectus quo anno incipit. 91. 92.
Senſitiuũ an ſit vera hominis differentia. 106.
Sentiendi & vigendi vis homini inſita, differt eſſentia ab illa facultate ſentiendi & vigẽdi, quæ beluæ ineſt. 85.

23229

Semper id magis latè esse, quod causa est, vt tale sit alterum, quomodo accipitur. 183.
Semper, interdum ad proprium, interdum ad subiectū refertur. 129.
Semper in subiecta re inhęret] in accidentis definitione quare ponitur. 161.
Signata materia, est indiuiduorum principium. 87.
Signata materia non est differentia, sed fons differentiæ. 88.
Signata materia, non est indiuiduorum differentia. 87.
Signata materia quid. 87.
Signata materia quomodo differt à materia. 87.
Simitas quid. 97.
Similia omni ex parte non debent conuenire. 64.
Simplex tribus modis dicitur. 8.
Singularia accidentia, à definitione accidentis vniuersalis remouentur. 155.
Singularia accidentia non sunt priora vniuersis. 171.
Singularia accidentia re ipsa subiectis inhærent. 153.
Sipontinus coruū albū videbat. 157.
Socrates & Plato quomodo differunt essentia. 93.
Socrates reus peractus est ab Anyto & Melito. 182.
Socratis proprietates. 73.
Socratem semper hominē esse, quomodo est intelligendum. 187.
Sol an species. 82.
Sol cur dicitur calidus. 15. 106.
Sol principium efficiens. 14.
Soli accidere, quid sit. 130.
Soli accidere, quomodo est intelligendum. 130.
Soles plures cur non sunt. 83.
Solum cur in speciei definitione bis est positum. 52.
Solum] non excludit subiectū subordinatum. 176.
Sonus cui tanquā subiecto ineſt. 166
Sonus quomodo ad hominum aures profertur. 166.
Sophystæ. 148. 160.
Species à definitione proprij remouetur. 137.
Species ad proprium definiendum adhibetur. 123.
Species actu genera continent. 60.
Species à proprio quomodo differt. 194.
Species categoriæ substantiæ dupliciter sumuntur. 51.
Species categoriæ substantiæ sunt duplices. 66.
Species confusam indiuidui naturā explicat. 51.
Species continet genus in se, nō sub se. 179.
Species cur definitioni inseruit. 4.
Species cur dicitur indiuiduum. 40.
Species de genere non dicitur. 69.
Species differunt ratione formæ, nō materiæ. 76.
Species dupliciter consideratur. 52. 141.
Species est generi ornamento. 45.
Species est subiectum & receptaculum proprij. 141.
Species est totū, differentia pars. 44
Species est triplex. 45.
Species est vniuersale in re. 207.
Species est vniuersa indiuidui definitio. 51.
Species & genus quomodo dicuntur sequi proprium. 182.
Species & proprium eadem habent diuersa ratione principia. 141.
Species & proprium, quandam videntur habere affinitatem, tamen differunt re. 196.
Species & propriū sunt simul tempore. 144.
Species ex genere & differentia cōstituitur. 112.
Species generis appellationem habere potest. 41. 193.
Species habet, quicquid cōtinet genus. 110. 114.
Spe. indiuidua potestate cōtinet. 60
Species infima nunquam potest esse genus. 53.
Species infima quid. 60. 62. 54.
Species naturę ordine prior est proprio. 193.
Species omnis animali subiecta, habet aliquod proprium. 133.

Species omnis infima generi non ſubeſt. 92.
Species per accidens interire poteſt. 77.
Species qualitas vocatur, & in quęſtione qualitatis dicitur. 115.
Species qua ſignificatione eſt forma. 4.
Species quæ aliarum rerum ſunt principia duplicem habent comparationem. 181.
Species quæ ſubiȝcitur, non quæ prædicatur ad ſuperius genus refertur. 62.
Species quomodo eſt in genere. 159.
Species quomodo in quid dicitur. 49.
Species quomodo ſubeſt generi. 16.
Species quomodo non ſit totum alterius. 73.
Species rei naturam perfectè explicat. 50.
Species ſignificat formam, & forma ſpeciem. 118.
Species ſola definitur. 4.
Species ſubiectum vnde dicitur. 53.
Species neq; ſummum: neq; genus imum locum poteſt obtinere. 179.
Species ſuperat genus actu. 110.
Species ſuperat genus, indiuiduum ſpeciem. 51.
Species topica quid ſit. 41.
Species totam dialecticam indiuiduorum naturam explicat. 51.
Species vnaquæuis non habet materiam. 40.
Species vt generi ſubeſt, non eſt prædicabile. 52.
Speciei definitio cur particulam[ſolum]bis continet. 52.
Speciei definitio nũ rectè ſit à Porphyrio ſtatuta. 74.
Speciei & accidentis communitates & differentiæ. 196.
Speciei & differentiæ communitates & differentiæ. 186.
Speciei & generis communitates & differentiæ. 179.
Speciei & propriȝ communitates & differentiæ. 192.
Speciei poteſtas, multa exigit indiuidua. 40.
Speciei proprium non eſt accidens ſuperioris generis comparatione. 140.
Speciei ſignificata à quibus emanarunt. 90.
Speciei vnius tantum vnamquamque rem participem, quomodo eſt intelligendum. 196.
Speciem aliorum genus eſſe, quomodo eſt accipiendum. 193.
Speciẽ cũ ſpecie non copulatur, vt aliud inde genus oriatur, quomodo intelligitur. 188.
Speciem generi ſubȝci quid ſit. 45.
Speciem ſolam definiri, qua ratione eſt accipiendum. 22. 23.
Speciem totam indiuiduorum naturam exprimere, quid ſit. 51.
Speciem vnam habere comparationem, quomodo ſit accipiendũ. 60.
Specie differre quid. 18. 49.
Specie quæ differunt, numero etiã differunt. 52.
Specie quæ propriè conueniunt. 49
Specie quodammodo conueniunt homo & equus. 49.
Specierum differentiæ, poteſtate ſunt in genere. 110.
Specierum infimarum numerus eſt certus. 65.
Speciebus num prius propria inhęrent, quàm indiuiduis. 141.
Speciebus propria non conueniunt ab indiuiduis ſeparatis. 141.
Speciebus quare propria, primum dicuntur conuenire. 142.
Specifica propria. 141.
Subiectum ab accidente re debet eſſe ſeparatum. 153.
Subiectũ accidẽtis debet eſſe actu. 115
Subiectum accidentis quinque conditiones requirit. 155.
Subiectum actu in ſe accidens habere debet. 155.
Subiectum appellationis quomodo differt ab inhærendi ſubiecto. 169
Subiectum duplex eſt. 165.
Subiectum eſt prius proprio. 216.
Subiectum formæ eſt materia. 154.
Subiectum iuſtitiæ eſt voluntas. 121
Subiectũ non debet eſſe ex eſſentia accidentis. 155.

23229

Subiectum non potest esse absque proprio. 216.
Subiectum prudentiæ est intellectus. 121.
Subiectum quid. 155.
Subiectum quomodo dicitur continere suum accidens. 190.
Subiectũ subordinatũ quid sit. 176.
Subiectum varias habet significationes. 154.
Subiectum vocis est aër. 166.
Subiecti cõstitutio est duplex. 156.
Subiecti significationes carminibus comprehensæ. 154.
Subiecto corrupto, corrumpitur accidens. 154.
Subiecto posterius est accidens. 154.
Subiecta species vnde dicitur. 53.
Substantia animata sensus compos, non est completa animalis difinitio. 105.
Substantia à reliquis nouem categoriis re differt. 144.
Substantia est genus summum. 55.
Substantia est rerum omnium præstantissima. 46.
Substantia non fit ex non subsțătia. 123. 142.
Substantia nullo pacto accidens esse potest. 168.
Substantia nullum genus antiquius. 81.
Substantia quomodo dicitur suscipere contraria. 199.
Substantia sola propriè interit. 154.
Substantiæ categoria est reliquarũ categoriarũ prima & maxima. 55.
Substantiæ indiuidua per se conueniunt. 100.
Substantiarum propria ab accidentium propriis quomodo differũt. 132.
Substantiis primis sublatis, nihil loci relinqui cæteris, quomodo est accipiendum. 178.
Suis proprium. 133.
Superficies ab accidentis subiecto secluditur. 155.
Superficies est subiecto Quo. 155.
Superare potestate, non est propriè superare. 110.
Superatur vnum ab altero duplicitter. 110.
Superiora re ipsa non manent, corruptis superioribus. 178.
Superius omne est in suo inferiori. 159.
Superius quid. 35.
Superius quoduis genus esse potest comparatione inferioris, inter argumentandum. 193.
Syllogismus omnis tantùm ex tribus terminis constare debet. 191.
Syllogismi medium, aut aliqua medij pars, conclusionem ingredi nõ debent. 191.

T.

TArtaretus falsò Porphyrium accusat. 64.
Tartareti error in proprio constituendo. 131.
Tempus non est secundo modo genus. 15.
Tempore omnia consumuntur. 15.
Tepor ex temperato, calido, & frigido oritur. 190.
Ternarius numer⁹ proxime sub numero non continetur. 147.
Titilmanni error in suprema generis definitione interpretanda. 61.
Topicum & vniuersale proprium, eandem non habent rationem. 136.
Topicum proprium & vniuersale, quomodo differunt & conueniũt. 137. 138.
Topicum proprium rei naturam nõ explicare, quomodo intelligendum. 138.
Topicum tantùm proprium tractauit Aristoteles. 137.
Topica prædicata sunt duplicia. 139.
Topicorum primus erat inuentor Aristoteles. 194.
Totum duplex. 74.
Totum notius quàm parte. 44.
Totum quid. 39.
Totũ quomodo est in partibus. 159.
Transcendentia habent propria. 141.
Transcendendia sex sunt numero. 8.
Transcendentia propria, à genere & differentia non proueniunt. 141.
Tres accidentis descriptiones non multùm

multùm inter ſe differunt. 162.
Tres animæ homini non inſunt. 85.
Tres facultates animę humanæ ſpecie non differunt. 85.
Triangulus eſt duplex. 46.

V.

VIgens anima corporea, per accidens dicitur. 212.
Vir & mulier dupliciter ſumũtur. 76.
Viridis color quomodo oritur. 190.
Virilis ætas, autumnus hominis appellatur. 91.
Virilis ętas quo anno incipit & terminatur. 91. 92.
Virtus eſt in fœlicitate, vt in fine. 160.
Virtutes & ſcientiæ in forma, hoc in anima hominis, tãquam in ſubiecto inhærent. 166.
Vita an ſit accidens. 163.
Vita Porphyrij. pag. 1.
Viuere dupliciter ſumitur. 164.
Vmbra, cui tanquam ſubiecto ineſt. 170.
Vmbra non eſt vniuerſale, quorundam iudicio. 170.
Vngues ſunt excrementa, non partes. 130.
Vnitas eſt principium numeri. 17.
Vnitas generi non ſubijcitur. 52.
Vnitas quomodo eſt in quantitate. 112.
Vniuerſale ad inferiorà refertur. 103
Vniuerſale, an ſit materia, forma, an totum compoſitum. 217.
Vniuerſale à prædicabili ſeperare, eſt nimis curioſum. 10.
Vniuerſale ante rem. 207.
Vniuerſale aut nihil eſſe, aut ſingularibus poſterius, quomodo intelligitur. 210.
Vniuerſale cauſæ quid. 210.
Vniuerſale eſt quadruplex. 210.
Vniuerſale eſt obiectum intellectꝰ. 207.
Vniuerſale & prædicabile, quomodo differunt. 10.
Vniuerſale formæ. 210.
Vniuerſale habere naturam in rebus ſingulis, quæ ſunt extra animam, quomodo eſt intelligendum. 207.
Vniuerſale Ideæ quid. 210.
Vniuerſale indiget opera intellectꝰ. 8. 153.
Vniuerſale in re. 207.
Vniuerſale intentionis quid. 209.
Vniuerſale per ſe eſt incertum, per accidens certum. 216.
Vniuerſale poſt rem. 207.
Vniuerſale proprium, à Porphyrio erat prætermiſſum. 137.
Vniuerſale proprium & commune, non differunt. 146.
Vniuerſale proprium & topicum, eandem non habent rationem. 137
Vniuerſale proprium & topicum, quomodo differunt & conueniunt. 137.
Vniuerſale proprium qualem habet definitionem. 137.
Vniuerſale proprium, veterum philoſophorum libris non inuenit Porphyrius. 137.
Vniuerſale quãdo redditur ſingulare. 211.
Vniuerſale quare appellatur forma. 213.
Vniuerſale quid. 8.
Vniuerſale quoduis eſt perfectum. 165.
Vniuerſale quoduis eſt multis commune. 146.
Vniuerſale triplex eſt. 206.
Vniuerſalia an ſint corporea. 211.
Vniuerſalia an ſint à rebus ſingulis auulſa. 213.
Vniuerſalia an ſint quinque tantùm numero. 102.
Vniuerſalia à rebus ſingulis auulſa, in rerum natura non inhærent. 141.
Vniuerſalia à ſingularibus ſeparauit Plato. 213.
Vniuerſalia cur categoriꝭs conducunt. pag. 5.
Vniuerſalia cur definitioni conducunt. 4.
Vniuerſalia diuiſioni quomodo inſeruiunt. 4.
Vniuerſalia eſſe non poſſunt ſine intellectus operatione. 133. 8.

23229

Vniuerſalia omnia, corporea non ſunt. 212.
Vniuerſalia non eſſe ſubſtantias, quomodo intelligitur. 210.
Vniuerſalia, num cadant in rerũ natura, an in ſolis animis ſint. 205.
Vniuerſalia per ſe non oriuntur aut cadunt. 99. 188. 210. 216.
Vniuerſalia quatuor rebus conducere, quomodo intelligendum. 3.
Vniuerſalia quomodo dicuntur accidentia. 152.
Vniuerſalia ratione indiuiduorum habent accidentia. 142.
Vniuerſalia ſingularib⁹ inſunt. 214.
Vniuerſalia vbique eſſe, quomodo intelligendum. 29.
Vniuerſalis appellatio quomodo in Deum cadit. 8.
Vniuerſalis homo quare eſt candidus. 142.
Vniuerſalis ſignificationes. 7.
Vniuerſalis ſubiectum quid. 10.
Vniuerſalium cognitionem nõ tantùm vtilem, ſed & neceſſariam eſſe. 2. 3.
Vniuerſalium notitia, totius Philoſophiæ tractationi conducit. 5.
Vniuerſalibus inhærendi potentia, indiuiduis actus conuenit. 153.
Vniuerſalibus intellectus operationem ſequitur. 153.
Vniuerſalibus quicquid re ipſa ineſt indiuiduis competit. 153.
Vniuerſalitas, intellectus operationem ſequitur. 153.
Vniuocum eſt duplex. 31.
Vniuocum commune. 184.
Vniuocum proprium. 184.
Vniuocum triplex. 9.
Vnius rei, vna eſt tantùm definitio perfecta. 150.
Vnum ab ente re non differt. 144.
Vnum eſt entis proprium. 141.
Vnum numero, dupliciter dicitur. 209.
Vocabula artis, quomodo à Dialectico conſiderari debent. 27.
Voluntas eſt ſubiectum iuſtitiæ. 121.
Vox ad hominum aures quomodo fertur. 166.
Vox eadem numero ad hominum aures non effertur. 166.
Vocis definitio. 166.
Vocis definitio quomodo eſt intelligenda. 166.
Vocis ſubiectum eſt aër. 166.
Vti ratione de rationali dici, quomodo intelligitur. 175. 176.
Vulgum ſeu populum ridere, quomodo eſt accipiendum. 152.
Vulpis proprium. 132.

FINIS.

TO

Excuſum Londini, apud Regi-
NALDVM WOLFIVM.

ANNO DOM. M. D. LXX.

VIII. NONAS IVN.



23229

singularia
ob notoria
sit